



Q. D. B. V.

ELEMENTA IVRIS
SECUNDVM ORDINEM
INSTITVTIONVM.

PROOEMIUM.

§. I.

Reges ab innitio tenuerunt romanam ciuitatem, & variis legibus exornauerunt. Extremam Turis antiqui moles, regio iugo ciues liberi sibi ipsimet condidere leges. Alias praeterea a graecis ciuitatibus petiuere, quae nomine *LL. XII. tabularum* celebrantur. Mores denique haud pauci inualuerunt, & pro legibus custoditi sunt. Occupata a Caesaribus republica hi *constitutionibus* suis, quid fieri vellent, significabant. Sic autem ius Romanum in tantam molem paulatim excreuerat, vt iam Liuius, (cuius tamen tempore deerant adhuc constitutiones principum) *lib. 3. cap. 34. illud immensum aliarum super alias aceruarum legum cumulum*; Eunapius vero *in vita Aedes p. 92. ἀχθὸς καμῆλων πολλῶν multorum camelorum onus* adpellat: e non dubitent, & omnino e republica videbatur, tam

A

diffu-

diffusam, ac per tot volumina dispersam iuris prudentiam in vnum veluti corpus compingi. *Const. tanta pr. de conf. Digest.*

Eius collectio ante Iustinianum frustra tentata. §. 2. Quamuis vero nec Cn. Pompeio, quem Isidorus *lib. 5. Orig. cap. 1.* nec Iulio Caesari, quem Suetonius *Iul. cap. 44.* de huiusmodi collectione cogitasse ferunt, is labor successerit: felicior tamen ea in re saeculo VI. fuit FLAVIUS IVSTINIANVS Imperator *).

*) Idem consilium fuisse Ciceroni, tradunt nonnulli recentiores, & testem aduocant Gellium *Lib. 1. noct. att. C. 22.* Sed sane defugit hic auctor testimonium. Non enim de collectione legum romanarum, sed de libello elementari adornando cogitasse Tullium narrat.

Iustiniani mores et ingenium. §. 3. Hic obscuro loco natus, adoptatusque, vt aiunt, ab auunculo Iustino Illyrico, Imperatore *) IVSTINIANI nomen, ipsumque per Orientem imperium accepit, anno saeculi sexti vicefimo septimo, eique per quadraginta fere annos praefuit, princeps, non quidem a vitiiis immunis, quae iusto acrius Procopius *in Anecdosis* infectatur; nec tamen illiteratus, multoque minus ἀναλφάβητος; (vt quidam ex deprauato loco Suidae, Iustinianum et Iustinum confundentis, perperam colligunt) nec ab omni prudentia legislatoria, qualem illa saecula ferebant, destitutus.

*) Sed adoptionem istam Iustiniani nullo prisci scriptoris testimonio confirmari posse, bene obseruat G. D. Arnaud *Lib. 1. var. coniectur. c. 11.*

§. 4. Res, dum imperavit, praeclaras gessit. Res bel-
 Nam et bello cum Persis vario Marte gesto, ^{io gesto}
 amissa quaedam recuperavit, Procop. *in Pers.*
lib. 2. cap. 19. Agath. *libr. 4. extr.* & Gelime-
 re, Vandalorum rege, capto, Africam recepit.
 Procop. *Vandal. lib. 2. cap. 3.* & victis Vi-
 tige, Totila & Teio, Siciliae & magna Ita-
 liae parte recepta, finem Gothorum regno in
 Italia fecit. Procop. *Goth. lib. 4. cap. 32. **.
 Quos bellicos sudores & triumphos ex parte
 ipse Imperator memorat §. 1. *prooem. Inst. L.*
1. pr. & L. 2. pr. C. de Offic. praef. praet. Afr.

*) Ex quo facile patet, cur in prooemio
Institutionum Gothici, Vandalici, Alanici,
Africani, cognomina nomini suo adscripserit.
 Gothos enim, *Vandalos* ipsisque subiectos *Ala-*
nos perdommuerat, *Africam* receperat, *Anti-*
cum a devictis *Antis*, Slauorum gente, se
 dixit. Sed *Germanicum, Alamannicum, Fran-*
cicum frustra se adpellavit, quum non devic-
 cisset eas gentes. Quare & eo nomine Iusti-
 niano indignatum esse Theodebertum, Fran-
 corum regem, auctor est Agath. *libr. 1. p. 15.*

§. 5. Nec minus in toga profuturus, legi-
 bus paullatim rempublicam armavit, siquidem
 primo, opera vsus Triboniani, aliorumque
 virorum eius aevi iurisperitorum, constitu-
 tiones selectas principum ab Hadriano ad sua
 tempora, antea in Codices GREGORIANVM,
 HERMOGENIANVM et THEODOSIANVM col-
 lectas, in novum *) codicem compilari iussit, ^{neus.}

Corpus
 Iuris ab
 eo com-
 pilatum
 & qui-
 dem
 primo
 Codex
 Iustinia-

quem, ut fere alia omnia, a suo nomine IVSTINIANEVUM vocavit, ediditque VII. Id. Apr. Anno **DXXXIX**, *Constit. summa reip.* §. 3. 4. 5. *de Iustin. Cod. confirm.*

*) Ita enim proprie adpellatae sunt constitutionum principalium collectiones. Hinc *οἱ τῶν νομοθετῶν κἀδικες* apud Isidor. *Peluf. Epist. IV. 91.* *Euagt. Hist. eccles. I. 12.*

Deinde **Pandectae.** §. 6. Deinde sequente anno ad immensa veteris prudentiae volumina *), quorum duomillia erant, e trecies centenis millibus versuum composita, *L. 2. §. 1. C. de vet. iur. inucl.* curam suam extendit ex iisque per XVII. viros conficiendas curavit PANDECTAS seu DIGESTA, publicata demum XVII. Kal. Ian. anni **DXXXIII.** *L. 2. C. de vet. iur. enucl. Pauli. Diac. libr. I. cap. 25.*

*) Nec tamen pandectae collectae sunt ex Iureconsultorum antiquiorum scriptis, sed ex eorum potissimum, qui ab Hadriani temporibus floruerunt, ut Saluii Iuliani, Papiniani, Vlpiani, Pauli, Marcelli, aliorumque. Causa in promptu est. Ab Hadriani enim temporibus per Edictum perpetuum & principum constitutiones ita immutata fuerat iurisprudencia vniuersa, ut nihil vtilitatis redundaturum fuisset ad rempublicam, si ex P. Mucio Scaeuola, Manilio Bruto, aliisque, qui liberam viderant rempublicam, excerpta dari iussisset Iustinianus. Vid. *Dodwell. Praelect. Cambden. 8. p. 319.*

§. 7. Antep...
no LXXX. L...
bos in sequentibus
NES, quibus va...
ireconsultorum
L. pen. C. de n...
tissimum Tribuni
fuit. Hae de
lectionis migrat...
locutus commu...
lus & Ia. Strau...
*) Sectae a Iu...
ne & Capiti...
tae L. 2. §...
tone de iur...
& C. Call...
bonis sequo...
Proclama...
L. 2. §. 47...
ra notamus...
§. 8. Hinc p...
rum ireconsult...
Cui Iustiniani...
Theophilus *)...
essent totius leg...
§. 3. 4. 6. In...
*) Qui Theop...
cens Graeco...
Vil. praefat...
praemia Ot...
& Mvius...
Theophilus.

§. 7. Antequam pandectae conficerentur, ah-
no lxxxx. Lampadio & Oreste Coss. & duo-
bus insequentibus, Iustinianus edidit L. DECISIO-
NES, quibus varios iuris articulos, ob diuersas
iureconsultorum sectas *) perquam ambiguos,
L. pen. C. de necess. serv. her. inst. opera po-
tissimum Triboniani §. 3. Instit. de libertin. de-
finuit. Hae deinde in Codicem repetitae prae-
lectionis migrarunt, vnde eas collegerunt &
luculentis commentariis illustrarunt Em. Meril-
lius & Io. Stauchius.

*) Sectae a Iureconsultis celeberrimis, Labeo-
ne & Capitone, duobus pacis decoribus, na-
tae L. 2. §. 7. ff. de orig. iuris. A Capi-
tone descendunt Sabinus. vnde Sabiniani,
& C. Cassius Longinus, vnde Cassiani. La-
beonis sequaces sunt Nerva, Proculus, vnde
Proculiani. & Pegasus, vnde Pegasusiani d.
L. 2. §. 47. ff. de or. iur. De his sectis plu-
ra notabimus ad Pandectas.

§. 8. Hinc porro INSTITUTIONES ex vete-
rum iureconsultorum eschiridiis, et maxime ex
Caii Institutionibus, Triboniani, Dorothei &
Theophili *) opera conscribendas curavit, vt
essent totius legitimae scientiae prima elementa
§. 3. 4. 6. Inst. proem.

*) Qui Theophilus non diuersus est ab eo,
cuius Graeca Institutionum exstat paraphrasis.
Vid. praefat. nostr. Vinnii Comment. in Instit.
praemissa Otto in commentar. ad proem. Inst.
& Mylius in praeparatione vindictiarum
Theophilii.

Earum
publica-
tio, &
confir-
matio.

§. 9. Qui libellus, vtut post Pandectas com-
positus, ante eas tamen publicatus est XI. Kal.
Dec. anni DXXXIII. Iustiniano A. tertiam con-
sule §. 7. *proem.* Ast plenissimum illud con-
stitutionum Iustinianearum robur, de quo §. 6.
proemii, vna cum pandectis deram obtinuit
ex III. Kal. Ian. anni DXXXIII. L. 2. §. 23.
C. de vet. iur. enuel.

Codex
repeti-
tae prae-
lectionis.

§. 10. Quum paulo post editas pandectas et
Institutiones deprehenderet imperator, non pau-
cas superesse codicis Iustiniani & Pandectarum
dissensiones: e re visum est, Codicem illum re-
texi, nouumque adornari, qui ideo vocatur
CODEX REPETITAE PRAELECTIONIS, abo-
lito Iustiniano *), editus publicatusque XVI.
Kal. Dec. anno DXXXIV. Iustiniano A. quar-
tum et Paullino cons. *Const. cordi nobis* §. 3.
4. 5. 6. de emend. C. Iustin.

*) Hinc saepe in Institutionibus laudantur con-
stitutiones, quas frustra quaesieris in Codice.
Exempla vide sis §. 27. *Inst. de legat.* §. 7.
Inst. de leg. agn. succ. pr. *Inst. de bon. poss.*
§. 24. & 33. *Inst. de act.*

Novel-
lae

§. 11. Sequitae sunt postremo hanc compi-
lationem variae constitutiones *vepai* seu NO-
VELLAE, Graece maximam partem conscriptae
Agath. *lib. 5. p. 145.* Io. Malala *p. 165.* Quas
licet se collecturum promittat Iustinianus de
Const. cordi nobis §. 4. de emend. Cod. Iustin.
&

& fidem quoque liberauerit *), collectio tamen, quam hodie habemus, non videtur illa Iustiniani, sed recentior.

*) vid. Aemil. Ludov. Hombergk. in *Schediasm. de collect. nouellar. a Iustiniano facta.*

§. 12. Textum graecum restituerunt *Haloander, Scrimgerus, & Agylaeus.* Versiones latinae sunt *vulgata κατά πρόδα* sed parum pure facta, *Haloandrina & Hombergkiana.* Nec silentio praetereunda est epitome latina *Iuliani*, circa ann. Chr. 570. adornata.

§. 13. Ex Nouellis istis, & constitutionibus quibusdam Fridericorum, Impp. Germ. ab *Irnerio*, uti videtur, aliisque quibusdam iurisperitiae restauratoribus, decerptae sunt *AVTHENTICAE*, id est *summaria nouellarum constitutionum*, legibus codicis subiancta. *Bynkersh. de auct. Authent. cap. 3. pag. 14. seqq.*

§. 14. Praeterea recentiori tempore corpori iuris Iustiniani adiectae sunt variae adpendedices, nimirum 1) *Edicta Iustiniani XIII.* 2) *constitutiones Eiusdem nec non Iustini minoris & Theodorici II.* 3) *Nouellae Imp. Leonis;* 4) *constitutiones Zenonis aliorumque Imperatorum orientalium;* denique 5) *ab Hugolino a Presbyteris, iureconsulto Bononiensi, uti Guip. Panciroli. de clar. leg. interpr. lib. 2. cap. 16. p. 130. & Schilter in praefat. ad Mincucc. §. 4. ex*

Odofredo ostendunt, additi sunt libri FEVDORVM, medio circiter saeculo XII. ab auctore incerto compilati. Conferenda hic omnino THOMASII *selecta feudalia*. Add. *Histor. nostram iur. libr. 1. §. 421.* & Georg. Ludov. Boemerum in *obseru. iur. feud. pag. 1. seqq.*

Qui libri auctoritate legis polleant?

§. 15. Quum ergo sensim in hanc molem excreuerit ius romanum, (§. 5. *seqq.*) duplex exurgit quaestio; *prima*: quinam ex antea memoratis libris hodie auctoritate polleant legali; *altera*: quatenam lex Iustiniana in casu dissensus sit sequenda? Quod ad *primam* attinet, obserues velim: *Iustinianicum* ius in Germania esse *receptum*, *Ord. cam. de ann. 1495. §. 3. Ord. iud. imp. aul. tit. 1. §. 15.* non tamen alias partes, quam illas, quas glossa agnouit, in foro agnosci. Hinc patet I. quod codicis Gregoriani, Hermogeniani & Theodosiani, quae exstant fragmenta, cum partes iuris Iustiniani non sint, quin ab ipso Iustiniano isti codices aboliti fuerint, quamvis ad interpretationem vtilissima, tamen nullius in foro auctoritatis habeantur, nec sine falsi crimine ad decisionem causarum citentur. *L. 2. §. 19. C. de vet. iur. enucl. II.* Quia privatus non condit leges, consequens est, vt authenticae e Nouellis excerptae, quippe a priuatis confectae, (§. 13.) non polleant auctoritate legum, nisi quatenus cum Nouellis, ex quibus decerptae sunt, conueniunt *). III. Cum nec Nouellae Leonis ad ius *Iustinianicum* pertineant, quamvis cum illo edi soleant: auctoritate

ritate legis ca
mam anno co
glossisque
loque constit
tisque iuris d
legibus hanc
guedent: L. In
te, (§. 6.) I
hae Iustiniani,
ee, quae glo
non glossis e
ab imp. Fride
VI. Libri feud
de. *obseru. i*
*) Saepè ante
in Auth. Bo
Iuris. A
Et exor. A
§. 13. §. 19
dicitur, iudic
terminibus f
incurret.

§. 14. Quo
tionem: (§. 1
prios, L. ult
I. vt Nouellae
postremo prod
get Iustinianou
potentia. (§.
lectae pugnant
trusiones et da
tibus facti, qua
c. lex 7. §.

ritate legis carent. Et quia IV. recentiori demum aevo corpori iuris Iustiniani adiecta sunt, glossisque carent Edicta Iustiniani XIII. & reliquae constitutiones a *Iacobo Cuiacio*, *Contio* aliisque viris doctis restitutae: (§. 14) eae pro legibus haud valent. Legali contra auctoritate gaudent: I. Institutiones, (§. 8.) II. Pandectae, (§. 6.) III. Codex, (§. 10.) IV. Nouellae Iustiniani, (§. 11.) & quidem absque dubio eae, quae *glossatae* sunt; (§. 11. & 15.) de non glossatis enim dubitatur. V. Authenticae ab Imp. Friderico I. & II. profectae. (§. 13.) VI. Libri feudorum, *quidem duo proximi; de ceteris enim dubitatur.*

*) Saepe autem non conueniunt. Exempli uide in *Auth. Bona damnatorum C. de bon. proscript. Auth. ex causa C. de lib. praeterit. & exher. Auth. Hoc ita C. de duob. reis stip. & promitt. Auth. Sed hodie C. de offic. diuers. iudic.* quas si contenderis cum auctoritatibus suis, discrimen statim in oculos incurret.

§. 16. Quod uero attinet ad alteram quaestionem: (§. 15.) cum lex posterior deroget priori, *L. ult. ff. de constitut. Princ.* sequitur I. ut Nouellae derogent libris omnibus, quia postremo prodierunt. (§. 11.) II. Ut codex deroget Institutionibus & Pandectis, quippe utrisque posterior. (§. 10.) III. Si Institutiones & Pandectae pugnant, obseruandae sunt regulae: I. *Institutiones cedunt Pandectis, tamquam auctoritatibus suis, quatenus ex his descriptae sunt.* Hinc

c. c. lex 7. §. 7. ff. de acquir. rer. dom. merito

A 5

prae-

Qui libri corporis iuris sibi inuicem derogent?

*male nau
justitiam san
dicit. epe
minime affert
potest*

praefertur §. 25. *Inst. de rer. divis. II.*) *Pandectae cedunt Institutionibus, quoties his novationem ex instituto fieri, adparet.* Hinc e. c. §. 7. *Inst. ex quib. causis manum. merito praefertur legi 9. Et L. 11. ff. de manum. vind.* vid. Huber. *Praelect. ad Inst. proem. ff. 10.*

Quanta fit hodie iuris rom. auctoritas? §. 17. Est autem ius Romanum in complexu quidem receptum, ut is, qui legem iuris Iustiniani laudet, fundatam, seu pragmatici loquuntur, habeat intentionem; non tamen aliter nisi in subsidium, h. e. ita, ut mores patrii, statuta civitatum, constitutiones provinciales, nec non uniuersales Germaniae leges praeferrantur.



LIBER I. TIT. I.

DE

IVSTITIA ET IVRE.

§. 18.

Ius vocatum Iurisprudentiae operam daturum ante omnia nosse oportet, quid sit ius & iustitia, quae denique tria summa iuris praecepta habeantur, IVS, vocabulum maxime *πολύσημον* L. II. Et 12. D. h. I. aut *legem*, aut *facultatem moralem*, aut *iurisprudentiam*, aut *complexum legum eiusdem generis* denotat.

objectiv
subjectiv

§. 19.

§. 19. LEX ICTIS est *propositio obligatoria* Quid
subditis a superiore praescripta, L. 1. §. 2. lex et
D. de legib. OBLIGATIO autem, generatim ac- obligatio?
 cepta, *necessitatem moralem agendi significat* *).

*) De obligatione in sensu speciali, qui ICTIS
 sollemnis est, vid. infra §. 725.

§. 20. Cum aliquando vi adhibita extorquere Obligatio et
 liceat, quae sunt in obligatione, aliquando se- lex aut
 cus, siue vt in L. 17. §. 3. *D. commod.* dicitur, quaedam *necessitatis* sunt, quaedam *officii* perfecta
 magis et *voluntatis*: obligatio, imo & lex in aut im-
 PERFECTAM et IMPERFECTAM abit. ta.

§. 21. Iuris porro nomine venit (§. 18.) fa- Ius pro-
 cultas moralis, h. e. *facultas agendi, quae le- facultas
 gibus non repugnant*, eoque in sensu aut PER- te mo-
 FECTVM est aut IMPERFECTVM, prouti iuri rali
 cuidam vel facultas cogendi cohaeret, vel illud quid?
 eadem defitutum est.

§. 22. IVRISPRVDENTIA veteribus dicitur Iuris-
*rerum diuinarum & humanarum notitia, iu- pruden-
 sti iniustique scientia.* ff. 1. *Inst. h. t.* L. 10. tia
 quid?

§. 2. *D. h. t.* In ICTO enim eum iuris *fecialis,*
auguralis & pontificii scientia, quae diuina
 erant, tum iuris *ciuilis*, quod humanum, re-
 quirebatur *).

*) Ita definitionem legalem iurisprudentiae ex-
 plicant *Bynkershoek* de relig. peregrin. in
 opusc. Hal. editis, p. 182. *Gebauer* diss. de
 iustit. & iur. §. 11. in exerc. acad. Vol. I.
 p. 118. sqq. alique.

Concinnior definitio. §. 23. a. Concinnius tamen defini potest, quod sit *scientia legum, & iurium, coniuncta cum habitu illa adplicandi speciebus obuenientibus.*

Quid leguleius & rabula? §. 23. b. Cum igitur Icti sit, *scire leges & rite adplicare, (§. anteced.) is, qui leges, quas memoria tenet, non intelligit, leguleius vocatur a Cicerone Lib. 1. de orator. cap. 55. Qui leges s. ex inscitia s. ex malitia peruerse adplicat, rabula adpellatur ab eodem ibid.*

Quotuplex interpretatio legum? §. 24. Scientia legum sine facultate *interpretandi* non habetur, quae interpretatio in *theoreticam & practicam* *); *authenticam & doctrinalem; grammaticam & logicam* a Doctoribus dispesci solet. Si qua interpretatio vñ & obseruantia recipitur, *vsualis* audit.

*) Io. Steph. Pütter diss. de iure & officio summorum imperii tribunalium circa interpret. legum, cap. 1. §. 4. in eiusd. opusc. p. 190. 199.

Logica interpretatio. §. 25. Logice legem interpretans, aut eam ad species verbis non expressas extendit; aut verba iusto latiora pro ratione legis restringit; aut sensum legis cum verbis eiusdem pari passu ambulare significat. Hinc logica interpretatio vel *extensiuus* est, vel *restrictiuus*, vel *declaratiuus*.

Adplicatio legum. §. 26. Adplicantur leges a Icto factis, (§. 23. a.) id quod *cauendo, iudicando, agendo & respondendo* fieri potest. Cic. de orat. lib. 1. c. 48. §. 27.

§. 27. IVSTITIA *conformitas cum legibus* Iustitia
perfectis dicitur *). quid?

*) Cum finis vniuersi iuris sit iustitia. L. 1. §. 1.
 D. h. t. merito sacerdotes iustitiae se profi-
 tentur Icti; aemulati in eo philosophos, in
 primis Stoicos, quorum praeceptis plerique
 veteres Icti imbuti fuerunt.

§. 28. Cum autem actiones vel *internae* sint, Vel interea
 vel *externae*, iustitia quoque in *internam* & *ex-* vel externa.
ternam diuiditur, prout vel internae actiones
 legibus conformes sunt, vel solae externae *)

*) Internam iustitiam in mente habuerunt aucto-
 res iuris nostri, cum iustitiam dicunt constan-
 tem & perpetuam voluntatem ius suum cui-
 que tribuendi. pr. I. h. t. L. 10. pr. D. h. t.
 Non tamen interna, sed externa pro fine artis
 nostrae habenda est. In ciuitate enim is etiam
 habetur vir iustus, qui externas actiones ad
 legem componit, quamvis non accedat con-
 silians illa & perpetua voluntas; & cogitationis
poenam nemo in foro patitur. L. 18. D.
de poen.

§. 29. Tria den'que *iuris praecepta*, quae Tria iu-
 §. 3. I. h. t. traduntur, sunt: *honeste viuere, ne-* ris prae-
minem laedere, suum cuique tribue. cepta.

TIT. II.

D E

IVRE NAT. GENTIUM
ET CIVILI.

§. 30.

Ius complexum legum significare diximus titulo priori. (§. 18.) Divisiones autem iuris, eo sensu accepti, ex mente Ictorum romanorum hae sunt. Illud ius, quod ad statum publicum spectat, *publicum*, quod ad singulorum utilitatem, *priuatum* vocant. L. 1. ff. 2. h. t. Priuatum ipsis aut *ius naturale* est, aut *gentium*, aut *ciuile*. Ius naturale dicunt, quod natura omnia animalia docuit; L. 1. §. 3. ff. de iust. & iur. pr. I. h. t. *gentium*, quod ratio inter omnes homines constituit, & apud omnes peraeque custoditur; L. 1. ff. 4. ff. eod. ius *ciuile* denique, quod in vna ciuitate est constitutum. L. 9. ff. eod.

§. 31. Rectius autem diuisiones iuris sic concipiuntur. Si *originem* eius ac *fundamentum* spectes, duplex illud est. Quod enim ex ipsis rerum ideis profluit, *IVS NATVRAE*, quod in arbitrio legislatoris nititur, *POSITIVVM* s. *CIVILE* *) vocari senuit. Ius naturae aut *STRICTE SIC DICTVM* est, aut *GENTIUM* integrarum. *principium adaequatum* *) Kar

cognoscendi ius natura continet 3. ple bonum; scilicet dei cultum, philantiam, & socialitatem; inde sequitur ergo blasphemia iuri natura est contrarium; quia dei cultum subvertit

*) Kar' & ...
quomodo
dei sole
§. 32. Polit
DIVINVM; fi
HUMANVM
generi commu
et, & hinc i
peccat sole. A
Luit. 18. §

§. 33. Pro
CVM est, ut
peractis in re
docet, priuat
imperio & su
tinet *)

*) Ius publicum
nes vocantur
I. t. Polit
celatur par
fi. de V. S.
dem sensu v
3. tit. 2. c.
tin. 107. ver

§. 34. Dime
di tertium d
vel expresse i
differencia iur
SCRIPTI, ab
§. 1. ff. de ti
ultam su

*) Κατ' ἐξοχὴν civile vocatur ius romanum, quemadmodum & Roma κατ' ἐξοχὴν vrbis dici solebat. §. 2. I. h. t.

§. 32. Positium ius, si in Dei voluntate, Positivum vel DIVINUM; si in hominis legislatoris arbitrio, Diuinum vel humano vel hu- HVMANVM adpellatur. Diuinum vel humano man. generi commune, vel genti Iudaicae proprium est, & hinc in vniuersale & particulare dispelci solet. Ad prius referunt Gen. C. 9 v. 6. Leuit. 18. & 20. & familia.

§. 33. Pro diuerso obiecto ius aut PVBLICVM est, aut PRIVATVM. Publicum iura imperantis in republica & subditorum qua talium docet, priuatum iura et obligationes, quae ex imperio & subiectione civili non fluunt, continet *). III. Vel publ. vel priuatum.

*) Ius publicum & priuatum duae iuris positiones vocantur. §. 4. Inst. h. t. L. 1. §. 2. ff. h. t. Positio enim, *κοινὸς, θεοῦ* Stoicis dicebatur pars seu species Cuiac. ad L. 115. ff. de V. S. Eodem vocabulo positionis eodem sensu vsus esse Palladium de re rust. L. 3. tit. 2. obseruauit Car. Andr. Duker de Latin. Ict. vet. p. 316.

§. 34. Diuersus denique modus ius constituendi tertiam diuisionem creat. Legislator enim vel expresse ius constituit, vel tacite. Vnde differentia iuris SCRIPTI, ἐγγράφως, & NON SCRIPTI, ἀγγράφως, *) §. 3. Inst. h. t. L. 6. §. 1. ff. de iustit. & iure. III. Vel scriptum vel non scriptum.

*) SCRI

cultum subreelit.

*) SCRIPTVM IVS, iureconsultis non est in scripturam redactum, sed promulgatum; NON SCRIPTVM non promulgatum.

Species iuris scripti. §. 35. Iuris scripti species apud Romanos obmutatam subinde formam reipublicae erant plures. Nam eo referuntur, I. *leges centuriatae*, II. *plebiscita*, III. *Senatus consulta*, IV. *principum placita*. Ad non scriptum spectant I. *magistratum edicta*, II. *responsa prudentium* *), quae & strictissime *ius civile* dici solent. L. 2. §. 5. ff. de orig. iur. III. *disputatio fori*, IV. *mores maiorum*.

*) Atqui magistratum edicta & responsa prudentium ad ius scriptum referuntur §. 3. I. h. t. Responsum cape. Ἀγρῶς vtrique haec species iuris fuit, ratione originis; quia non promulgata tacite in foro auctoritatem obtinuit. Posteaquam vero edictum perpetuum conditum est, & Iustinianus responsa Ictorum, corpori iuris inserta, cum legibus reliquis publicavit, vtrumque ius ἐγγράφον esse coepit.

Quid lex? §. 36. LEX CENTVRIATA est, quam populus Romanus, (id est, patricii & plebs coniunctim), rogante Dictatore, Consule aut Praetore, in comitiis constituit §. 4. Instit. h. t. Laetae sunt leges centuriatae in libera republica, imo & Augusto imperante; Tiberii vero aevo desierunt.

Quid plebiscitum? §. 37. PLEBISCITVM, quod plebs, (a patricii discreta), rogante Tribuno plebis constituit

ELEM.
tit. §. 4. Legi
initio teneri mo
auctoritas d
legem primu
CCCVI. Lic. 11
LIIAM anno v
11. ac denique
c. CCCCLXV. 1
Lib. 4. cap. 38
feri.

*) In iure notat
fuit plebiscit
Vocatio, C

§. 38. SEN
republica eman
placita eius or
Polyb. Hist. 11
ges in canoie pr
re liberae resp
berius, euerit
rem, comitia e
Tit. lib. 1.
Senatum ius
L. in. C. de j

*) Senatusconsti
ram aerarii, h
uacuum, co
ham admittit
supplicatione
nebant. Pol

tuit §. 4. *Inst. eod.* Quibus plebiscitis quum initio teneri nollent patricii: postea iis eadem auctoritas data ac legibus centuriatis *), per legem primum HORATIAM, latam anno v. c. CCCVI. *Liv. lib. 3. cap. 55.* deinde per PVBILIAM anno v. c. CCCXVI. *Liv. lib. 8. cap. 12.* ac denique per HORTENSIAM, anno v. c. CCCCLXV. *L. 2. §. 8. ff. de O. I. Gell. Lib. 4. cap. 38.* Desierunt Augusto imperante ferri.

*) In iure nostro multae occurrunt leges, quae sunt plebiscita, velut *Lex Aquilia, Falcidia, Voconia, Cincia* &c.

§. 38. SENATVSCONSVLTA libera adhuc SCto. republica erant *decreta senatus de rebus, amplissimi eius ordinis curae demandatis* *). Vid. *Polyb. Hist. lib. 6. cap. 12. sqq.* Ius ergo, leges *in causis priuatis* condendi senatui tempore liberae reip. non fuit. Posteaquam vero Tiberius, euerfurus antiquum leges ferendi morem, comitia ex campo transtulerat in curiam; Tacit. *lib. 1. Ann. cap. 15.* non ambigebatur, senatum ius facere posse, *L. 9. ff. de legib. L. vn. C. de senatusc.*

*) Senatusconsulta ergo libera republica ad curam aerarii, legationes, administrationem provinciarum, cognitionem de maleficiis per Italiam admissis, triumphos, comitia, ferias, supplicationes, aliaque huius generis, pertinebant. *Polyb. ibid.*

Quid
SC?

§. 39. Quum ergo senatus ab eo tempore, populum vel comitia repraesentaret: (§. 38.) SENATVSCONSVLTVM definiri poterit, quod fit *ius a senatu, loco populi, ad orationem principis constitutum* §. 5. *Inst. h. t. L. 2. §. 9. ff. de O. I.*

Quam
diu du-
rarint?

§. 40. Talia SC. vel, uti nonnunquam vocantur, *iura ORATIONIBVS PRINCIPVM constituta*, L. 8. *ff. de transact. L. 1. ff. in quib. caus. pign. iunct. L. 52. §. 10. ff. pro soc. L. 60. pr. ff. de rit. nupt.* post Antoninorum tempora paullatim ab usu recesserunt, postquam multo ante principes, constitutionibus vel edictis suis, iura nova sancire coeperant. *R. J. B. Leonis*

Consti-
tutio-
nes quid
sint.

§. 41. CONSTITVTIOES huiusmodi sunt *principum placita, quae, si hi volunt, (§. 6. Inst. h. t.) legis habent vigorem. L. 1. pr. ff. de const. princ. **). Ratione finis in GENERALES & SPECIALES dispesci solent, prout nimirum aut eum in finem a principe dantur, ut omnes subditi obligentur, aut minus.

*) Concessum est hoc ius leges condendi imperatoribus romanis per *legem regiam* §. 6. *L. h. t.* Erat autem lex regia, quae et *lex imperii* dicitur in *L. 3. C. de testam.* nec non *augustum privilegium* in *L. vn. §. 14. C. de caduc. toll.* nihil aliud quam complexio praerogatiuarum, Imperatoribus decretarum sub auspicio Imperii. Vid. *Antiquit. Rom. h. t. §. 43. seqq.*

§. 42. Sin autem ad ipsa constitutionum *con-* Consti-
tenta respicimus, quinque earum sunt genera: *tutio-*
 EDICTA, MANDATA, RESCRIPTA, DECRE- *num ge-*
 TA & PRIVILEGIA; ex quibus quaedam, edic- *nera.*
 ta nimirum, semper sunt constitutiones *genera-*
les, quaedam non nisi *speciales*, scilicet manda-
 ta et privilegia; quaedam denique, veluti res-
 scripta & decreta, modo ad generales, modo
 ad speciales constitutiones referendae sunt.

§. 43. EDICTA sunt *constitutiones*, quae *ge-* Edicta.
neratim feruntur, & in omnium subditorum
utilitatem ius novum constituunt. L. 1. §. 1.
*ff. de constit. Princip. **) Vnde facile ab edic-
 tis distinguas MANDATA, quae ad magistratus
diriguntur, ipsisque modum administrandi mu-
 neris praescribunt. L. 1. C. de mandat. Princ.
 Iac. Gothofred. ad L. vn. Cod. theod. de man-
 dat. princ. pag. 28. T. I.

*) Sine dubio illa ius generale faciunt & pro
 lege sunt. Vnde & LEGES EDICTALES PER-
 PETVAE, vel IN PERPETVVM VALITV-
 RAE dicuntur; L. 6. C. de sec. nupt. L. 6.
 de vers. rescript. itemque EPISTOLAE GE-
 NERALES, L. 1. §. 2. ff. de fugitiv. SA-
 CRAE LEGES Nov. 48. fin.

§. 44. RESCRIPTA ad *instantiam* subdito- Rescrip-
rum emittuntur, & prout Princeps vel ad libel- *ta.*
 los, seu *αἰτήσεις* partium, vel ad consultatio-
 nes magistratum, vel ad desideria *uniuersita-*
tum respondet, L. 19. §. 9. ff. locat L. 3. §.

1. ff. de testib. vel ADNOTATIONES seu SVBNOTATIONES, vel EPISTOLAE, vel SANCTIONES PRAGMATICAE dicuntur. L. 6. & 7. C. de diuers. rescript. L. 12. C. de veltig.

An rescripta ius fecerint?

§. 45. Cum rescripta ad instantiam subditorum emittantur: (§. praeced.) consequens est, vt illa non faciant ius, si preces veritate haud nitantur, L. fin. C. de diuers. rescr. & pragm. sanct. quod praesumitur, si in reip. detrimentum, aut in praeiudicium iuris, tertio quaesiti, tendant L. 3. & L. 7. C. de precib. Imp. off. L. 6. C. Si contra ius vel util. publ.

Decreta

§. 46. DECRETA dat Imperator, causam controuersam ex actis cognitam decidit, L. 1. §. 1. ff. de constit. princ. L. vit. Cod. de leg.

An rescripta et decreta faciant ius generale?

§. 47. Cum constitutiones Principum Legis habeant vigorem, si Princeps velit: (§. 41.) sequitur, vt decreta & rescripta ius generale haud faciant, si aut quaestionem facti decident, aut ius quidem dubium dirimant, sed ex iis quae circumstant adpareat, Principem ius singulare ac exorbitans statuere voluisse. Alias autem pro legibus generalibus omnino valent, L. 12. C. de leg. & constit. *)

*) conf. Reinharth ad Christin. Vol. 1. obs. 1.

Privilegia.

§. 48. PRIVILEGIA denique sunt constitutiones, quibus Imperans individuum aliquod, suam rem siue personam, a iure communi quoad plures

res actus similes in fauorem eximit. *) 6. l. h.
 t. Inde regula: *privilegium non trahendum est ad exemplum.* — *privilegium strictè est interpretandum.*

*) Ab his ergo privilegiis accuratiores rectè distinguunt I. CONSTITUTIONES PERSONALES, quibus quis quoad unicum actum a iure communi eximitur, quaeque vel odiosae sunt, vel favorabiles, & dispensationes, abolitiones atque adgratiationes. comprehendunt; II. BENEFICIA LEGIS, cum generalia, veluti restitutionis in integrum, inuentarii, ordinis, diuisionis, tum specialia, quibusdam hominum generibus, vt mulieribus, studiosis, fisco, collegiis & corporibus data, quae & nonnunquam IVRA SINGVLARIA et improprè *privilegia* adpellantur. Cuiac. *obj. lib. 15. cap. 8.*

§. 49. Tribuuntur privilegia vel gratis vel onerose. Inde vel GRATIOSA vel ONEROSA sunt. Porro aut *personae* aut *causae* conceduntur. Illa PERSONALIA; haec REALIA dicuntur doctoribus. Personalia cum persona exspirant; realia ad quemcunque rei privilegiatae possessorem transeunt, L. 3. §. 1. ff. de cens. L. 196 ff. de reg. iur.

Vel
 personae vel
 causae
 conceduntur.

§. 50. Quum ergo privilegia sint constitutiones, quibus ius commune restringitur, & subditio ius singulare conceditur: (§. 48.) consequens est, I. vt ea solus imperans concedat; II. vt ea concedendi ius non sit magistratibus; III. vt ordinario reuocari a Principe non possint.

Privilegia
 solus
 imperans
 concedit.

Magistratum
edicta.

§. 51. Ad ius non scriptum pertinent I. MAGISTRATVVM EDICTA. (§. 35.) Solebant enim praetores proconsules, aediles curules, imo et alii magistratus sub auspiciū magistratus edicere, quo ordine, quae ratione ius dicitur essent de rebus ad iurisdictionem suam pertinentibus. Vnde edicta urbana siue PRAETORIA, PROVINCIALIA siue PROCONSULARIA & AEDILITIA, quae coniunctim IVRIS HONORARIJ nomine venire solent. §. 7. *Inst. h. t. l. 7. §. 1. ff. de iust. & iur. l. 52. §. 6. ff. de oblig. & act.*

An ius
facere
pote-
rint.

§. 52. Quamvis enim magistratus non essent legislatores: L. 12. §. 4. *ff. de Public. in rem act. l. 12. §. 1. ff. de bon. possess.* sensim tamen sibi sumserant facultatem, ius adiuvandi, supplendi, corrigendi propter utilitatem publicam. L. 7. §. 1. *ff. de iust. & iur.* Et ita intelligenda verba Iustiniani Nov. 25. *praef. & Nov. 26. cap. 1. §. 1.* ubi praetores *legislatores* vocantur. Vnde tot actiones *praetoriae & aedilitiae*, interdicta restitutions in integrum, bonorum possessiones. Quae omnia initio vsu fori comprobata, denique iuris scripti auctoritatem obtinuerunt, cum compilatum est Edictum perpetuum.

Edic-
tum
perpe-
tuum.

§. 53. Nimirum auspiciis Hadriani eiusque iussu collegit edicta Praetorum, quae tum existabant, Salvius Iulianus Ictus. Hoc quasi iuris hono-

ELEM.
honorarii corp
& edicto imper
*) Perit ill
dignita migrat
reditio in is
leg. Apul. L.
edito & L. 4
*) Entrop. VII
Digst. Bach.
Selt. 4 p. 4
§. 34. Porro
ad ius non scri
Iustinianus cor
iura responde
*) Permissum
bus traditum
de O. I. post
nibus eam
obtinuerunt
dicerent.
§. 53. Ex h
tis et respon
velut legitima
fictio, actione
legitimi deo. I.
§. 53. Dico
NIS, formula
ius inter se
f. de Orig. I.
nago existim

T CIVIL.

honorarii corpus vim legis perpetuae accepit, & edicto Imperatoris est publicatum A. C. 131.

*) Perit illud quidem, multa tamen ex eo in digesta migrarunt, quemadmodum & tria edicta aedilitia in iis supersunt. L. 27. §. 28. ff. ad leg. Aquil. L. 1. §. 1. & L. 38. ff. de aedil. edicto & L. 40. seqq. ff. eod.

*) Eutrop. VIII. 9. Constit. tanta de confirm. Digest. Bach. hist. iurispr. rom. Lib. 3. C. 2. Sect. 4. p. 460. seqq.

§. 54. Porto II. & RESPONSIVA PRVDENTVM ad ius non scriptum referuntur, (§. 35.) id est, sententiae eorum, quibus permixtum erat *) de iure respondere § 8. Inst. h. t. *Guthrieus: Resp. Prudentum*

Respon-
sa pru-
dentum

*) Permissum vero id erat initio omnibus, quibus studiorum esset fiducia: L. 2. §. 47. ff. de O. I. postea Augustus certis tantum hominibus eam facultatem respondendi concessit, obstrinxitque iudices, ne ab eorum sententiis discederent. §. 8. Inst. h. t.

§. 55. Ex iureconsultorum illis interpretamentis et responsis, multa nata sunt iuris capita, veluti legitima patrum tutela, querela inofficiosa, actiones utiles, legis actiones, & actus legitimi &c. L. 2. §. 6. ff. de O. I.

lis varia
jura in-
usata.

§. 56. Dicebantur nimirum LEGIS ACTIONES, formulae & conceptiones verborum, quibus inter se homines disceptabant, L. 2. §. 6. ff. de Orig. Iur. ACTVS vero LEGITIMI, vt vulgo existimatur, erant negotia publice vel privatim.

Maxi-
me ac-
tiones
legis, &
actus le-
gitimi.

pertinent I. M.
(35.) Solem
aediles curas
picipium magis
ratione ius di
tionem suam pe
na sine PRAET
COCONSULAT
in IVRIS HON
§. 7. Inst. h.
L. 52. §. 6.
stratus non est
de Public. in n
possess. sentent
, ius adiuuand
er vilitatem p
& iur. Ex iur
no. 25. praef
traetores legit
ones praetorian
ones in integre
e omnia initio
ris scripti aut
mpilatam est E
Hadriani elige
m, quae tum est
Hoc quib
hoc

privatim, sollempniter celebranda; veluti manumissio, adoptio, emancipatio, cessio in iure, mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, tutoris datio &c. *)

*) De his actibus regulam tradunt doctores, quod neque Diem, neque conditionem, neque procuratorem admittant. *L. 77. l. 123. pr. f. de A. J.*

Disputatio fori & mores maiorum. §. 57. Denique ad ius non scriptum (§. 35.) pertinent: III. DISPUTATIO FORI & IV. MORES MAIORVM. Disputatione fori intelligitur *ius ex rebus iudicatis, in primis centumvirilibus ortum, siue illud ius, quod hodie usum fori vocamus* *) L. 2 § 5. ff. de orig. iur. Cic. Top. Cap. 5. Mores autem maiorum vocabatur *omne ius consuetudinarium ab antiquo in ciuitate obtinens, proprio ac peculiari nomine carens, cum neque ex edictis magistratum, neque ex responsis prudentum, neque ex disputatione fori derivari posset* **). L. 12. §. 2. de iudic. Cic. l. c.

*) Hac disputatione fori saepe ius durum ad aequitatem est inflexum, & quod Icti ex cogitauerant, in foro auctoritatem obtinuit. Exemplo est querela inofficiosi. Valer. Max VII. 7. vid. Io. Aug. Hellfeld progr. de disput. fori. Herm. Cannegieter obs. iur. rom. Lib. 3. cap. 2. & Car. Frid. Zepernick diatr. de iudiciis centumviral. §. 6. Siccamae libro de ead mat. adiect.

***) Sic moribus maiorum adscribitur, quod consulibus absentibus Praetor consulare munus usurparet, quod feminae ciuilibus muneribus haut fungerentur, quod donationes inter coniuges

iuges non valerent, aliaque multa quae con-
cessit Io. Gothofr. Richter in *diff. de moribus
maiorum.*

§. 58. Quum ius non scriptum si consuetudo
fit ius tacito consensu legislatoris introductum:
(§. 34) consequens est, I. vt quae facti sit, an
consuetudo huiusmodi in rep. inoleuerit? quod
ex diuturnitate temporis & actuum vniformium,
rectae rationi non repugnantium, frequentia pro-
bandam. L. 1. C. *quae sit long. consu.* L. 34. §
39 ff. *de legib.* II. Vt introductae eadem vis
sit, ac scriptae legis, §. 9. *Inst. h. t.* L. 32. §.
1. ff. *de legib.* III. Vt. & legibus anterioribus
deroget, & easdem plane tollat. L. 32. §. 1.
ff. *de legib.* §. 2. *Inst. h. t.*

Confue-
tudinis
vis &
potestas

§. 59. *Leges centuriatae & plebiscita* hodie
non distinguuntur, quia forma ciuitatis romanae
nusquam exstat. Si quis vero statuta collegio-
rum, quae nostris in vrbibus *der Stadtrath.* vo-
cantur, *senatusconsulta* nominare velit: per nos
licet. Constitutiones Principum habemus eas-
dem, quas Romani. Magistratus autem nostri
edicta annua non condunt, nec in extraordina-
riis, quae proponunt, edictis iura noua conti-
nentur. *Sententiae Ictorum* in magno, imo
nimio sunt honore; nec *disputationi fori mo-
ribusue maiorum* sua deest auctoritas.

Anho-
die toti-
dem iu-
ris scrip-
ti spe-
cies sint.

§. 60. Ceterum omne ius vel ad PERSONAS, Objecta
vel ad RES, vel ad ACTIONES pertinet. §. *vit.* iuris

nae res, *Inst. h. t.* Vnde iam hoc libro primo, *de iure personarum*; libro secundo, tertio & initio quarti *de iure rerum*; libri quarti capite sexto & sequentibus *de iure actionum* agitur.

TIT. III.

D E

IVRE PERSONARVM.

§. 61.

Quid homo?
quid perso-
na?

HOMO & PERSONA in iure maxime differunt. HOMO est, cuiuscumque mens ratione praedita in corpore humano contingit. PERSONA est homo, statum civili praeditus.

Quid status?
& quod duplex?

§. 62. STATUS est qualitas, cuius ratione homines diverso iure utuntur; isque est vel NATURALIS, vel CIVILIS. Quoad statum naturalem homines vel sunt *nati*, vel *nascituri*, vel *masculi* vel *feminae*; vel *sani* vel *aegroti*; vel *sanae mentis* vel *mente capti*; vel *minores* vel *maiores*, illi vel *impuberes* vel *puberes*; *impuberes* aut *infantes infantia maiores*; hique aut *infantiae proximi* aut *pubertati proximi*; *puberes* vel *plena* pubertate vigent, vel *minus plena*. Status civilis iterum in statum LIBERTATIS, CIVITATIS & FAMILIAE dispescitur. L. ult. ff. de cap. minut. Certissimum ergo iuris axio-

ma est: *Quicumque nullo statu civili gaudet, iure Romano non persona, sed res habetur.* (S. 61.)

§. 63. Ad statum libertatis relati homines aut LIBERI sunt, aut SERVI; liberi aut INGENVI, aut LIBERTINI. *pr. Et §. 5. Inst. h. t.* Homi-
nes aut
liberi
aut serui

§. 64. *Liberi dicuntur, qui potestati dominicae non subfunt, aut saltem non iuste subfunt; serui, qui in iusta sunt servitute.* In *iu. sta dico.* Qui enim in servitute iniusta detinetur, servus in iure nostro non habetur*). *L. 1. §. 2. ff. de iur. Et fact. ignor. L. 27. §. 8. ff. ad L. Iul. de adult. L. 4. §. 4. ff. de statu lib.* Quid li-
beri,
quid ser-
ui?

*) Differunt ergo in iure *servire*, siue in servitute *degere*, et *servum esse*; in *libertate vivere* & *liberum esse*. Bona fide *servire* dicitur liber homo, qui possidetur ab aliquo, qui eum iustam servitutem *servire* existimat. Exempla collegit Briffon. *de verb. signif. voce: bona fides. p. 136 edit. Hein. L. A. A. pr. De usuf. & ususuf.*

§. 65. Servus itaque est homo; (S. 61.) *Axioma* sed in civitate est ἀπρίστωτος, Theoph. *pr. I. mata de de stip. servor. h. e. non persona sed res; Casiodor. lib. 6. Varior. cap. 7. Vlp. Fragm. tit. 19. §. 1. sine capite; §. 4. I. de cap. dim. imo pro nullo & mortua habendus; L. 32. Et 209. ff. de reg. iur. quia nec statu familiae, nec civitatis, nec libertatis gaudet.*

Serui
vel nas-
cuntur
ex ancil-
lis.

§. 66. Vario autem modo seruitus *iusta* (§. 64.) existere potest. Serui enim aut NASCVNTVR, aut FIVNT. NASCVNTVR ex ancillis nostris: §. 5. *Inst. h. t.* quia serui sunt res, (§. 65.) & ex iuris principiis foetus, tanquam accessio ventris pertinet. §. 19. *Inst. de rer. div. L. 6. ff. de acqu. rer. dom.*

Vel
fiunt iure
gentium
captivitate.

§. 67. Fiunt serui vel ex iure *Gentium*, vel ex iure *ciuili*. Ex IVRE GENTIVM per captivitatem, unde serui dicti, quasi servati *), *mancipia*, quasi manucapta. §. 3. *Inst. h. t.*

*) Etymologia vere Stoica. Solebant enim Stoici eorumque exemplo iureconfulti, loco etymologiarum grammaticarum allusiones quasdam, satis aliquando contortas, dare. Talis est etymologia testamenti *pr.* *Inst. de testam. ordin. mutui L. 2. §. 2. ff. de reb. cred. diuortii L. 2. pr. ff. de diuort.* Conf. de iureconfultorum etymologiis Scip. Gentil. *Origines; Menag. Amoer. iur. civ. cap. 39. & Car. Andr. Duketus de Latin. vet. ICTor. p. 25. 27. 462.*

Iure ci-
uili in
poenam

§. 68. Ex IVRE CIVILI serui fiunt I. maiores XX. annis, qui se pretii participandi causa venundari passi sunt; §. 4. *Inst. h. t.* II. liberti ingrati aduersus patronum; §. 1. *Inst. de cap. dem. L. 2. C. de libert. ei lib. cor.* III. Serui poenae; quae tamen seruitus a Iustiniana sublata est in fauorem proximorum cognatorum. *Nov. 22. cap. 8.* Seruitus ergo, in quam quis modis praedictis inciderat, *iusta*, alia om-

nis

nis iniusta habebatur; sic vel maxime licita & legibus probata esset. Exemplum habes in filio familias a patre venundato aut noxae dedito vid. infr. §. 101. n. 3. 4.

§. 69. Quia serui e. personis res fiebant, (S. 65.) recte sane dicitur, nullam eatenus in eorum statu esse differentiam; §. 5. *Inst. h. t.* quamvis negari nequeat, varia eorum officia, variosque ordines occurrere, & alium seruum altero liberalius habitum; immo & paullo tolerabiliorem fuisse conditionem STATV LIBERORVM, qui statutam in tempus aut conditionem libertatem habebant, L. 9. ff. de statu lib. ADSRIPTIORUM, COLONORUMQVE, L. 2. L. 4. C. de agric. & cens. & ibi Cuiac. Nov. 162. cap. 3.

§. 70. Hodie duplex seruorum genus existit. An seruitus hodie abolita? Primum est *Africanorum*, nec non *Turcarum*, qui bello capiuntur. Hi veri in sensu iuris romani serui sunt ac habentur. Alterum est *hominum propriorum*. Hi quidem in dominio sunt, & alienari possunt; fundo sunt adscripti, dominisque debent operas, censum & quibusdam in locis certam pecuniam pro libertate matrimonii, nec non partem hereditatis. Sed a seruis tamen romanis differunt, cum iure conubii, sibi acquirendi, contractuum & testamenti factionis gaudeant. Vid. Harprechtii tract. de iure mortuarii & Potgiesser tract. de statu & cond. serv. Famuli nostri conductitii famulaeque.

haecque homines liberi sunt, & ad feruorum censum minime referri queunt.

Liberi
homi-
nes vel
ingenui
vel li-
bertini.

§. 71. Haec de seruis. His oppositi LIBERTINI quum in INGENVOS & LIBERTINOS distinguantur (§. 63.) de ILLIS titulo IV. de HIS tit. V. agitur.

TIT. IV.

DE

INGENVIS.


§. 27.

INGENVI *) ex LL. XII. tab. erant solum illi, quorum pater *natus liber* erat. Iure medio ingenui sunt omnes, qui nati sunt patre *libero, et si manumisso*. Nouo denique iure ingenui dicuntur; qui nati *matre* quoquo modo *libera*. Ian. a Costa *ad proem. Inst. h. t.* Hoc iure ergo ingenuus vocatur, *qui a matre libera natus, nec vniquam in seruitute iusta fuit. pr. §. 1. I. h. t.*

*) Ingenui a *gignendo* dicuntur, quasi quibus ingenuitas est libertas vel vt lidor. *lib. 9. Orig. cap. 4.* quasi qui *in genere* habent libertatem non in facto. Aliquando *κατ' ἐξοχὴν* liberi dicuntur, vid. *L. 4. ff. de iust. & iur. L. 2. pr. C. Theod. de liberal. caus.*

§. 73. Quum vero fauor ingenuitatis in iure magnus sit: inualuit axioma: *ingenuus est, quicumque*

unquam est natus a matre, quae tempore vel conceptionis, vel partus, vel intermedio, dum eterum gessit, saltim per momentum libera fuit. *dict. pr. Inst. h. t.* Axioma de ingenuitate.



TIT. V.

DE

LIBERTINIS.

§. 74.

Haecenus de ingenuis. LIBERTINI, his oppositi sunt, qui a iusta seruitute (§. 68.) liberati sunt *pr. Inst. h. t. L. 6. ff. de stat. hom.* Quinam liberti ni?

§. 75. Contingit haec liberatio aliquando ipso Manu- iure vid. t. t. Dig. qui sine manumissione. missio. Plerumque autem per manumissionem, quae est actus, quo dominus seruum liberum esse iubet. Quum enim serui essent res: (§. 65.) dubium non erat quin domini dominio suo se abdicare, adeoque seruis libertatem reddere possent.

§. 76. Modi manumittendi veteres & sollem. Modi nes erant CENSUS, TESTAMENTVM, VIN. manumittendi veteres & sollemnes. DICTA. Cic. in Top. cap. 2. Vlpian. Fragm. tit. i. §. 8. Recentiori aeuo accessit manumissio in SACRO-SANCTIS ECCLESIIS L. i. §. 2. C. de his qui in SS. eccles. §. 77.

Modi novi & minus sollemnes. §. 77. Modi novi, & minus sollemnes erant plures, veluti *per epistolam, inter amicos*, §. 1. *Inst. h. t. per conuiuium.* Cai. *Inst. lib. 1, tit. 1. §. 2. per nominationem filii.* §. 12. *Inst. de adopt.*

Olim vna libertas. §. 78. Omnes ita manumissi e seruis fiebant liberi, e rebus personae. (§. 65.) Et olim quidem ex instituto Seruii Tullii (*Dionys. Halic. lib. 4. p. 126.*) vna erat omnium libertinorum conditio, quoniam omnes non modo libertatem, sed & ciuitatis Romanae iura consequabantur. *Cic. pro Corn. Balbo. c. 24.*

Ex lege Aelia Sentia quidam liberti dedititii §. 79. Posteaquam autem domini scelestissimos seruos ob varias causas manumittere coeperant, (*Dionys. Halic. lib. p. 228.*) & ciuitas pessimorum hominum colluue adfluere videbatur: variis legibus latis hoc mutatum & cautum est, ne manumissi ciuitatem romanam consequerentur, nisi integrae existimationis essent, & modo sollemni manumissi.

Discrimen inter libertinos immo & ingenuos & libertinos sublatum. §. 80. Aft Iustinianus primo hoc sustulit: §. *ult. Inst. h. t. L. vn. C. de Lat. lib. toll. & L. vn. C. de dedit. lib. toll.* deinde & ingenuitatem libertinis concessit, adeoque omne fere discrimen ingenuorum & libertinorum aboleuit, saluo tamen *iure patronatus Nov. 78. cap. 1.*

§. 81 Nimirum magna olim necessitudo erat **Patroni** inter manumittentem & libertum. Libertus illi **liberti** debebat, quod persona esse coeperat, quum an-

tea in classe rerum esset. (§. 65.) Ex quo con- norum
 sequebatur, ut patronus illi veluti pater ac proxi- veluti
 mus agnatus esset, cuius & nomen adsumere paren-
 solebat. *Lactant. Inst. Div. Lib. 4. cap. 3. L. agnati.*
94. ff. de leg. 3. L. 88. §. 6. ff. de leg. 2. L.
108. ff. de condit. & demonstr. Vinn. ad princ.
Inst. de success. libert. & quae nos ibi notavi-
mus. p. 566.


§. 82. Quum itaque manumissores libertis Iura pa-
 essent instar parentum: (§. 81.) consequens trona-
 erat, ut liberti patronis deberent obsequium & tus.
 reuerentiam. *L. 9. ff. de obs. par. Et patr.*
praest. II. Ut illis obstricti essent ad praestandas
operas officiales, L. 9. §. 1. ff. de op. libert.
non autem ad fabriles, nisi promissas. L. 3. pr.
L. 5. L. 7. §. 3. ff. eod. III. Ut patronus li-
berto certis in casibus succederet, de quibus
infra dicendi locus erit, Libr. 3. Tit. 8.

§. 83. Caeterum haec omnia hodie fere ex- Vfus
 tra usum sunt. Manumittuntur homines pro- huius
 prii; sed per solam fere epistolam. Cessant ve- doctri-
 ro hic reliqui modi manumissionis; cessant iura nae ho-
 patronatus. diernus

§. 84. Actiones ratione status libertatis com- Actio-
 petentes variae sunt. Agere nimirum 1.) po- nes cir-
 test dominus contra seruum, qui se pro libero ca sta-
 gerit; 2.) is, qui in seruitute iniusta est, ad- tum li-
 uersus eum, qui seruire cogit, ut liber decla- bertatis.
 retur, quod iudicium *liberalis causa* vocatur

34 EL. IVR. L. I. T. VI. DE PROHIB. MANVM,

tit. Pand. de liberali causa. L. 1. C. de assert. toll. 3) Actio de ingenuitate datur patrono aduersus libertum, qui se pro ingenuo gerit, & iura patronatus negat. 4.) Similis actio competit ingenuo in illum, qui sibi ius patronatus perperam asserit, ad ingenuitatem declarandam. *tit. Pand. si. ingen. esse dic.*



TIT. VI.

QUI ET EX QVIBVS
CAVSSIS.

MANVMITTERE NON POSSVNT.

Manu-
mitten-
di liber-
tas lege
Aelia
Sentia
circum-
scripta.

§. 85.

Quam Romani saepe seruos imprudenter manumitterent: lege AELIA SENTIA haec manumittendi licentia quodammodo fuit circumscripta. Dio. Cass. *lib. 4. p. 556.*

Duo
eius ca-
pita huc
perti-
nentia.

§. 86. Haec enim lex inter alia & bina haec capita *) complectebatur, quorum altero cautum fuerat, *ne quis in fraudem creditorum manumitteret: pr. Inst. h. t. altero, ne domi- no minori viginti annis manumittere liceret, nisi allegata probataque causa apud consilium. §. 4. Inst. eod.*

* Non enim his duobus capitibus solis constabat lex AELIA SENTIA, vt nonnullis visum: veluti Voet. *Elem. iur. h. t. §. 1.* sed plura alia

DE LEGE
alia passim
Rom. h.
se interpret
tione te
§. 87. Ver
vi. Infirmu
tie minor X
tere non pot
permissa §.
rum, & in l
mento manu

LEGE


A d coe
etiam
V. C. DCC
quam decem
milia in test
XIX. ne pl
qui ad la. n
ter plures, e
§. 89. Ve
ata nulli

DE LEGE FVRIA CANINIA TOLLEND A 35

alia passim memorantur. Vid. *Antiqu. nostr. Rom. h. t. §. 3. seqq.* Totam legem ordini ac integritati suae restitutam reperies in editione tertia *Antiq. nostr. Rom. h. t.*

§. 87. Verum & huic legi ex parte derogavit Iustinianus. Nimirum vi legis Aeliae Sententiae minor XX. annis in testamento manumittere non poterat. Hoc abrogavit Iustinianus permittens §. ult. I. h. t. homini XVII. annorum, & in Nov. 119. cuius puberi, in testamento manumittere.

Abrogatio
capitis
posterioris.



TIT. VII.

DE

LEGE FVRIA CANINIA
TOLLEND A.

§. 88.

Ad coercendam manumissionum licentiam etiam Lex Fursia Caninia lata est anno V. C. DCCLII. qua cautum erat, vt, qui plures quam decem seruos non haberet, plus parte dimidia in testamento ne manumitteret, qui ad XXX. ne plus tertia: qui ad C. ne plus quarta, qui ad I. non plus quinta, nec vnquam testator plures, quam C. libertate donaret.

Legis
Fursiae
canin.
sanctio.

§. 89. Verum hanc quoque legem, vtut reip. eius-
antea vtilissimam, sustulit Iustinianus, interfe- dem ab-
rens

C a

rens

roga-
tio.

rens causam parum idoneam, quod tantundem licere debeat morientibus, quantum viuis. §. vn. *Inst. h. t.*

DE STATV CIVITATIS.

Homi-
nes vel
ciues
vel pe-
regrini.

§. 90. Quoad statum ciuitatis (§. 62.) homines vel CIVES sunt vel PEREGRINI. Haec diuisio olim maximi erat momenti, cum ciues multis, iisque insignibus iuribus gauderent, quibus destituti erant peregrini. Cum autem constitutione Antonini, cuius in *L. 17. D. de statu hom.* mentio fit, omnes ingenui in orbe romano viventes ius ciuitatis romanae consecuti essent; ac Iustinianus libertinis ius ingenuitatis concesserit (§. 80.) omnis fere vsus distinctionis illius exoleuit; et in Institutionibus omisa est.

Vfus
hodier-
nus.

§. 91. Hodie triplex ius ciuitatis datur: *uniuersale* siue *imperiale*, *prouinciale* et *locale*, quorum quoduis suos et peculiare habet effectus. vid. Io. Rud. Engau. *diss. de iure indigenarum Germaniae*, & Christ. Frid. Georg. Meister. *diss. de statu ciuitatis eiusque iuribus*.

TIT. VIII.

D E

HIS QUI SVI VEL ALIENI
IVRIS SVNT.

§. 92.

Sequitur ergo tertia hominum partitio in eos, qui sunt SVI vel ALIENI IVRIS *pr. Inst.* Secunda per-
h. t. quae ad statum familiae pertinet, (§. 62.) rum di-
 & omnino latius patet diuisione in *liberos ac* uisio.
seruos: quia omnes quidem homines sui iuris
 sunt liberi, omnes serui alieno iuri subiecti: sed
 non omnes liberi homines sui iuris, nec omnes
 alieno iuri subiecti serui sunt.

§. 93. SVI IVRIS habentur, qui nec domi- Quinam
 nicae nec patriae potestati subsunt. ALIENO sui, qui-
 IVRI subiecti, qui alterutri subsunt. Illi vo- nam
 cantur patres matresue familias; hi vel filii fi- alieni
 liaeue familias, vel serui ancillaeue L. 4. ff. iuris?
h. t. Hoc titulo de DOMINICA; sequente de
 PATRIA POTESTATE agendum erit.

§. 94. Quum serui essent res in dominio con- Serui
 stitutae: Vlpian. *Fragm. tit. 1. §. 16.* domino erant in
 eadem iura in seruos erant, quae ei compete- domi-
 bant in res alias, dominio suo subiectas. nio Qui-
 ritario.

C 3

§. 93.

Iura do-
mini in
seruos.

§. 95. Itaque I. domino erat ius vitæ ac necis in seruos. §. 1. *Inst. h. t. L. 1. §. 1. ff. h. t.* II. Serui erant in commercio, adeoque vendi, donari, legari, & quocunque titulo in alios transferri poterant. III. Serui nihil habebant proprii, sed quidquid acquirebant quocunque modo, id omne acquirebant domino. Vid. *infra lib. 2. tit. 9.*

Ius vitæ
& necis
nulla-
modo abo-
litum.


§. 96. Sed quum hoc *ius vitæ* & necis paulatim in barbaram sæuendi licentiam degeneraret, Senec. *de ira lib. 3. cap. 40. de clement. cap. 18.* Plin. *Hist. nat. lib. 9. cap. 23.* & expedire tamen videretur reipublicæ, ne quis re sua male vtatur: §. 2. *Inst. h. t. iure nouo id ius ademptum est dominis, deportatione vel ultimo supplicio ex lege Cornelia adficiendis æque, si suum, ac si seruum alienum occiderint* *). §. 2. *Inst. h. t. L. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sicar. iunct. L. 16. ff. eod. nisi iusta occidendi causa subsuerit, veluti si dominus seruum sibi insidiantem, vel in adulterio deprehensum occiderit. L. 53. §. 3. ff. de leg. 1. L. 96. ff. de V. O. iunct. §. 2. Inst. de leg. Aquil. L. 24. pr. ad L. Iul. de adult.*

*) Quin quamvis ius castigandi dominis ademptum non sit: *L. vn. C. de emend. seru.* extra ordinem tamen succurritur seruis, iniuriam intolerabilem passis a domino.

Vfus
hodie-
rus.

§. 97. Et hoc iure vtantur iis locis, vbi sunt perfunt veri nominis serui, ac ius romanum viget.

viget. Quid iuris domino competat in homines proprios, supra iam occupatum est. §. 70.



TIT. IX.

D E

PATRIA POTESTATE.

§. 98.

Non solum servi, de quibus haftenus, alieno iuri subiecti sunt, verum etiam filii filiaeque familias, *L. 4. ff. de his qui sui vel alien. iur.* quia subsunt PATRIAE POTESTATI: (§. 93) de qua hoc titulo.

Alieni iuris sunt etiam filii familias.

§. 99. Quamvis vero haec potestas in se sit Patria iuris gentium: *L. 2. ff. de iustit. Et iur.* quod ad formam tamen proprium est ius civium Romanorum. Iure naturali enim potestas parentalisis est imperium, vtrique parentum competens pro sine educationis, & educatione finita cessat. Romano contra iure soli patri competit potestas in liberos, & non solum imperium, hoc est ius dirigendi omnes liberorum actiones, sed & ius dominio proximum complectitur, atque per totam vitam patris durat; ideoque et in nepotes neptesque ex filiis, imo illorum liberos extenditur. §. 3. *I. h. t. Cora. van. Bynkershoek de iure occid. lip. cap. 1.* cum quo

Patria potestas propria civium Rom.

C 4

tamen

tamen comparandus Gebauer *in diss priori de patria potestate.*

Vnitas
perfor-
natum.

§. 100. Arctissima ergo inter patrem & liberos erat coniunctio, ita vt *in negotiis priuatis* *) eadem haberentur persona. Inde I. liberi viuo patre quodam modo domini censentur bonorum paternorum; §. 1. & 2 I. de hered. qual. & diff. II. inter patrem & liberos neque obligatio neque actio est; L. 4. ff. de iudic. §. 6. I. de inutil. stip. Nec. III. alter in alterius causa testis officio fungi potest. §. 9. & 10 I. de testam.

*) Non in negotiis publicis. Nam quum filius familias tantum ratione patris sit ἀπὸ πάτρως alias vero & ingenūitate, & civitatis iure gaudet: in muneribus publicis pro patre familias habebatur: L. 9. ff. de his, qui sui vel al. iur. Quin si magistratum gereret filius familias, patria iura cum filii potestate collata, interquiescere paullulum & coniuere videbantur, vti ait Gell. Lib. 2. cap. 2. Huc etiam referendae L. 13. §. 5. & L. 14. ff. ad SC. Treb. quas egregie illustrat Bynkershoek Lib. 1. Obs. cap. 18. p. 75.

Iura pa-
tris in
liberos

§. 101. Hinc porro leges romanae tribuunt patri I. iubendi ius, & filiorum filiarumue familias negotia absque patris consensu gesta omnino nulla habentur. L. 35. de rit. nupt. L. 11. de stat. hom. II. disciplinam domesticam, quae ad ius vitae & necis usque porrigebatur *) L. 11. D. de lib. & post. Dionys. Hal. lib. 2. p. 96. III. ius ter venundan-
di;

di; Id. lib. 2. p. 97. IV. noxae dandi; §. 7. I. de noxal. act. V. vindicandi & interdicto de liberis exhibendis experiundi; L. I. pr. §. I. D. de lib. exhib. §. 3. I. h. t. VI. tutores dandi; §. 3. I. de tutel. VII. acquirendi quidquid liberi adquirent, §. 1. I. per quas person. cuique acquir. ius denique VIII. impuberibus liberis pupilariter substituendi. (§ 504. sqq.)

*) Non quasi promiscue posset occidere liberos innocentes, sed quod in liberos ei liceret animadvertere, tamquam iudici domestico, vti vocat Senec. *Controv. lib. 2. contra 3.* tamquam domestico magistratui Senec. *de benef. lib. 3. cap. 2.* tamquam censori filii. Sueton *Claud. cap. 16.* Exempla iudiciorum huius modi collegimus in *Antiq. Rom. h. t. §. 5.*

§. 102. Iure nouo I. non amplius ius vitae & necis competit parentibus, sed facultas modice castigandi, L. 3. C. de patr. pot. L. vn. C. de emend. propinq. L. vn. C. de his qui par. vel. lib. occid. aut magistratui offerendi. L. 3. C. de patr. pot. Deinde II iure nouo non licet parentibus vendere liberos, nisi urgente extrema egestate sanguinolentos; L. 2. C. de patr. qui fil. distr. id est, recens natos. Huber. *Digress. Lib. 2. cap. 5.*

§. 103. Porro & III. noxae dationem filiorum filiarumque familias sublatum constat. §. 7. I. de noxal. act. Contra IV. ius acquirendi per liberos non sublatum, sed restrictum tantum est distinctione variorum peculiorum, de quibus in-

Ius vitae & necis parentibus ademptum.

An hodie liceat vendere liberos.

Liberi noxae dari nequeunt, ius acquirendi restrictum.


fra *lib. 2. tit. 9.* Reliqua iura patriae potestatis salva & illibata manserunt.

Vsus patriae potestatis hodiernus. §. 104. de usu patriae potestatis hodiernotes velim I) patri hodie non solum competere potestatem naturalem sed civilem; matrem contra II) potestate civili carere, nec nisi naturali gaudere, patriae subordinata; III.) potestatem in nepotes neptesque plerumque cessare, cum patria potestas hodie per separatam oeconomiam dissoluatur; (§. 103.) IV. Iura patriae potestatis, eo, quo legibus romanis recentioribus definiuntur, modo hodiernum obtinere; nisi quod ius vendendi liberos (§. 102.) penitus cesset.

Obligatio ad alendum. §. 105. Haec de iuribus ex potestate patriae fluentibus. Onus illi coherens est obligatio ad liberos alendos pro modo facultatum. L. 1. §. 14. L. 4. L. 5. D. de agnosc. & alend. lib. Tenetur tamen pater etiam naturalibus liberis ad alimenta Nov. 89 C. 12. §. 6. in subsidium quoque matri, ascendentibus, fratribus & sororibus onus alendi incumbit, L. 5. §. 2. L. 8. eod.

Actiones circa statum familiae dantur actiones. Inter ipsos parentes & liberos agitur modo de filiatione, modo de patria potestate, quae actiones vel affirmatiuae sunt vel negatiuae; affirmatiuae, si quis filiationem aut patriam potestatem sibi asserit, & contra negantem experitur, negatiuae si reo haec iura negat. §. 107.

§. 107. Patria potestas acquiritur triplici modo I. IVSTIS NVPTIIS; modo iusto tempore liberi procreentur; L. 6. ff. de his qui sui vel al. iur. L. 12. ff. de stat. hom. L. 9. C. de nupt. L. 3. §. pen ff. de suis & legib. her. II. per LEGITIMATIONEM, III. denique per ADOPTIONEM, pr. Inst. h. t. §. 13. Inst. de nupt. pr. Inst. de adopt. Hinc de NVPTIIS & LEGITIMATIONE titulo 10. de ADOPTIONE tit. II. agitur.



TIT. X.

DE

NVPTIIS.

§. 108.

1. SOCIETAS CONNVBIALIS est societas maris & feminae, ad sobolem procreandam, & educandam, quae, si inter ciues romanos legitime initur, NVPTIAE s. CONNVBIVM vocatur. L. 1. ff. de rit. nupt. §. 1. I. de patriae potest. Nuptias praecedere solent sponsalia, quo vocabulo conuentio de futuris nuptiis significatur. L. 1. ff. de sponsal.

2. §. 109. De sponsalibus notanda sunt axiomata I. sponsalia iure romano posse iniri quibuscumque verbis, nec scripturam aliamue solennitatem requirere, L. 7. pr. ff. de sponsal. II.

Spon-

Modi
adqui-
rendi
patriae
potest.

*Non
sunt
Spon.*

Nuptiae
& spon-
salia
quid?

a.

Axioma-
mata de
sponsalia

Sponsalia celebrari posse ab omnibus, qui possunt consentire in futuras nuptias. *L. 7. §. 1. L. 11. ff. eod. III.* Ex illis obligationem ad nuptias ineundas non nisi imperfectam oriri, *L. 1. Cod. de sponsal. L. 2. §. 1. 2. ff. de divor. L. 2. Cod. de repud.*

§.

De nuptiis. §. 110. De nuptiis autem obseruandum: I. eas esse societatem; II. ad sobolem procreandam & educandam iniri; III. inter marem vnicum & vnam feminam, qui IV. ciues romani sunt; V. nuptias esse magni momenti negotium, & VI. legitime contrahendas esse.

Nuptiae §. 111. Quum ergo nuptiae sint societas: (§. 110. I.) consequens est, I. vt consensum vtriusque accedere oporteat, *L. 2. ff. de rit. nupt. excluso* furore, *L. 16. ff. 2. h. t. vi metuque* *L. 21. ff. L. 14. C. h. t.* Et quia (§. 110. II.) ad *procreandam sobolem* nuptiae fiunt: consequens est, II. vt nullum sit matrimonium cum castrato contractum; *L. 30. ff. de iur. dot.* III. vt masculos oporteat esse puberes, feminas viri potentes; *princ. Inst. h. t. L. 4. ff. eod.* id est, vt masculus 14. femina 12. annum excefferit; *pr. Inst. quib. mod. tut finit* quamuis ius canonicum magis ad potentiam generandi attendat, *c. 3. X. de despons. impub.* pluresque leges Germaniae speciales profectionem, quam ius romanum, aetatem requirant. Cum porro requiratur vnus masculus vnicaque femina:

femina: (§. 110. III.) illicita est *πολυγαμία* simultanea. §. 6. Inst. h. t. L. 2. C. de incest. nupt. L. 18. C. ad Leg. Iul. de adulter. Quo iure & nos utimur. C. C. C. Art. 121. Polygamia *successiva* licita est, modo nuptiae secundae non sint nimis festinatae: L. 8. D. de his qui not. infam. L. 1. L. 2. C. de sec. nupt. Nov. 22. cap. 23. seqq.

§. 112. Nuptiae inter ciues solos contrahi Non poterant; (§. 110. IV.) non ergo inter ciues serui; & peregrinos, multo minus inter liberos & personas seruilis conditionis, aut seruos ac ancillas. *) pr. Inst. h. t. L. 56. ff. sol. matr. Ast hodie non solum inter ciues & peregrinos, sed & inter homines proprios nuptiae contrahi possunt iisdem effectibus, quos connubium inter ciues & liberos homines habet. Sunt porro nuptiae maximi momenti negotium. (§. 110. V) Hinc filii filiaeque familias contrahere non possunt nuptias sine *consensu patris* praecedente. (§. 108.) **) pr. Inst. h. t. Vnde mira dubitatio de casu, si pater sit furiosus, captiuus, absens, vel consentire nolit. De quibus vid. L. 25. C. de episc. aut L. 9. 10. 11. ff. h. t. L. 19. ff. h. t. Secundum leges romanas autem nuptiae absque consensu patris contractae nullae sunt. pr. I. h. t. iunct. §. 12. h. t. quod etiam canonibus antiquis adprobatum est. c. 1. 3. 4. C. 30. qu. 5. Cap. 3. X. qui matrimon. accus. poss. Sed ius canonicum

nouum

nouum *Cap. 6. X. de raptor. & concilium Tridentinum, Sess. 24. de reform. matrimon. cap. 1.* consensus quidem patris requirit, non tamen rescindit contractas huiusmodi nuptias. Lancellot, *Inst. Iur. can. lib. 2. tit. 11. §. 2.* Quod & Protestantes, nisi lex specialis aliter caueat, sequuntur. Georg. Lud. Boehmer *l. c. §. 390.*

*) Distinguebant ergo Romani *connubium* vel *nuptias*, quae inter solos ciues consistunt; *matrimonium*, quod etiam cum aliis personis liberis; *contubernium*, quod inter seruos & ancillas initur.

**) Nec excluditur tamen ratihabitio: quod contra Vinnium luculenter demonstrauit Hubert. *Prælect. ad Inst. h. t. §. 10. & ad Pand. tit. de rit nupt. §. 5.*

Nuptiae legitime sunt ineundae.

§. 113. Denique legitime ineundae sunt nuptiae. (110. VI.) Hinc sequitur, ut requiretur consensus *connubialis**) qui iure romano solus nuptias facit. *L. 22. Cod. de nupt. L. pen. pr. §. 1. D. de don. inter vir. & vxor.* Idem obtinet iure canonico antiquo. *C. 30. X. de sponsal. C. 6. X. de condit. apost.* Ex placitis concilii Tridentini autem consensus matrimonialis coram ordinario parcho & duobus testibus est declarandus. *Concil. Trid. Sess. 24. de reform. matrim.* Iure denique Protestantium, ex vniuersali per Germaniam consuetudine, declaratio consensus nuptialis non est legitima, nisi quae inter ipsam benedictionem sacerdotalem data est. Georg Lud. Boehmer *in princip. iur. can. §. 370.* .

*) A

*) A nuptiis ergo maxime differebat **CONCV-
BINATVS**. Qui erat societas licita quidem,
sed non legitima ad sobolem procreandam
& educandam, sine affectione maritali. L. 41.
§. 1. de R. N. L. 49. §. 4. de leg. III.

§. 114. Ex eodem principio, quod nuptiae **Nuptiae**
legitime sint ineundae, (§. 110. VI. sequitur **ince-**
stae, in-
vt iriri tantum possint inter personas, quibus **deco-**
lege illud non est interdictum. Aliquando au- **rae,**
tem nuptiae tamquam **INCESTAE**, aliquando **noxiae.**
tamquam **INDECORAE**, aliquando tamquam
NOXIAE prohibentur.

§. 115 **INCESTAS** nuptias contrahunt pro- **Incestae**
prios **cognati** & **adfinis**. **COGNATI** sunt **inter**
quorum aut alter alterum procreauit, aut qui a **per-**
communi ^{& propinquitate} **supite** descendunt, siue ex iustis nup- **so-**
tiis ea cognatio sit, siue ex illegitimo coitu, **nas cog-**
natas & **adfinis.**
L. 54. ff. de rit. nupt. siue ex contubernio
seruili. §. 10. Inst. L. 8. L. 14. §. 2. ff. h.
z. **ADFINITAS** est necessitudo inter concum-
bentem vnum & alterius familiam. L. 4. §. 3.
ff. de grad. et adfin. *)

*) Obseruandum praeterea est. I. cognatos vel
agnatos & **cognatos** simul esse, vel **cognatos**
tantum. Priores, qui & agnati simpliciter
vocantur, sunt per masculos coniuncti; po-
steriores, qui etiam simpliciter & stricte
cognati adpellantur, per sexum femininum
coniunguntur. II. **Cognitionis** iura a legisla-
toribus romanis iudicari **naturalia**, **agnatio-**
nis vero **ciuilia** §. 3. I. de legit agnat. tut.
h. e. illi effectus, quos consanguinitas secun-
dum

dum ius naturae producit, locum habent in agnatis & cognatis. Huc pertinet ex mente Ictorum romanorum prohibitio nuptiarum. Illa contra iura consanguinitatis, quae in legibus ciuilibus nituntur, non nisi in agnatis locum habent e. g. ius tutelae, successione &c. III. Agnatos aut esse *agnatos striete sic dictos* h. e. eiusdem familiae, aut *gentiles* h. e. ad eandem tantum gentem pertinentes. IV. Discrimen inter agnatos & cognatos iure nouo esse sublatum. *Nov. 118. cap. 4. V. Cognationem vel mere ciuilem, vel mere naturalem, vel ciuilem & naturalem simul* esse. Prima per adoptionem; altera per procreationem ex coitu illegitimo, aut contubernium; tertia per generationem in iustis nuptiis constituitur. VI. A vera adfinitate differre *quasi adfinitatem*, quae ex sponsalibus oritur, aut e diuortio superstes est. *§. 9. I. h. t. L. 12. §. 1. 2. 3. D. de rit. nupt.* VII. Consanguineis duorum concumbentium non esse *adfines inter se.*

Cognationis gradus & lineae. §. 116. *COGNATIO ex gradibus, & lineis* iudicatur. *GRADVS est distantia cognatorum. LINEA est series cognatorum, eaque vel RECTA, quae ascendentes & descendentes; vel OBLIQUA, quae a latere iunctos complectitur, & vel AEQUALIS est vel INAEQUALIS.*

Regula iuris Rom. & can. de linea recta. §. 117. *In linea recta ius ciuile & canonicum conspirant. Tot enim vtrumque numerat gradus, quod sunt generationes. Hinc pater & filia vno; auus & neptis duobus; proauia & pronepos tribus gradibus distant, &c.*

Regula vtriusque iu- §. 118. *In linea obliqua ius ciuile eandem seruat regulam. Canonicum distinguit inter lineam*

neam obliqua
& de illa su
personae cog
tot gradibus
sore iure c
vo primo gra
iure canonico
linea regulam
venitur disti
personae disti
re cognata n
gradu tertio

§. 119. Al
nullae gener
nat avader
gradu mili
du mili aspi
que cum ille

§. 120. D
consanguinita
cuntur, qui
sunt, quom
Tuis vel
tre vel socore
h. t. Simpl.

§. 121. Qu
que iuris ciuil
Nuptiae int
linea recta
legi. L. 53.

neam obliquam AEQVALEM & INAEQVALEM, ris de li-
& de illa suppeditat axioma: *Quot gradibus* nea ob-
personae cognatae distant a communi stirpite, liqua,
tot gradibus inter se distant. Hinc frater a aequali
forore iure ciuili distat secundo; iure canoni- & inae-
co primo gradu: consobrini iure ciuili quarto; quali.
iure canonico secundo gradu. De INAEQUALI
linea regulam habet: *Quot gradibus persona*
remotior distat a communi stirpite, tot gradibus
personae distant inter se. Hinc. e. g. auī so-
ror cognata mihi est gradu quarto iuris ciuili,
gradu tertio iuris canonici. — *§. 3. inst. de g. l.*

§. 119. ADFINITATIS nulli sunt gradus, quia Regula
nullae generationes: L. 4. §. 5. ff. de grad. de adfi-
nitate.
κατ' ἀναλογίαν tamen recepta regula: *Quoto*
gradu mihi aliquis cognatus est, eodem gra-
du mihi adfinitate iuncta censetur persona,
quae cum illo concumbit.

§. 120. Denique ob adfinitatem aequae ac Respec-
consanguinitatem parentum loco nobis esse di- tus pa-
cuntur, qui immediate sub communi stirpite rentelae
sunt, quum nos ab eo simus remotiores: e. g. quid?
Thius vel Thia nepotibus vel neptibus ex fra-
tre vel forore parentum loco sunt. §. 5. Inst.
h. t. Simpl. ad Epictet Enchirid. cap. 37.

§. 121. Quibus praestructis, facile intelligun- Nuptiae
tur iuris ciuili de nuptiis regulae. Prima est: incestu
Nuptiae inter ascendentes & descendentes in ob ci g-
linea recta in infinitum prohibentur. §. 1. natio-
Inst. L. 53. ff. h. t. Altera: in linea obli- nem iu-
re ciuili.

qua iure civili secundus gradus semper est prohibitus, reliqui permisi, nisi personae sibi inuicem parentum ac liberorum loco sint *).

*) Hinc prohibitaee sunt nuptiae inter fratres & sorores. §. 2. *Inst. h. t.* cum amita & matertera, §. 4. 5. *Inst. eod.* non autem inter consobrinos §. 4. *Inst. h. t.*

Iure di-
uino.

§. 122. Legibus diuinis, quae Leuit. XVIII. & XX. leguntur, I. in linea recta expresse prohibitum est matrimonium inter parentes & liberos, auum & neptem; II. in linea collateraliali aequali inter fratres & sorores; III. in linea inaequali cum amita & matertera. An ad alias personas hae prohibitiones ob paritatem gradus extendendae sint, de eo acriter certatur, & adhuc sub iudice lis est.

Iure ca-
nonico.

§. 123. Ius canonicum prohibet I. nuptias in linea recta; II. in linea collateraliali ad gradum quartum. cap. 8. X. de consanguin. & aff. Reliqui ultra quartum permisi.

Et ob
adfinita-
tem.

§. 124. De adfinitate obseruandum: ius romanum in iisdem gradibus adfinitibus interdicit matrimonium, quibus illud interdicit consanguineis *) (§. 119.) Eandem ius canonicum feruat prohibendi rationem. Ius diuinum prohibet expresse I. matrimonium priuigii cum nouerca. II. cum fratris defuncti uidua, excepto casu Deuteron. XXV. 5. sqq. III. cum patris uidua. An pluribus personis implicite nuptias interdicit, dubium est. (vid. §. 126.)

*) Ergo

*) Ergo non subsistunt nuptiae inter fratrem & fratris viduam L. 5. L. pen. L. ult. C. de incest. nupt. nec inter nepotem & defuncti patris viduam: subsistunt autem inter consobrinum & consobrinam viduam.

§. 125. Haec de nuptiis incestis. Tanquam INDECORAE (§. 114.) prohibitaerant nuptiae, I. inter ingenuum & eam, quae artem ludicram, lenocinium, vel quaesitum corpore fecerat, nec non a lenone manumissam, vel in adulterio deprehensam, vel iudicio publico damnatam. L. 43. ff. eod. vid. comm. nostr. ad L. Iul. & Pap. Popp. lib. 2. cap. 1. & 2. II. Inter senatores senatorumque liberos & personas praedictas; nec non libertinas, ac illas, quarum parentes artem ludicram fecerant. L. 44. pr. h. t. III. Inter adulterum & adulteram, raptorem & raptam. L. 26. ff. h. t. L. vn. §. 1. C. de rapt. virg. Nov. 134. cap. 12. IV. Inter vitricum & priuigni viduam. L. 15. ff. de rit. nupt. V. Cum ea, quam vxor post diuortium ex alio viro peperit, item cum defuncti patris aut filii sponsa. §. 9. Inst. h. t. Sed primam & secundam prohibitionem Iustinianus sustulit. L. 23. L. ult. h. t. Nov. 77. cap. 3. Tertiam euertit ius canonicum, quod & raptorem ducere patitur raptam, c. fin. X. de raptu virg. & adulterum adulteram; dum ne adulterium factum sit sub spe futuri matrimonii, nec adulter vxoris, vel adultera mariti vitae struxerit infidias. c. 6. X. de eo qui dux. in matr. quam per adult. poll.

Nuptiae noxiae. §. 126. Denique tanquam NOXIAE prohibentur nuptiae I. Christiani cum Iudaea vel contra. L. 6. C. de Iud. II. Tutoris vel curatoris, filiae eius, cum pupilla, vel adulta, rationibus nondum redditis. L. 59. seq. ff. de rit. nup. III. Praefidis vel alius cuiuscumque, qui officio publico praeest in prouincia, cum muliere prouinciali. L. 57. L. 63. ff. de rit. nupt. IV. Clericorum, aliorumque, qui castitatis voto sese obstrinxerunt. L. 44. C. de episc. & cler. Nov. 6. cap. 1. §. 7. Sed tertia prohibitio hodie ubique; postrema, antiquiori & puriori ecclesiae ignota, L. 2. §. 4. C. de episc. & cler. inter protestantes exulat ob Epist. ad Hebr. cap. XIII. v. 4. & 1. ad Timoth. III. cap. III. v. 2. & cap. IV, v. 3.

lutherani

Effectus matrimonii communis. §. 127. EFFECTVS NVPTIARVM rite tractarum & quidem *communes* sunt: ¹ ius in corpus; ² obligatio ad fidem coniugalem. & ³ perpetuam vitae consuetudinem. L. 1. D. h. t. L. 12. D. ad L. Iul. de adult.

Effectus proprii. §. 128. Proprii quoad MARITVM, sunt: I.) imperium in vxorem, L. 4. C. de sponsal. nov. 117. c. 1. sqq. *). Hinc & vxor sequitur domicilium mariti, L. 5. D. de R. N. & maritus per operas vxoris acquirit; L. 48. D. de op. lib. II) patria potestas in liberos vid. tit. IX. Ratione VXORIS: I) participatio de dignitate ac foro mariti. L. 13. C. de dignit. L. 65. D. de iudic. II) ius in alimenta ac defensionem, L. 2. D.

D. de iniur. C. II. Dist. 3. ² Denique Ratione LIBERORVM ex iustis nuptiis proliuit I) ius legitimorum natalium; L. 6. D. de his qui sui vel alien. iur. L. II. Cod. de nat. lib. & II) effectus legitimacionis de quo §. 135. fqq.

*) Iure antiquo matrimonium aut ita contrahebatur, vt vxor veniret in manum mariti, aut fecus, Si prius velut filiafamilias fiebat; si posterius sui iuris manebat. Recentiori aevo haec in manum conuentio exoleuit, solo imperio subsistente. conf. Gronov. ad Gel. N. A. L. 3. C. 2. & Ayer in diss. de iure conubiorum apud romanos §. 22.

§. 129. Solutur matrimonium I) morte naturalis & civili; L. 1. D. de diuort. II) diuortio, quod dissolutionem matrimonii validi iusta ex causa a magistratu factam significat, L. 1. cit. & Ya nullitate matrimonii, L. 10. C. de repud. ² Separatione quoad thorum & mensam, C. 2. & 3. X. de diuort. nec non ³ repudio differt. L. 2. pr. L. 3. D. ibid. L. 101. §. 1. L. 101. D. de V. S.

DE DOTE ET PACTIS DOTALIBVS.

§. 130. Nuptiis accedere solet dos & donatio propter nuptias. De illa hic agendum, de hac infra (§. 416.) commodior erit dicendi locus. Est autem DOS id, quod ab vxore aut alio, eius nomine, datur marito, ad xferenda matrimonii onera. L. 7. pr. L. 56. §. 1. L. 76. D. de iure dot. Bona, quae praeter dotem vxor habet, receptitia, item paraphernalia vocantur.

X eo facilius D 3

§. 131.

7. **Variae dotis species.** §. 131. Variae dotis species sunt. Est enim vel *profectitia* vel *aduentitia*, quarum illa a patre proficiscitur, haec ab uxore aut aliunde venit. L. 5. *pr.* §. 8. 9. *ff. D. idid.* Cumque pater filiam dotare teneatur, L. 19. *D. de rit. nupt.* dos porro vel *necessaria* est vel *voluntaria* *). Aliam dotem *aestimata* esse, aliam *non aestimatam*, infra §. 418. audiemus.

*) Quae distinctio nouo iure minime cessat, vt probatum dedit Aemil. Lud. Hombergk in *de obligatione patris ad constituendam dotem non promissam*. *Marb.* 1770.
eo facilius

3. **Quid iuris sit circa dotem?** §. 132. Dos ad ferenda matrimonii onera datur. (§. 130.) Ex quo sequitur: I) vt maritus omnes eius fructus hueretur; II) vt soluto matrimonio restituenda sit, & quidem vxoris patri, si dos *profectitia* est; vxori aut eius heredibus, si *aduentitia*. L. 10. §. 1. 2. *D. de iur. dot. L. vn C. de rei vx act.*

habere in manu
Pacta dotalia quid? §. 133. Pacta de dote aliisque, quae sibi coniuges stipulari solent, inita dicuntur **PACTA DOTALIA**. Valida sunt, nisi aut marito aut vxori nimis nociua sint. L. 2. L. 5 *pr.* L. 6. L. 16. *eod.*

Actio ad dotem conferendam. §. 134. Ad dotem promissam consequendam datur *actio ex stipulatu* & *hypothecaria* L. *vn. C. de rei vx. act.*; si promissa non est, *condictio ex L. ult. cod. de dot. promiss.* Ad dotem repetendam *rei vindicatio*, L. 30. *C. de*

de iure dot. actio ex stipulatu, L. vn. pr. cit. & hypothecaria competit. L. vn. cit.

DE LEGITIMATIONE.

§. 135. Altera patriae potestatis causa est Legitimationis origo, (107.) ignota veteribus, & a Constantino & successoribus demum inuenta *)

*) Libera republica, Senatus; sub initium status monarchici princeps aliquando legibus soluebat vel parentes, qui liberos extra iustum matrimonium procreauerant, vel ipsos liberos, ex iniusto matrimonio immo ex incestis nuptiis natos. *Liv. lib. 38. cap. 36. L. 57. ff. de rit. nupr.* Sed id fiebat extra ordinem; neque tum proditus erat modus ordinarius, illegitimos in patriam potestatem redigendi. Caeterum de argumento legitimationis in primis conferendus Georg. Iordens *in binis diss. de legitimatione apud Fellenberg Vol. 2. p. 325. 344.*

§. 136. Est vero LEGITIMATIO actus, quo liberi illegitimi finguntur ex iusto matrimonio nati, Et hinc instar legitimorum rediguntur in patriam potestatem*.)

*) Duplex nimirum fictio in hoc argumento de legitimatione sollicite distinguenda. Fingitur in omni legitimatione, liberos esse legitime natos, qui tamen illegitimos habuerunt natales. Hanc fictionem non incongrue dixeris simplicem. In legitimatione autem ea, quae fit per subsequens matrimonium, fingebatur praeterea, tempore vel conceptionis vel natiuitatis iustum matrimonium inter personas concumbentes fuisse, quae fictio vulgo *retroactiua* dicitur. Huius confessionis

quens erat, vt liberi ab homine libero cum ancilla proceati, licet haec manumitteretur & vxor duceretur, legitimationis essent expertes. Non enim fuerat cum illa tempore conceptionis ius connubii, L. 10. L. 11. C. de natural. lib. §. vii. I. de nupt. (§. 112.) Iure nouissimo fictio retrotractiua cessat. Iustinianus enim Nov. 78. C. 4. nat. ex ancilla legitimationem per subsequens matrimonium admisit, sicque vetus illud principium destruxit. Conf. Volkmann in diss. de legitimatione partus a parentibus sedulo occultati §. 10.

Quinam
Possint
Legiti-
mari?

§. 137. Triplex autem circa legitimationem exurgit quaestio; *prima*: in quibus illa liberis locum habeat; *altera*: quibus modis fiat; *tertia* denique: quis eiusdem sit effectus? Quod ad primam attinet, iure romano legitimatio non pertinebat ad *spurius*, vel *vulgo quae- fitos*, nec ex *adulterio* vel *incestu* procreatos; sed ad solos liberos *naturalis*, id est, *e concubina susceptos* §. vlt. I. h. t. L. 10. C. de nat. lib. Nov. 117. cap. 2. *).

*) Ratio est in promptu. Legitimatio benefici loco habebatur patri concessi; legis autem beneficia non dantur delinquentibus, quales sunt, qui liberos ex stupro, fornicatione, adulterio incestuue procreant. Concubinitus contra (§. 113. *) in delictis non erat, sed licita coniunctio.

Modi
legiti-
mandi.

§. 138. Legitimandi modi tres referuntur: I. per *subsequens matrimonium*, a Constantino; II. per *dationem curiae*, a Theodosio Iuniore, & III. per *rescriptum principis*, a Iustiniano inuentus. §. 139.

§. 139. Per SVBSEQVENS MATRIMONIVM. legitimantur liberi naturales, quorum parentes concubinatum in nuptias commutant. Cuius rei signum olim erant instrumenta nuptialia, §. vlt. Inst. h. t. hodie sollempnia in matrimonio ineundo adhibenda requiruntur. (§. 113.)

Legitimationio per subseqvens matrimonium.

§. 140. Per CVRIAE DATIONEM legitimantur, qui a Patre in album curialium relati, quaeue in matrimonium collocatae fuerant curialibus. L. 3. L. 4. L. 9. C. de nat. lib. §. vlt. Inst. h. t. *)

Per curiae dationem.

*) conf. Gebauer. Excurs. 4. ad Inst. & Io. Wunderlich libr. de legitimatione per. obligationem curiae Ien. 1759.

§. 141. Denique & RESCRIPTO PRINCIPIS legitimabantur, quorum pater, qui concubinam ducere non poterat, cuique liberi legitimi non erant, sacrum principis oraculum impetrauerat. Nov. 74. cap. 2. Nov. 89. cap. 9.

Per rescriptum principis.

142. Quod ad effectum denique legitimationis attinet, patriam potestatem patri, & iura familiae liberis illa tribuit. Hinc consequens est, l. vt fieri nequeat sine liberorum consensu, L. 11. ff. de his qui sui vel ab. iur. quippe qui in conditionem deteriorem hoc ipso rediguntur. (§. 100. 101.) II. Vt legitimated patri succedant, tanquam sui *).

Legitimationis effectus.

*) Plura de successione legitimatorum infra §. 688. erit dicendi locus.

Mores
hodie-
ni

§. 143. Ceterum hodie & oblatio curiæ locum non habet, quia conditio curialium (§. 140.) ignota est; & per rescriptum saepius legitimatio fit, vt macula natalium eluatur, quam vt illegitimi redigantur in patriam potestatem, eaque legitimatio consensum patris minime requirit. Porro nec spuris, nec vulgo quaesitis, immo nec adulterinis aut incestuosis, id beneficium denegari solet. Denique obseruandum, hodie legitimationem non solum a Principe, sed & a comitibus Palatinis impetrari.



TIT. XI.

D E

ADOPTIONIBVS.

§. 144.

Tertius
modus
adqui-
rendi
patr. po-
test.
adoptio
Eius de-
finitio.

Tertius modus acquirendi patriam potestatem est ADOPTIO, (§. 107.) quae latius accepta est *legitima in locum filii vel nepotis assumptio*. pr. Inst. h. t. Ideoque adoptio imitatur naturam, §. 4. Inst. h. t. & in solatium eorum, qui liberos non habent, vel, vti eleganter Theophilus, *εις τὸ τῆς φύσεως ἐλάττωμα ἢ δυσύχημα ἐπικεΦίσει, ad molliendum naturae defectum vel infortunium, inuenta*. Theophil. pr. h. t.

§. 145.

§. 145. Est autem adoptio vel ARROGATIO vel ADOPTIO strictius dicta. Illa homo *sui iuris*, hac *filiusfamilias* adsciscitur; illa auctoritatem *summi imperantis* requirit, haec confirmatione *magistratus* contenta est; §. 1. *Inst. h. t. L. 1. §. 1. L. 2. pr. L. 4. D. h. t.* nec denique in *adoptione* impuberum ea requiruntur, quae in *arrogatione* eorundem obseruanda sunt. §. 3. *I. h. t. L. 15. §. 2. 3. L. 17. §. 1. sqq. L. 18. sqq. L. 22. §. 1. D. h. t. L. 2. C. cod.*

Arrogatio & adoptio stricte dicta differunt.

§. 146. Quum adoptio imitetur naturam: Quae (§. 144.) I. illi adoptare tantum possunt, qui possunt & parentes esse, & liberos in potestate habere, non ergo II. castrati *), §. 9. *Inst. h. t. L. 2. §. 1. L. 40. §. 2. ff. h. t.* III. nec feminae, nisi in solatium liberorum amissorum ex indulgentia principis, §. 10. *Inst. L. 5. C. h. t.* IV. nec natiu minores maiores, sed qui eos, quos in filios adoptant, plena saltem pubertate, id est 18. annis; eos quos in nepotes, 36. annis praecedunt. §. 4. 5. *Inst. h. t. L. 40. §. 1. ff. h. t. V.* Ut nec adoptare liceat ad tempus. *L. 34. D. h. t. (§. 36.)*

Quae adoptare possunt?

*) Quamuis enim & his promiscue id ius tribuerit Leo in *Nov. 26.* ea tamen contra ius Iustinianum vix obtinet. De *spadonibus* vid. §. 9. *I. h. t. L. 2. §. 1. L. 40. §. 2. D. h. t.*

§. 147. Et quia in solatium eorum, qui liberos non habent, inuenta adoptio: (§. 144.) sequitur, VI. ut adoptare ii ordinarie nequeant, & qui

An iuuenes iam, & qui

liberos
habent,
adop-
tent?

qui per aetatem adhuc liberis procreandis studere possunt, quales sunt minores annis 60. L. 17. §. 2. ff. h. t. VII. Vt nec ii facile possint adoptare, quibus iam sunt liberi naturales. d. L. 17. §. 3. ff. eod. Cic. pro domo cap. 12.

Adop-
tionis
effectus.

§. 148. Cum porro adoptivus *adsumatur in locum* filii aut nepotis: (§. 144.) consequens est, VIII. vt adoptio cognationem mere civilem inducat, non autem vinculum sanguinis. (§. 115. * V.) Hinc IX. is, quem adopto, agnatus & cognatus sit illis, qui mihi agnati & cognati simul sunt; eorum autem qui mihi cognati tantum sunt, cognatus non redditur. L. 23. D. h. t. Multo minus autem X. vxor mea adoptiuo matris loco est, L. 23. cit.

Eius di-
uisio in
plenam
& mi-
nus ple-
nam.

§. 149. Iure antiquo porro omnis adoptio-
nis effectus indistincte erat patria potestas §. 2.
§. 8. *Inst. de adopt.* Sed Iustinianus circa *ar-
rogationem* nihil mutans, *adoptioni* strictae
dictae multum detraxit. Nam patriam potesta-
tem tantum dedit *ascendentiis*, qui adoptant
descendentes, non adoptantibus extraneos, L.
pen. C. h. t. §. 2. *Inst. h. t.* ita tamen, vt
hi non minus patri adoptiuo ab intestato suc-
cederent, ac illi, §. 2. *Inst. h. t.* *) vnde est,
quod adoptio stricte dicta, in PERFECTAM
vel PLENAM, & IMPERFECTAM vel MINVS
PLENAM a doctoribus distinguitur.

*) Mouit Iustinianum, quod aliquando contingeret, vt filius, extraneo in adoptionem datus & postea emancipatus, nec patri naturali, nec adoptiuo, succederet. §. 150.

§. 150. Ceterum, quamuis hodie paulo Vfus rariores sint & adrogationes & adoptiones, neque tamen cum Gudelino, Vinnio, aliisque existimandum, eas plane esse abolitas, nec adrogatos hodie fieri filios familias, sed alumnos. Aliud docent exempla, quae obseruarunt Kulpis. *De adoption. Et emancip. principum, Strikius in usu mod. ff. hoc tit. de capite minut.* Nec magis cum Schiltero *Ex. ad Pand. 2. th. 16.* statuendum, ad arogationem hodie auctoritatem summi imperantis non requiri; cum desuetudo legum romanarum in hoc articulo probari nequeat.

§. 151. Vulgo etiam *hic referunt* VNIO- Vnio NEM PROLIUM, institutum patrum, quae est prolium pactum, quo parentes ad secunda transeuntes in Germania. conveniunt, ut liberi, ex priore utriusque vel alterutrius matrimonio geniti, cum liberis communibus utrique parenti aequaliter succedant. *Gail. Lip. 2. Obs. cap. 125.* Sed ea vnio patriam potestatem ordinarie non tribuit.

*Incomune en France
art. 749, 1309.*

TIT. XII.

QVIBVS MODIS IVS PATRÆ POTESTATIS SOLVITVR.

§. 152.

Ratio
con-
nexio-
nis.

Quot modis patria potestas adquiratur, hac tenus dictum est pluribus; iam, quomodo eadem finiatur, dispiciendum.

Solui-
tur ea
morte
naturali
& civili,
adop-
tione
plena, &
emanci-
patione.

§. 153. Soluitur autem I, MORTE; ita tamen, ut primi tantum gradus liberi post patris discessum sui iuris fiant, vltiorum graduum non item, si superstites sint, quorum in potestatem possint recidere. *pr. Inst. h. t.* II, CAPITIS DEMINVTIONE MAXIMA ET MEDIA vel patris vel filii, §. 1. & 3. *Inst. h. t.* III, ADOPTIONE PLENA, (§. 149.) quamuis ea filius non fiat sui iuris, sed patria potestas tantum in alium transcribatur, §. 8. *Inst. h. t.* IV, EMANCIPATIONE, de qua paullo post.

Non re-
legatio-
ne, dig-
nitate,
exhere-
datione.

§. 154. Contra patriam potestatem non soluit *relegatio*, §. 2. *Inst. h. t. L. 4. L. 7. §. 3. ff. de interd. & releg.* Nec II. *dignitas*. Dionys. Hal. *lib. 2. p. 96.* Immo III. nec *exhereditatio*. L. 20. *ff. de bon. possi. cont. tab.* (§. 506. IV.)

Iustitia-
nusta-
men
patricios

§. 155. Iustinianus tamen sanxit, ut patria potestas solueretur dignitate patriciatus: L. *fin. C. de Consul. lib. 12. §. 4. Inst. h. t.* item *facerdo.*

cerdotio episcopali: Nov. 81. cap. 3. dignitate & alio
 consulari, praefectura praetoriana, praefectura patria
 urbis, magisterio militum, patrocinio fisci, Nov. potesta-
 81. cap. 1. iunct. L. fin. C. de decurion. telibera-
 ruit.

§. 156. Praecipue vero EMANCIPATIONE Emanci-
 solui diximus ius patriae potestatis. (§. 153. IV.) patio
 EMANCIPATIO autem est *expressa* & *legitima* quotu-
 patris declaratio, qua liberos e potestate sua plex.
 dimittit. Omnis ergo emancipatio *expressum*
 patris consensum requirit, nec *tacita* iure roma-
 no emancipatio nota est. conf. I. H. Boehmeri
 diff. de statu liberor. sui iur. factor. C. 2. §.
 26. Ea vero emancipatio vel VETVS est, vel
 ANASTASIANA vel IVSTINIANA.

§. 157. Vetus per tres imaginarias venditio- Vetus
 nes peragebatur, Cui Inst. Lic. x. Tit. 8. §. 3. & Anast-
 & liberi sic emancipati quasi *liberti* erant patris, tafiana.
 hic autem *patronus* habebatur. §. 6. I. h. t. L.
 3. §. 1. D. de cap. min. Sed ex ANASTASII
 constitutione liberi patria potestate exhibant per
rescriptum principis ad acta insinuatam. L. 5.
 C. de emancipat. lib.

§. 158. Denique IVSTINIANVS, non abro- Iustinia-
 gata constitutione Anastasii, sed vetere & vana nea.
 quam vocat, obseruatione, auctoritatem ma-
 gistratuum sufficere voluit. §. 6. Inst. h. t. L.
 ult. C. de emancip.

§. 159. Ceterum quemadmodum liberi inuiti An pa-
 non emancipantur, L. pen. Cod. de emanci- ter in
 pat.

poenam pat. *) ita nec pater potestatem in liberos in-
amittat. Aliquando tamen a) in poenam
patr. potest. ius patriae potestatis amittunt parentes, I. pro-
fituentes filias, L. 12. C. de episc. aud. L. 6. C. de spectac. II. exponentes infantem, L. 2. C. de infant. expos. Nov. 153. cap. 1. III. secundas nuptias easque incestas contrahentes, Nouell. 12. cap. 2.

*) Abdicatio ergo liberorum, Graecis vstitata legibus romanis non comprobatur, L. 6. C. de emancip.

An pater cogit ad liberos emancipandos cogitur. Quo pertinet I. si faeuat in liberos, L. fin. de si a parente quis manumiss. II. Si ea lege, vt filius emancipetur, nummos aut legatum accepit. L. 92. D. de condit. et demonstr. L. 1. §. 3. si quis a par. man. III. Si arrogatio in praeiudicium impuberis facta est. L. 32. D. de adopt. et emancip.

*) conf. omnino Heimburg diss. difficilima emancipationis capita §. 15. sqq. Scheltingo diss. de emancipationibus, P. 1. c. 5 §. 6. sqq. apud Fellenberg in iurisprud. antiqua, T. 2. p. 512. sqq.

Effectus §. 161. Si patria potestas morte patris solutae, (§. 153.) liberi, qui immediate in illa potestate existunt, fiunt homines sui iuris, (§. 93.) & patris sui heredes dicuntur (§. 538.)

Nullus est, qui tempore mortis defuncti in ipsius patria potestate immediate fuit

patris contingit
omittat? Ob
potestatis
cipiens liber
patris adven
quec lit. II.
atinet, illud
demonstrat
(§. 153. II.)
pium deder
III.) *) per
tatem illud n
nat. succell.

*) De iure
lib. de ju

ita. Si ve

libri partit

stipulatio: liber

stipulatio: Hi es

rem quaerit

adoptionem

tione patris

cessione tam

infra docebit

rationem ma

mittere omni

Emancipatio

scilicet statu

aque agnati

monet. Liber

statis contingat, & quaestio fit: *quid pater I. Quid amittat?* obserues velim: I. Omnia iura patriae amittat potestatis exstingui; nisi quod pater volens emancipans liberos retineat vsumfructum dimidiaie partis aduentitiorum. *L. 6. §. 3. C. de bon. quae lib.* II. Quod autem ad ius successionis attinet, illud quidem cessare, si pater capitis deminutionem maximam mediamue patitur; (§. 153. II.) nec non si liberos in adoptionem plenam dederit; *L. 10. C. de adopt. (§. 153. III.)* *) per emancipationem autem et dignitatem illud non tolli. (§. 8. I. *de legit. agnat. success.* Nov. 115. cap. 4. (§. 636.)

*) De iure nouellarum vid. Io. Chph. Kochii *libr. de success. ab. int.* §. 65.

162. Si vero quaestio est, *quam iacturam II. Quid amittant liberi?* liberi patiantur per dissolutionem patriae potestatis: liberi naturales separandi sunt ab adoptivis. Hi enim omnia fere iura per adoptionem quaesita amittunt *). Illi autem si I. in adoptionem plenam dantur, iura filiationis ratione patris naturalis amittunt. De iure successionis tamen aliud statuendum videtur, vt infra docebitur (§. 689*) II. Si capitis deminutionem maximam aut mediam patiuntur, similiter omnia iura filiationis perdunt. III. Emancipatio vetus, (§. 157.) cum liberos in servilem statum detruderet, omnia iura familiae atque agnationis tollebat, *L. 11. D. de cap. minut.* Idem erat effectus Anastasiana; (§.

157.) nisi quod relinqueret emancipato successionem in bonis fratrum & sororum, in patria potestate retentorum. L. 15. §. 1. C. de legit. hered. L. 4. C. de legit. tut. Denique secundum ius novum Nov. 118. C. 1. emancipati ius succedendi illibatum retinent, & non nisi ius sui heredis admittunt. IV. Dignitas, patria potestate liberans, liberis iura familiae non adimit. Nov. 81. C. 1.

§. 100.
I.

*) Vid. Donell. in commentar. iur. civ. L. 2. C. 27.

Vfus
hujus
doctri-
nae ho-
diernus.

§. 163. Morte hodiernum soluitur patria potestas. Capitis deminutio poena ignota est. Nec dignitas hodie a patria potestate liberat. Emancipatio non quidem extra usum; sed tamen vel ideo paullo rarior est, quia liberi plerisque locis per nuptias separatamque oeconomiam e potestate patria exeunt, salvis ac intactis familiae iuribus *). Quem modum, Germanicae originis gentibus proprium, vulgo, sed parum concinne, vocant quasi emancipationem, vel emancipationem tacitam.

*) Nec pater hoc casu dimidiam usufructus retinet, ut contra dissentientes bene docet Aemil. Ludov. Homberg diss. de bonis adventitiis liberis sui iuris factis a patre restituendis §. 18.

Separatio liberorum ad secunda vota transiturus, liberis e prioribus secundis susce-

Acceptis ma
nat. interue
tarda sur
legis, non
fuis non
2. Art. 33
E. tit. 3. §.
7. 7. 7. 7.

T V

Dignitas
alio
ria, vel lib
ali pui form
Quemadmodu
hancum ali
im sequitur
ES, quorum
RATIONE sur
p. Ioh. A. t.
§. 166. Alt
eo saepe, c
fuit. Huius
quo antiquo

susceptis matrimonio , partem honorum adfig- dum ius
 nat, interuenientibus actis. Si liberi tunc sub Lube-
 tutela sunt, & vocantur *separati*, & cum re- cense.

liquis, nondum separatis, in bonis postea adqui-
 fitis non succedunt. *Ius Lubec. part. 2. tit.*

2. Art. 33. & ibi Meuius Stat. Hamb. part.

§. tit 3. §. 2.

Altpurmannsion Dinstan

TIT XIII.

DE

T V T E L I S.

Nomina juris

§. 165.

Diximus, homines vel *sui iuris* esse vel **Homi-**
 alieno iuri subiectos, & hos vel sub **num sui**
 trita, vel sub *dominica potestate* viuere, vnde **iuris no-**
 alii filii familias, alii *serui* dicantur. (§. 93.) **ua diui-**
 sio.

Quemadmodum igitur hactenus de partitione
 hominum *alieno subiectorum iuri* actum: ita
 iam sequitur diuisio noua personarum SUI IV-
 RIS, quarum alii IN TVTELA, alii IN CV-
 RATIONE sunt, alii NEVTRO IVRE tenentur
 pr. Inst. h. t.

§. 166. Alterius tutela regi, aequissimum est **Tutelae**
 eos easque, qui sponte se defendere non pos- **olim &**
 sunt. Huius autem generis censabantur iure ro- **impube-**
 mano antiquo I) *feminae*, II) *impuberes*. Hi **res &**
 feminae
 sube-
 rant.

E 2

ergo

ergo usque ad pubertatem; feminae, quae in manum haud conuenerant, in perpetua erant tutela. Vid. *Antiqu. nostr. Rom. h. t. §. 16. seqq.* Sed feminarum tutela perpetua Iustiniani temporibus plane ab usu receferat.

Tutela
defini-
tio.

x iurisy

§. 167. TUTELA ergo pupillaris, de qua sola agendum; est munus publicam personale, quod in hominis sui iuris impuberis, (qui pupillus pupillave dicitur), educatione eiusque bonorum administratione consistit *); siue ut paulo obscurius Seruius definit; est vis & potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter aetatem suam se sponte defendere nequit, iure civili data ac permessa, §. 1. Inst. h. t. L. 1. pr. ff. eod. **)

*) Munus autem dicitur, quod necessario obimus lege, more; imperioque eius, qui iubendi habet potestatem. L. 214. pr. ff. de V. S. L. 18. ff. eod. & ibi Io. Goed. in Comm. p. 275. sequ.

**) conf. GEBAVER progr. de Seruii Sulpicii Ruffi definitione tutelae. Goett. 1738. in opusc. Tom. 2. num. 26.

Tutela
triplex.

§. 168. Constituitur autem tutela vel a patre in testamento, vel ab ipsa lege immediate, vel a magistratu in subsidium. Hinc vel TESTAMENTARIA est, vel LEGITIMA, vel DATIUA. De testamentaria Tit. XIV. de legitima Tit. XV. seqq. de datiua Tit. XX. agetur. Testamentaria praefertur reliquis omnibus legitima

tima excludit datiuam. L. 11. *pr. D. de testam. tut.*

§. 169. Tutela est munus publicum personale. (§. 167.) Ex quo sequitur, I. ut et filii familias tutelae recte suscipiant. (§. 100. *) *possit pr. Inst. qui testam. tut. dari poss.* II. Ut contra nec serui, L. 22. *ff. de test. tut. nec peregrini, nec mulieres tutores esse possint. L. ult. ff. h. t. L. 2. ff. de R. I.* Excipiuntur tamen per *Nov. 118. cap. 5.* mater & auia, quas reliquis etiam agnatis praeferrere iussit Iustinianus; modo ad secundas nuptias non prouolent. *Nov. 94. cap. 2.*

§. 170. Quumque tutoris sit, pupillum educare eiusque bona administrare, sequitur, I. ut tutor esse nequeat, qui hoc officio rite fungi non potest, vid. *infra tit. de excusat. tutor.* (§. 245.) II. Ut varia possint tutorum generataur, aliique ut *gerentes*, alii ut *honorarii*, alii denique *notitiae causa* dari queant.

§. 171. Quia porro ei potestati subest homo impubes, educatione egens: consequens est, I. ut nec patrem habenti tutor detur; *L. 239. pr. ff. de V. S. princ. Inst. h. t. L. 6. §. ult. ff. h. t.* II. nec seruo. Neuter enim educatore eget. Immo III. nec peregrino tutor ex iure Quiritum datur, quia is iuribus Quiritum non fruitur. Cicero *pro A. Caccina c. 33.*

TIT. XIV.

QVI TESTAMENTO Tutores Dari Possunt.

§. 172.

Tutela
testa-
menta-
riae
ratio.

Cum lege XII. tabular. tantum esset: PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA, TVTELAVE TVAE REI, ITA IVS ESTO *Vlp. fragm. tit. II. §. 14.* explorati iuris est axioma: *Pater & avus, qui liberos in potestate habent, illis tutorem dare possunt; non autem mater, avia aut alia extranea persona L. 1. pr. L. 3. ff. de test. tut. §. 3. I. de tut. L. 73. §. 1. ff. de R. I.*

Eiusdem
funda-
mentum

§. 173. Fundamentum ergo huius tutelae est patria potestas. *L. 37. §. 1. D. de reg. iur.*

Quo-
modo
& qui-
bus tes-
tamen-
to tutor
datur?

§. 174. Varia autem patri & avo tutorem daturis obseruanda sunt. Cum enim velint, vt is obligetur tutelam suscipere, quem designant, I. dare eum debent testamento valido aut codicillis testamento valido aut codicillis testamento confirmatis *). Cum porro fundamentum huius tutelae sit patria potestas (§. anteced.), pater II. non potest tutorem constituere liberis illegitimis, (§. 107.) nec III. emancipatis. *L. 1. pr. ff. h. t.* Denique cum patrem habenti tutor non

non datur: (§. 171.) IV. avus tutorem dare nequit nepotibus post mortem suam in patris potestatem recasuris.

*) Testamenta enim, ut infra videbimus, instar legis sunt, & codicilli testamento confirmati pro parte testamenti habentur. (§. 438. §. 623.) conf. Schulting. ad *Vlp. fragm. T. II. §. 14. not. 42.*

§. 175. Quia vero patria potestas non tollitur exheredatione, (§. 154.) tutor dari potest etiam exheredatis. *L. 4. ff. h. t.* Cumque postumi, quoties de commodo eorum agitur, pro iam natis habeantur, *L. 7. ff. de stat. hom.* his quoque tutor dari potest, dum in ea causa sint, ut vivo testatore nati in eius potestate fuissent futuri, §. 4. *L. de tut. L. 1. §. 1. L. 6. ff. h. t.*

§. 176. Vult testator tutorem constituens, ut exitum habeat voluntas sua. Dare ergo I. dari potest non potest, nisi eum, qui habilis est, huic muneri publico obeundo; (§. 170.) nec II. danda est persona incerta, *L. 20. pr. L. 30. h. t.* Quibus observatis cum lex XII. tab. *uti velit*, legare permittit patrifamilias, (§. 172.) non solum pure, sed etiam sub conditione & usque ad conditionem, a certo tempore & in certum tempus tutor testamento recte datur. *L. 8. §. 2. ff. h. t. §. 3. I. h. t.*

§. 177. Cum fundamentum tutelae testamentariae sit patria potestas, (§. 173.) tutor ab alia persona datus pro testamentario nequitiam Tutela testamentaria non

est, si
alius
quam
pater tu-
torum
dedit.

habetur, nec eius iura habet. Aliquando ta-
men *) talis tutor praeuia inquisitione i. e. in-
stituta a magistratu causae cognitione confirma-
tur, tumque pro datiuo habetur. L. 4. ff. de
test. tut. L. 1. §. 2. L. 5. & 7. ff. de confirm.
tut. L. 4. Cod. de test. tut. vbi euoluendus
Cornel. van Bynkershoek. *Obs.* L. 2. cap. 7.

*) Veluti si mater tutorem dedit, aut alius
impuberi, quem heredem instituit. L. 2. pr.
L. 4. ff. de conf. tut.

Tutela
testa-
menta-
ria du-
plex.

§. 178. Si autem pater tutorem dedit, aut
dedit recte *), aut minus. **) Priori calu tu-
tor statim tutelam capeffit, nec confirmatione
magistratus eget. Posteriori vero tutor a ma-
gistratu est confirmandus, quae tamen confir-
matio fit sine inquisitione. L. 1. §. 2. ff. de
conf. tut. Hique sine inquisitione confirmati
tutores pro testamentariis habentur, L. 3. ff.
de confirm. tut.

*) Hoc est in testamento aut codicillis testa-
mento confirmatis liberis legitimis & suis.

**) Nimirum si pater dedit in testamento non
iusto; in codicillis testamento non confirma-
tis; aut si dedit filio emancipato, aut natu-
rali, cui aliquid reliquit. Si enim nihil reli-
quit, frustra tutorem dat, nec confirmatur
sine inquisitione talis tutor. L. 1. §. 1. 2.
L. 3. L. 7. pr. de conf. tut. L. 2. Cod. cod.
Caeterum obserues velim, tutelam testamen-
tariam a patre, ut oportet, constitutam,
ideoque haud confirmandam, non inepte a
quibusdam vocari *perfectam*; eam, quae con-
firmatione eget, *imperfectam*.

§. 179. Cum aliquando tutela testamentaria Quid u-
impediatur aut deficiat: his casibus sequentia no- ris sit tu-
tanda sunt axiomata. I. Si tutor testamen- tela tes-
tarius impeditur: magistratus tutorem dat, tamentaria im-
qui medio tempore, donec cesset impedimen- pedia-
tum, tutelam gerat *). Quamdiu enim tutela tur aut
testamentaria speratur, legitima cessat. L. II. deficiat?
pr. ff. de test. tut. II. Si tutela testamentaria
deficit *concurrente magistratu*: is alium tuto-
rem, quem velit, dare potest, nec legitimum
dare abscisse tenetur **). III. Si tutela testa-
mento constituta deficit magistratu *non inter-*
ueniente: tutor legitimus tutelam nancisci-
tur ***).

*) Huc pertinet: si tutor ex certo die aut
sub conditione suspensiva datus sit, & dies
aut conditio adhuc pendeat; si pure datus
fuerit, sed hereditas nondum sit adita; si tu-
tor testamentarius ab hostibus captus, §. I.
§. 2. I. de *Attil. tut.* aut minor, aut sur-
dus mutusque, aut furiosus sit.

**) Quo referendum: si tutor datus se excu-
set, aut remoueat. L. II. §. 1. §. 2. ff.
de *testam. tut.*

**) Velut si tutor testamentarius moriatur
ante tutelam susceptam aut finitam; L. 4. §.
3. cit. si dies in quem datus tutor, veniat;
conditio resolutiva existat. arg. d. L. II. Ra-
tio forsan in eo latet, quod his casibus defec-
tus tutelae testamentariae magistratui romano
non innotesceret.

§. 180. Ceterum hodie omnes tutores testa- **Vfus**
mentarii in Germania confirmantur ob Rec. Imp. **confir-**
de ann. 1548. Tit. 3. & ann. 1577. Tit. 32. **matio-**
nis ho-

TIT. XV.

D E

LEGITIMA AGNATORVM
TUTELA.

§. 181.

Tutelae legitima quando locus fit? **S**i aut tutor testamento non sit datus, aut datus deficiat magistratu non interueniente (§. 179.) tutela ab ipsis legibus defertur certis personis, quae LEGITIMA vocatur. (§. 168.)

Quid tutela legitima?

§. 182. TUTELA ergo LEGITIMA in genere est, quae legibus siue scriptis siue non scriptis immediate defertur. Proprie vero legitima dicitur, quae legibus XII. tabularum, aut explicite aut implicite constituta est. Talis est tutela AGNATORVM, PATRONORVM, & PARENTVM. His accessit ex moribus species, quae legitimis, proprie loquendo, non accensetur & FIDUCIARIAE nomen fert.

Quinam ad tutelam legitimam vocentur?

§. 183. Tutores ergo legitimi sunt primo agnati & gentiles. pr. §. I. h. t. (§. 114. * III.) Hos enim lex XII. tabularum vocabat ad successionem; & cum romani aequum iudicabant, ibidem onus tutelae esse, ubi spes successione est, hae personae quoque ad tutelam vocabantur; ita quidem ut proximi agnati excludant remotiores, si vero, plures eodem gradu

Aut sint, omnes ii tutelam nanciscantur. §. ult.
Inst. de cap. dem. L. 9. ff. h. t.

§. 184. Quia vero agnatorum & cognatorum differentiam Iustinianus Nov. 118. cap. 4. sustulit. (§. 114. * IV.) hosque cura illis promiscue ad successionem admisit: iure nouo cognati, modo idonei sint, una cum agnatis ad tutelam legitimam vocantur. Nov. 118. cap. 5.

Iure nouo & cognati sunt tutores legitimi, immo & mater & auia.

§. 185. Caeterum tutores legitimi iure romano confirmatione magistratus non egebant; hodie autem secundum R. I. de ann. 1548. tit. 31. & de ann. 1577. tit. 32. confirmandi sunt.

Vfus hodie.

§. 186. Cum ius agnationis, hinc & tutelae amitteretur iure antiquo per triplicem capitis deminutionem: hic, loco licet non satis idoneo, inseritur titulus de capitis deminutione.

Transitus ad tit. sequentem.



TIT. XVI.

D E.

CAPITIS DEMINVTIONE.

Marius Valerius

§. 187.

Caput nimirum Romanis vocabatur status ille triplex LIBERTATIS, CIVITATIS, FAMILIAE. *) (§. 62.) Antiq. Rom. h. t. §. 2. sequ. CAPITIS ergo DEMINVTIO est amissio status civilis pr. I. & L. I. D. h. t.

Quid caput? & capitis deminutio?

*) Vnde

*). Vnde serui dicuntur *capite destituti*, §. 4. *Inst. h. t. Capitalis poena*, & iudicium publicum *capitale*, non solum dicebatur, quo vita, sed & quo libertas vel ciuitas adimebatur. L. 2. pr. L. 6. §. ult. ff. de poen. Inde ergo & phrasēs: *caput de ciuitate eximere*. L. 2. ff. de publ. iud. nec non *capite de minui*.

Eiusdem diuilio:

§. 188. Quumque *caput* vel *status* sit triplex, *libertatis*, *ciuitatis*, *familiae*: (§. 62.) triplicem etiam esse oportet *capitis deminutionem*, *MAXIMAM*; qua *libertas*, adeoque & *iura ciuitatis* & *familiae*: *MEDIAM*, qua *salua libertate*, *status ciuitatis*; & *MINIMAM*, qua *salua libertate* & *ciuitate*, *iura familiae* perimuntur. pr. *Inst. L. ult. ff. h. t. Maxima* & *media*, quia eam *passi personae* esse desinunt, *morti comparantur*, & hinc *mors ciuilis* vocari solent. L. 209. ff. de reg. iur. §. 1. *Inst. quib. mod. ius patr. pot. solv.*

Capitis deminutio maxima

§. 189. Itaque *MAXIMAM* *capitis deminutionem* patiebantur *detrussi in seruitutem*; siue per *captiuitatem*, siue per *modum poenae*, in hanc calamitatem inciderint. (§. 67. 68.).

Media.

§. 190. *MEDIAM* contra patiebantur I. *Exules* & *deportati*; L. 5. pr. ff. §. 2. *Inst. h. t. L. 2. §. 1. ff. de poen.* II. *Transfugae*, vel III. *hostes iudicati*, L. 5. §. 1. ff. h. t. non vero IV. *relegati*, quippe qui, *saluis ciuitatis iuribus*, vrbe tantum vel *prouincia exesse* iuebantur. §. 2. *Inst. h. t. & §. 2. Inst. quib. mod. ius patr. pot. solv.*

§. 191.

§. 191. MINIMAM denique capitis deminutionem patiuntur I. arrogati, quia ex patribus-familias fiunt filiifamilias. (§. 149.) §. 3. *Inst.* L. 3. *pr.* §. 1. *ff. h. t.* II. Arrogatorum liberi, qui patrem sequuti, familiam mutant. L. 40. *ff. de adopt.* III. Adoptati iure antiquo omnes, iure nouo saltim plene tales. (§. 149.) IV. Legitimati, quia sui iuris esse desinunt. (§. 135. I.) & V. iure veteri *) etiam emancipati §. 3. *Inst. h. t.*

*) Quia emancipari nemo poterat, quin in imaginariam seruilem causam deduceretur. (§. 162.) L. 3. §. 1. *ff. h. t.* Quod maxima ex parte cessat iure nouo; quum ob *Nov. 118. cap. 4. & 5.* emancipatis iura successionis & familiae salua sint, ac ius sui heredis tantum amittant.

§. 192. Capitis diminutionem maximam homines obsoleuisse, omnes fatentur. Mediae in Germania comparant proscriptionem, siue bannum imperii, & relegationem cum ictu fustium, nec non condemnationem ad triremes perpetuam, cum publicatione bonorum coniunctam. *Herm. Stamm. de Seruit. person. Lib. 1. tit. 4. num. 16. sequ.* *Vinn. comment. ad h. t.* Minima denique iisdem casibus, quibus iure romano, obtinet.

Vfus
doctri-
nae ho-
diernus.

TIT. XVII.

D E

LEGITIMA PATRONORVM TUTELA.

§. 193.

Legiti-
ma pa-
tronorum tu-
tela.

Altera species tutelae legitimae est tutela PATRONORUM. Si quis enim seruum impuberem manumittit, ipsi eiusque liberis tutela in libertum illum desertur. *L. 3. pr. D. de legit. tutor. §. vn. I. h. t.* Quod hodie extra vium est. (§. 182.).

TIT. XVIII.

D E

LEGITIMA PARENTVM TUTELA.

§. 194.

Legiti-
ma pa-
rentum tu-
tela.

Tertia tutelae legitimae species est, quae PARENTIBVS desertur, (§. 182.) quippe qui aetatem liberorum impuberum emancipatorum, tamquam patroni, (§. 157.) regunt. *L. 3. §. ult. ff. de legit. tut. §. vn. Inst. h. t.*

§. 195.

§. 195. Sed haec legitima parentum tutela, Vfus
cessante emancipatione vetere, & iuribus patro- hodie-
natus plane extinctis, hodie, fatentibus omni- nus.
bus, extra vsum est.

TIT. XIX.

DE

FIDUCIARIA TUTELA.

§. 196.

FIDUCIARIA denique TUTELA est, quae Eius de-
finitio.
post mortem patris emancipatoris liberis
eius masculis perfectae aetatis defertur in eman-
cipatum impuberem. d. L. 4. ff. de legit. tut.
§. vn. Inst. h. t. Defertur autem aut fratri,
aut patri, aut patruo. Si nimirum I. pater
emancipavit filium impuberem, & eius tutor
factus est, ante tutelam autem finitam deces-
sit: filii, ante mortem non emancipati, tutores
fratris impuberis sunt fiduciarii. Pariter II. si
avus filium in potestate retinuit, nepotem ex
eodem autem impuberem emancipavit, avo
mortuo pater filii sui tutelam fiduciarium nancif-
citur. Denique III. si quis filium primum ha-
bens in potestate, ex filio secundo praemortuo
nepotem impuberem emancipat & decedit: fi-
lius primus tutor fiduciarius est. Hodie tutela
fiduciaria extra vsum est.

TIT.

TIT. XX.

D E

ATILIANO TUTTORE ET
EO, QUI EX LEGE IULIA ET
TITIA DATVR.

§. 197.

Tutela
datiuae
defini-
tio.

Actum hactenus de tutela *testamentaria*, (tit. 14.) & *legitima*: (tit. 15. sequ.) iam tertia sequitur tutelae species, quam *DATIVAM* vocant. Est autem iure romano tutoris datio *actus*, quo *deficientibus testamentariis & legitimis, tutores a magistratu ex lege dantur. pr. Inst. h. t.*

Eius
origo
ex lege
Atilia,
& Iulia
Titia.

§. 198. Datur, inquam, tutor ex lege, (§. 197.) & in vrbe quidem lege *ATILIA*, id ius concessum erat praetori urbano, cui adhibenda in consilium maior pars tribunorum plebis. *pr. Inst. h. t. Liv. Lib. 39. cap. 9.* In provinciis *lege Iulia & Titia*. praefidibus. *pr. Inst. h. t.* Postea & aliis magistratibus illud datum est. *Vid. §. 3. 4. & 5. Inst. h. t.*

Quando
locus fit
tutelae
dativae?

§. 199. Quum porro tutores dentur deficientibus aliis: (§. 197.) tutela datiua locum habet, I. si nec testamentarius, nec legitimus tutor est. *pr. Inst. h. t.* II. Si tutela testamentaria, vel im-

peditur

peditur & adhuc speratur, vel deficit magistra-
tu interueniente. §. 179.) L. II. ff. de test.
tut. §. 1. & 2. Inst. h. t.

§. 200. Denique quum melius fit, pupillo **Quo-**
prospicere pure & in perpetuum, quam sub modo
condicione aut ad tempus: sequitur, III. vt tutor
re tantum, non sub condicione, nec in diem vel dari pos-
ex die tutor dari possit. L. 6. §. 1 ff. de tu- sit?
tel. Quod secus se habet in tutela testameta-
ria. (§. 176.)

§. 201. Hodie tutoris datio ad ordinariam **Vfus**
pertinet iurisdictionem, omnibusque ea fa- hodie
cultas competit, quibus est aliqua, saltim ciui- nus.
lis iurisdictione. Immo magistratibus nostris ius est
praetereundi testamentarios & legitimos, alios.
que magis idoneos constitvendi, si e re pupil-
li videatur. Schilt. Ex 37. th. 46. seq. Zypaei
Not. Belg. tit. de tut. Statuta Fris. Lib. I.
tit. 7. Art. 1.

TIT. XXI.

DE

AVCTORITATE TU-
TORVM.

§. 202.

Officium tutoris versatur & circa suscipien- **Offici-**
dam & circa susceptam tutelam. Vt um tu-
enim tutela recte suscipiatur, tutores I. iusiu- toris
F randum circa tu-

telam suscipiendam. *randum praestare debent* de tutela fideliter ad-
ministranda, arg. *Nov. 72. cap. ult. auth.* quod
nunc *C. de curat. fur. R. I. de ao. 1577. tit. 32. II. Satisfare* rem pupilli saluam fore, *pr. I. de satisfat. tut.* exceptis tutoribus testamen-
tariis, & ex inquisitione a magistratu maiori
datis. vid. *tit. de satisfat. tut. vel cur. III. Inventarium facere*, seu repertorium solenne
omnium bonorum pupilli. *L. 7. pr. ff. de ad- ministr. & peric. tut.*

**Circa susce-
ptam tu-
telam,
& qui-
dem cir-
ca per-
sonam
pupilli.** *§. 203. Tutela suscepta vt recte geratur,*
tutor I. curet personam pupilli; II. eiusdem
bona bene administret. Circa personam pupilli
obseruet: vt eum bene educet, alimenta pro
dignitate & facultate eius praebat, eumque bo-
nis moribus ac artibus imbuat. *L. 12. §. 3. ff. de admin. tut. L. 3. §. 5. L. 4. ff. ubi pupill. educ. deb.*

Circa bona. *§. 204. Circa bona pupilli tutoris officium*
consistit in eo, vt bona conseruentur & auge-
antur. Curare ergo debet: 1) vt reditus ex bo-
nis pupilli percipiat; *L. 32. §. 1. 2. ff. d. tit.*
2) ne pupillum in iudicio indefensum relinquat;
L. 30. ff. eod. 3) vt exigente necessitate bona
alienet; (*§. 421.*) 4) ne pecuniam pupilli otio-
sam relinquat; *L. 7. §. 3. d. t. L. 24. Cod. eod.*
5) vt credita exigat; *L. 15. L. 46. §. fin. ff. d. t.*
6.) debita contra pupilli soluat; *L. 23. Cod. de adm. & peric. tut.* 7.) rationes reddat.
L. 1. pr. D. de tutel. & rat. redd. §. 2. I. de oblig. quae quasi ex contr. §. 205.

§. 205. Exercet autem hoc officium circa Quomodo bona tutor aut *immediate*, dum ipse agit, quae hoc officium in utilitatem pupilli agenda sunt; aut *mediate*; auctoritatem suam interponendo. Pupillus *nimirum infans* nihil, sed pro illo tutor omnia circa bona exerceat? agit: L. 1. §. 2. ff. de adm. tut. L. 9. ff. de acquir. hered. aut maior infantia ipse, si tutor velit, agit, auctore tutore, d. L. 9. ff. de acqu. hered. §. 9. Inst. de inutil. stipul. Et L. 3. C. de acquir. possess. qui veluti supplet, quod pupilli personae ob lubricum aetatis deesse videtur. L. 32. §. 2. ff. de acquir. vel amitt. possess.

§. 206. Est vero AVCTORITAS actus legitimus, (§. 56.) quo tutor id, quod pupillus auctoritas? infantia maior gerit, (§. 205.) Et ex quo deterior eius conditio fieri posset, solemniter adprobat, ut, quod personae eius deest, suppletur. (§. 205.).

§. 207. Quum ergo AVCTORITAS sit actus Quomodo legitimus: (§. 206.) I. ea interponenda erat do ea statim in ipso negotio; II. a tutore praesente; interponenda? nec III. quidquam valebat, post tempus, vel IV. per epistolam, vel per nuncium interposita. §. 2. Inst. h. t. L. 9. §. 5. ff. eod. V. Interponi eam etiam oportebat pure, non sub conditione. L. 8. ff. h. t.

§. 208. Necessaria est auctoritas tutoris, quomodo? Quoties pupillus quid gerit, quo deterior posset auctoritate fieri

opus
sit?

fieri eius conditio. (§. 206.) Ex quo fluit axioma iuris notiffimum: *Pupillus alios sibi obli-*

gare potest, etiam sine tutoris auctoritate; de inut. aliis sese autem obligare nequit, nisi auctore stip: tutore. Princ. Inst. L. 9. pr. ff. h. t. L. 28. pr. ff. de pact. L. 11. ff. de acquir. rer. dom.

Pupillus sine aucto-
ritate tutoris alios sibi obligat, fed non obligatur.

§. 209. Ex quo consequitur, I. vt pupillus sine tutoris auctoritate sibi stipulari, L. 9. pr. ff. h. t. donationem vel remissionem acceptare, L. 2. ff. de acceptil. immo ex quocunque titulo lucratiuo acquirere: L. 11. ff. de acquir. rer. dom. non autem promittere, donare, remittere, tradere, alienare, hereditatem adire possit *). II. Vt contractus cum pupillo, infcio tutore initi, non obligent pupillum, fed hic tamen ex iisdem alios habeat obligatos. L. 13. §. 29. ff. de act. emt. pr. Inst. h. t. Vnde & claudicare hi contractus dicuntur doctoribus.

*) Nisi ex re nascatur obligatio, h. e. aut ex delicto aut immediate ex aequitate, quod scilicet pupilli vtilitas promotā fit. Vtroque enim casu & ciuilitur eum obligari aequiffimum est. L. 1. pr. L. 5. §. 1. ff. h. t. L. 46. ff. de obl. & act. L. 13. §. 1. ff. de condict. indeb.

Cum tutoris aucto-
ritate pupillus obligatur.

§. 210. Ex eodem principio recte colligitur III. pupillum interueniente auctoritate tutoris aliis obligari pr. I. h. t. Obserues tamen I. eumdem, si laesus fit, restitui in integrum; L. 1. pr. §. 2. D. de minor. I. si bona alienare velit,

velit, ordinario opus esse causae cognitione & decreto magistratus vid. infra §. 421.

§. 211. Denique quia tutor, auctoritate inter- Tutor
posita, pupilli iudicium supplet, (§. 206.) adeo auctor
que pupillus & tutor veluti pro vna persona fieri
agente habentur: expediti iuris est axioma, Tu- non po-
tor auctor fieri in rem suam non potest. §. 3. rem
Inst. h. t. L. 1. pr. L. 7. pr. Et §. 2. ff. h. t. suam.

§. 212. Ex quo inferitur, I. tutorem emere Quid si
non posse res pupilli, L. 3. 4. §. 7. ff. de contr. tutor
emt. nisi palam & bona fide, veluti auctione cum pu-
publica. L. 5. C. eod. II. Si lis intercedat in- pilla
ter tutorem & pupillum, dandum huic esse cu- contra-
ratorem in litem *), §. 3. Inst. h. t. here.
vel liti-
gare ve-
lit?

*) Quod tamen raro hodie continget, quom
nec creditor nec debitor pupilli eiusdem tu-
telam suscipere possit. Nov. 72. cap. 1. 2.
4. Nov. 94. praef. Si tamen lis superveniat,
curator adiungitur. Nov. 72. cap. 1. 2.

§. 213. Hodie prima testamentarii & legiti- Vfus
mi tutoris cura in eo versari debet, vt confir- hodie-
mationem a magistratu petat; (§. 180. & 185.) nus.
qua impetrata demum munus tutelae inire po-
test. Ceterum hodie discrimen inter pupillum,
infantem, & maiorem infantia non observatur.
(§. 205.) Plerumque enim tutores, immo &
curatores, res maioris momenti ipsi expediunt,
& raro interesse patiuntur pupillum vel mino-
rem, nisi fere maiorennitati sit proximus.



(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)(o)

TIT. XXII.

QVIBVS MODIS TV-

TELA FINITVR

Quia sunt tria huiusmodi tutela sunt?

§. 214.

Tutela
quomo-
do finia-
tur?

Tutela ideo inuenta est, vt pupillus educetur, eiusque bona administrantur. (§. 167.) Ea ergo cessante causa, & tutelam finiri aequum est.

Finitur
morte.

§. 215. Finitur itaque I. MORTE tum tuto-
ris, tum pupilli, §. 3. Inst. h. t. L. 4. de tut.
Et rat. distr. Nec ad heredes transit tutela,
liquidem & in legitimam non tamquam here-
des, sed tamquam proximi agnati succedunt,
L. 16. §. 1. ff. de tut. L. 46. ff. famil. ercisc.

Capitis
deminu-
tione.

§. 216. Finitur II. CAPITIS DEMINVTIO-
NE, & quidem pupilli quacunqve, tutoris tan-
tum maxima & media. §. 1. §. 4. Inst. h. t.
L. 14. pr. §. 1. 2. ff. de tut.

Puber-
tate.

§. 217. Finitur III. PVBERTATE, de qua
quum lis esset inter *Proculianos & cassianos,*
hique eam ex corporis habitu, illi ex annis aesti-
marent: *Priscus* vero vtrumque indicium puber-
tatis coniungendum putaret: *Vlpian. Fragm.*
tit. 11. §. 28. Iustinianus *Proculianorum* sen-
tentiam probavit, & *masculorum* pubertatem
expleto ann. XIV.; *puellarum* anno XII. fini-
vit, L. fin. C. quando tut. esse desin. pr. Inst. h. t.

§. 218.

§. 218. Porro quum tutor testamento & pu- Existente
re, & sub certa conditione, & in diem dari pos- te die
sit: (§. 176.) consequens est, vt IV & VE- vel condi-
NIENTE DIE vel EXISTENTE CONDITIO- ditione.
haec testamentaria tutela finiatur. §. 2. & §. 5,
Inst. h. t. L. 14. §. 3. 5. ff. de tut.

§. 219. Denique V. & EXCVSATIONE & Excusa-
VI. REMOTIONE tutelam finiri ait Imperator, tione &
§. vlt. *Inst. h. t. de quibus tit. 25. & 26. erit remo-
dicendi locus.* tione.

§. 220. Quia autem tutor bona pupilli ad- Finita
ministrat (§. 167.) ideo tamquam rei alienae tutela
adminiftrator finita tutela tenetur ad rationes quae,
reddendas, §. 7. *Inst. de Atilian tut.* Qui non nam ac-
reddat, TVTELAE IVDICIO; qui improbe compe- tiones
positas reddidit, & aliquid subtrahit, actione compe-
DE RATIONIBVS DISTRAHENDIS, quae in tant pu-
duplum datur, in ordinem cogitur. *tit. ff. de pillo?*
tutel. & rat. distr. De actione tutelae vid. in-
fra *Lib. 3. tit. 28.*

§. 221. Ceterum hodie pubertate vix quid- Vfus
quam mutatur circa tutelam. Plerumque enim hodie-
tutores qui fuerunt, eodem fere iure minores nus.
regunt vsque ad maiorenitatem. Cuius rei ra-
tionem explicabimus titulo insequente, (§. 230.)
Rationes reddendae quotannis, & hinc quouis
tempore, quando in mora est, tutor ad eas red-
dendas adigi potest; non tam a pupillo iudicio
tutelae quam a iudice tutelari, vel ex officio,
vel ad implorationem cognatorum. Actio de

rationibus diftrahendis hodie in fimplum tantum datur.



TIT. XXIII.

D E

CVRATORIBVS.

§. 222.

Curatio
quid &
quotu-
plex?

CVRATIO f. CVRA f. PROCVRATIO in genere est *administratio negotii alieni*: quae si ex voluntate domini competit, PROCVRATIO strictè; sin lege aut iussu magistratus, CVRA f. CVRATIO vocatur. Haec aliquando & rei & personae simul constituitur, aliquando soli rei, qualis est cura *absentis, ventris & massae bonorum*. vid. titulos Pand. de ventre in poss. mittend. & de curatore bon. dand. Rei & personae simul curator datur aut consensu curandi, quo pertinet cura *aegroti, surdi mutique & minoris* de iure romano; aut ex necessitate vel invitis, quo cura *furiosorum, prodigorum, & minorum* secundum nostros mores spectat *). De praecipuis speciebus hic agamus.

*) Curatio ergo vel LEGITIMA est vel DATIVA. *Legitima* est furiosorum & prodigorum; *dativa* minorum, aliorumque, qui rebus suis superesse nequeunt. §. 4. Inst. h. t. L. 65. §. 3. ff. ad SC. Trebell. Testamentaria

rio

via non datur, quia paterfamilias ex lege XII. tabularum legare potest de tutela, non autem de curatione suae rei. (§. 172.) Datus tamen testamento curator confirmatur. §. 1. *Inst. h. t.*

§. 223. Curatores ergo accipiunt I. FVRIO- Eos ac-
 SI, de quibus iam legibus XII. tabularum cau- cipiunt
 tum fuerat, vt agnatis gentilibusque in eorum furiosi.
 pecuniam & facultates potestas esset *). Cic.
Tusc. Quaest. Lib. 3. cap. 11. de inuent. Lib.
2. cap. 50. §. 3. Inst. h. t.

*) Obserues I. non omnibus furiosis legem XII. tab. de curatore prospexisse, sed tantum ingenuis, & qui a patre non erant emancipati. Nam neque libertinis neque emancipatis agnati & gentiles erant; cum nulla esset feruili agnatio & emancipatio agnationem tolleret. Illis ergo furiosis, quibus lex curatorem non dabat, Praetor dare coepit. II. Cum ex legibus XII. tab. agnati ac gentiles essent ipso iure curatores furiosi, nouo iure id eatenus mutatum esse, vt magistratus furiosis curatores, causa cognita, constituent. L. 6. L. 13. ff. de curat. furios, Attamen non facile is praeteribit propinquos, si qui eorum habiles sint. L. 13. ff. L. 5. C. cod.

§. 224. Quumque a furiosis parum discrepent **Prodigi.**
 II. **PRODIGI**, quippe furiosum facturi rerum
 suarum exitum: L. 12. §. 2. ff. de tut. dat. &
 hi exemplo furiosorum in curatione propinquo-
 rum sunt, simul ac a praetore illis bonis est in-
 terdictum *). Horat. *serm. Lib. 1. Sat. 3.* Paull.
Recept. sent. Lib. 3. tit. 4. §. 7. L. 10. pr. L.
15. pr. ff. de curat. furios. L. 6. ff. de verb.
obl.

*) Vti non omnibus furiosis ita nec prodigijs cunctis lex XII. tab. curatorem constituit, sed prodigijs ingenuis solum nec a patre emancipatis Vlpian. *Fragm. Tit. 12. §. 3.* Praetor ergo dedit curatorem aliis prodigijs & quidem quem voluit. *Vlp. l. c. §. 7.*

**Mi-
ro-
rum.**

§. 225. Denique III. curatorem accipiunt MINORES. Ex lege quidem Laetoria non nisi minoribus dissolutis & stupidis curator dabatur. Sed Imperator MARCVS AVRELIVS ANTONINVS omnibus adulescentibus petentibus curatores dari iussit *)

*) Iul. Capitol. *in vit. Marc. Aurel. C. 10. Lud. Iul. Frid. Hoepfner. progr. de lege Laetoria & cura minorum.*

**An iure
novo
minores
curato-
rem ac-
ceperint
inuiti?**

§. 226. Non ergo inuitis minoribus curatores dantur iure romano *) §. 2. *I. h. t.* sed desiderantibus *L. 13. §. 2. D. de tut. §. curat. dat.* & consententibus. *L. 2. §. pen. §. ult. D. qui pet. tut. §. cur.* Nisi 1.) minori in iudicio esset comparandum; §. 2. *I. cit. L. 2. C. qui legit. stand. pers. in iud. hab.* 2) si rationes a tutore reddendae; *L. 7. C. qui pet. tut. vel curat. aut* 3) si minori aliquid esset soluendum. *L. 7. §. 2. D. de minoribus.*

*) Dissentiunt Amaya *Lib. 1. Obs. cap. 8. n. 15.* in oper. p. 452. Schulting *ad Vlp. fragm. Tit. 12. not. 11.* Georg. Conr. Crusius *in diss. ad constit. D. Marci de curat. minor.* (in Fellenberg. *iurispr. antiqua T. 2.*) Sed nostram causam legibus aliisque argumentis tuentur: Huber. *digress. L. 3. C. 15. 16. 17.* Vinn. *ad §. 2. I. h. t.* Hetzer *diss. ad L.*

Laeto-

Laetoriam §. 12. Hertoghe in *diss. Tribonianus circa legem Laetor. non errans* §. 8. & §. 9. & Hartwig in *diss. brevis curar. historia* §. 10. *seqq.*

§. 227. Ex ipsa curationis natura fluit axio-
ma: *curator minoris primario rebus datur.* §. 2. *I. h. t.* Et inde consequitur I. hos curato-
res non *auctoritatem* interponere sed *con-*
sententia sum impertiri. II. Ut ea quae minor agit circa
personam, valeat absque curatoris consensu; ne-
gotia vero, quae bona concernunt, curatoris
administratiōni subiecta, ea sine consensu eius
Invalida sint. L. 3. *C. de in int. restit.* L. 20. *D.*
de rit. nupt. L. 8. *Cod. eod.*

§. 228. Ut tutela pubertate; ita curatio mi-
norum maiorenitate, id est, expleto XXV. Quo-
aetatis anno *), terminatur, L. 1. §. *ult. ff.* *finiatur*
de min. nisi minor veniam aetatis impetrauerit. *curatio*
L. 2. *C. de his qui ven. act.* Furiosorum &
morbo impeditorum curatio, recepta valetudi-
ne; L. 1. *pr. ff. de cur. furios.* prodigorum
denique receptis sanis moribus, & sublata a
praetore interdictione bonorum, finitur. L. 1.
pr. ff. eod.

*) Inuectum id est lege Laetoria, L. 2. *C. Theod. de donat.* quae ideo *quinauicennaria* vocatur Plauto *Pseud. Ael. 1. scen. 3. v. 68.* Et videtur Laetorius cum aliis existimasse, saeculum esse terminum vitae humanae longissimum, & hinc primum eius quadrantem inuentuti accessuisse. Acute ita censet. Nic. Hier. Gundlingius *ad tit. ff. de minor. XXV. ann. §. 4. & 6.* §. 229.

Quae-
nam ac-
tio ad-
versus
curato-
rem
compe-
tat?

Vfus
hodie-
nus.

§. 229. Quemadmodum vero tutor *actione tutelae directa*; (§. 220.) ita curator *utili tutelae iudicio*, etiam durante curatione, ad reddendas rationes adigitur. L. 3. C. arb. tut. L. 16. §. 11. L. 20. ff. de tut. Et rat. distrah.

§. 230. Apud Germanos, gentesque alias originis Germanicae, nullum fuit inter tutores & curatores discrimen; sed tutores constituti im-
puberibus, administrationem olim ad maiorennitatem vsque solebant continuare, eadem auctoritate. Et hoc iure hodiernum fere vtimus. Rem. egregie exposuit Ge. Beyer *Dissent. sing. de hodierna tutorum ac curatorum differentia*. Praeterea non vbique expleto demum anno XXV. maiorenes censentur iuuenes; sed in Saxonia iis anni XXI.: Electorum & Principum quorundam filiis anni XVIII.; alibi adolescentibus anni XX. ad res suas administrandas sufficiunt. Mores diuersarum gentium egregie & cum apparatu exposuit Io. Petr. de Ludewig *in diss. de aetate legitima puberum Et maiorum*.



Handwritten: Tit. XXIV. - *Handwritten:* De Tut. dat. L. 3. C. de tut. qui satis non ded. pr. Inst. h. t. L. 1. sequ. ff. rem. pup. salv. fore.

**SATISDATIONE TVTO-
RVM VEL CVRATORVM.**

§. 231.

CAVTIO est securitas de adimplenda obligatione ob suspicionem praestita; SATIS-
DATIO autem cautio praestita fideiussoribus.
L. 1. D. qui satisd. cog.

Satisda-
tio quid
& quo-
tuplex.

§. 232. Quum ergo tutores aequae ac curato-
res res alienas administrent, (§. 167. §. 222.)
& ideo ad rationes reddendas obstructi sint:
(§. 204. n. 7. §. 229.) aequissimum est, vt
vtrique satisdent, *rem pupillo vel adolescenti
saluam fore*, si vel vlla in eos cadat suspicio.
*pr. Inst. h. t. L. 1. sequ. ff. rem. pup. salv.
fore.*

Tutores
cur te-
neantur
satisda-
re.

§. 233. Quumque ii tantum satisdent, in
quos suspicio cadit: (§. 231.) consequens est,
vt a satisfactione immunes sint I. tutores testa-
mento dati, quia paterno iudicio electi idonei
creduntur; L. 7. §. 5. C. de curat furios. II.
a maiori magistratu ex inquisitione dati, quia
hic non nisi idoneos admittere censetur. L. 13.
§. ult. ff. de tut. dat. L. 3. L. 4. C. de tut. qui
satis non ded. pr. Inst. h. t. L. 1. sequ. ff. rem. pup. salv. fore.

Quinam
non sa-
tisdent?


§. 234.

Quinam §. 234. Contra ex hoc principio merito satisfidantur III. legitimi omnes, praeter patronos patronorumque liberos. L. 5. §. 1. ff. de legit. tut. IV. Dati a magistratibus minoribus, V. Tutores testamentarii, legitimi & dativi, qui ex pluribus se administrationi offerunt. §. 1. Inst. h. t.

Fideius. §. 235. Dati a tutore fideiussores; pro illo tenentur: & contra illos finita tutela, actio ex stipulatu datur, si tutor actione tutelae pulsatus non sit soluendo. tot. tit. ff. de fideiuss. nomin.

Actio §. 236. Si ne sic quidem rem suam consequitur pupillus; etiam magistratus, qui in culpa versatur, in subsidium potest conveniri. L. 1. ff. de magistratibus conu.

Vfus §. 237. Legibus germanicis R. I. de ann. hodie- 1577. tit. 32. omnes quidem tutores satisfidare iuventur. At saluberrima haec lex non ubique servatur, quia vel iusiurandum, quod a tutoribus exigitur, vel possessio bonorum immobilium, pupillo tacite oppignoratorum, eum satis securum praestare creditur. Nec actionis subsidiariae aduersus magistratum frequentem adeo usum esse, facile est ad intelligendum.



Handwritten signature TIT. XXV. *Handwritten signature*
 DE *Handwritten signature*

EXCUSATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

§. 238.

Quam tutela fit munus publicum: (§. 167.) Quae-
 caedem fere causae, quae a munere pub-
 lico personali excusant, etiam excusant a tutela
 & curatione. nam
causae
a tutela
excusant?

§. 239. EXCUSATIO in sensu iuridico *), Excusa-
 est exceptio vel causa, ob quam quis munus
 publicum, adeoque & tutelam, suscipere vel
 non cogitur, vel prohibetur. Adeoque excu-
 satio alia VOLUNTARIA, alia NECESSARIA
 est. Illa opposita prodest; haec etiam non op-
 posita prohibet. Illa liberat a tutela suscipien-
 da, hac & suscepta finitur. Utraeque ad om-
 nes tutores pertinent, etiam legitimos. Huber.
Pract. Inst. h. t. §. 20.

*) Alia ergo notione iureconsulti hoc vocabu-
 lum accipiunt, ac grammatici. His excusare
 est allegare causam, cur onus suscipi non
 debeat. Illis excusari etiam dicuntur, qui
 non admittuntur. L. 1. §. 3. ff. de postulan-
 do. L. 11. ff. de decurion.

§. 240.

Voluntaria ob-
nume-
rum li-
bero-
rum.

§. 240. VOLUNTARIAE vel *privilegio* nuntantur, L. 12. C. h. t. vel ob *impotentiam* conceduntur. PRIVILEGIO gaudent, I. qui Romae tres, in Italia quatuor, in provinciis quinque *liberos natos, naturales & legitimos habent superstites* *) L. 1. §. 2. seq. ff. de *excus. princ. Inst. h. t.* Qui enim adhuc in ventre sunt liberi, non magis profunt, quam adoptivi, illegitimi, & mortui; nisi quod bello amissi in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. *pr. Inst. h. t. L. 76. ff. de cond. & dem. L. ult. ff. de vacat. & excus. mun.*

*) Privilegium hoc *πολυπαίδίας* ex lege Poppæa est, anno V. C. 762. (Dio Cass. *Lib. 56. p. 662.*) sobolis procreandae causa lata. L. 64. §. 1. ff. de *condit. & dem. Conf. Iac. Gothofr. de lege Pap. Popp. cap. 8. p. 285. Comm. nostr. ad h. l. lib. 2. cap. 9. & Antiqu. Rom. h. t. §. 2. seqq.*

Ob admini-
strationem rei
fiscalis.

§. 241. Simili privilegio ex constitutione Marci Imp. excusantur, II. qui *res principis, tributa item & vectigalia administrant*, immo & *conductores* fundi principalis. §. 1. *Inst. h. t. L. 41. pr. ff. eod. L. 10. C. eod. L. ult. C. qui dar. tut. poss.*

Ob absentiam
reip.
causâ.

§. 242. Eodem modo ob Privilegium excusantur III. *absentes reip. causâ non modo suscepta & suscipienda tutela, dum absunt, verum etiam a suscipienda intra annum, ex quo reuerterunt.* §. 2. *Inst. h. t. L. 10. pr. & §. 2. ff.*

ff. eod. Iis, qui trans mare absunt reip. causa, vel qui domicilium principis iussu mutarunt, & susceptam tutelam deponere licet. L. II. §. 2. ff. de min. L. 12. §. 1. ff. h. t.

§. 243. Excusantur porro ob privilegium, Ob magist. IV. magistratus, qui cum potestate sunt, §. 3. Inst. h. t. id est, qui coercere, vel iubere in carcerem duci, vel prehendere poterant. Gell. lib. XIII. cap. 15. Denique & V. medici, iureconsulti, omnēsque artium liberalium professores, qui intra numerum sunt, excusantur: L. 6. C. de profess. & med.

§. 244. Ob IMPOTENTIAM (§. 240.) excusantur VI. tria onera tutelae in vna domo, modo nec affectatae sint, nec tenues §. 5. Inst. h. t. L. 15. §. 15. ff. h. t. Ponderandas enim magis esse tutelas, quam numerandas, vel hoc indicio est, quod & vna tutela diffusior excusat. L. 31. §. 4. ff. h. t. VII. Paupertas. §. 6. Inst. h. t. VIII. Morbus, ob quem quis suis rebus superesse non potest, §. 7. Inst. eod. IX. Imperitia litterarum. §. 8. Inst. eod. X. Senectus septuagenaria, L. 3. ff. de iur. imm. §. 13. Inst. h. t.

§. 245. Hae sunt excusationes voluntariae. NECESSARIIS vel prohibitoriis accensentur I. furor, dementia, furdities, caecitas. L. 1. §. nes. 2. & 3. ff. de tut. L. 3. C. qui dar. tut. L. vn. C. qui morb. se excus. II. Minorenitas. §. 13. Inst. L. 10. §. 7. ff. h. t. III. Militia,

§. 14.

§. 14. *Inst. h. t. L. 4. C. qui dar. tut. IV. Debitum aut creditum cum pupillo contractum, Nov. 72. cap. 1. 2. 4. Nov. 94. praef. V. Episcopatus & monachus, Nov. 123. cap. 5.* Reliqui clerici Episcopo inferiores ad tutelam legitimam volentes admittuntur; ab aliis tutela arcentur. VI. *Matrimonium*, quod non permittit, ut vir uxoris curam suscipiat; L. 2. *C. qui dari tut. L. 4. C. de cur. furios.* quum ne sponso quidem id sit permillum. L. 1. §. *ult. ff. h. t.* VII. *Inimicitiae capitales*, quas tutor cum patre pupillorum aut adultorum gessit. §. 9. & 11. *Inst. h. t. L. 6. §. 17. de excusat. tut. L. 3. §. 12. de suspect. tut. L. 4. de testam. tut. L. 8. 10. de confirm. tut.*

Tutor non cogitur curator fieri.

**Vnus hodie-
nus.**

§. 246. *Speciatim a cura excusat tutela ante gesta. §. 18. Inst. h. t. L. 20. C. eod.*

§. 247. *Excusationes necessariae hodiernum fere omnes receptae sunt, non item omnes voluntariae ubique eodem modo admittuntur. Consulendae ergo singularum civitatum leges & statuta, quae si deficient, ius Romanum servatur. Rariores autem hodie sunt excusationes voluntariae, quia tutores salario gaudent; cum apud Romanos tutelae essent gratuitae. Maritus fere omnium locorum moribus est curator uxoris. In Saxonia tamen feminae etiam innuptae subsunt curatoribus.*



TIT. XXVI.

Remouventur tutores DE *Remouventur*

SVSPECTIS TVTORIBVS ET CVRATORIBVS.

§. 248.

Quum tutela & EXCVSATIONE & REMO- Con-
TIONE finiatur, (§. 219.) & de illa nexio-
hactenus dictum fit: de hac dicendum erit hoc nis ratio
titulo.

§. 249. Remouentur tutores SVSPECTI. Ita Quinam
vero vocantur, qui non ex fide gerunt. §. 5. tutores
Inst. h. t. Ex fide non gerere censentur, qui suspecti
vel *ad oculo malo*, vel culpa & negligentia, non
satisfaciunt officio. — *Culpa est omnis de li-
gentia debita.*

§. 250. Quum ergo interfit reip. res pupilli Quid
saluas esse: prodita est POSTVLATIO SVSPEC- postula-
TI, id est, accusatio quasi publica tutoris vel tio su-
curatoris non ex fide gerentis, ad remotionem specti?
eius, Et aliquando poenam arbitrariam insi-
gendam comparata.

§. 251. Dicitur accusatio quasi publica *), Cur di-
§. 3. *Inst. L. I. §. 6. ff. h. t.* quia omnibus catur
patet. Vere publica non est, cum non descen- quasi
dat ex delicto publico; nec coram praefecto publico
vbi, ad quem cognitio de delictis publicis spec-

tat, instituat; sed coram praetore, praefide aliisque, qui ordinariam exercent iurisdictionem, L. 4. *pr. ff. de off. eius cui mand. est iurisid.*

*) Vtuntur Icti particula *quasi* quoties aliquid non proprie, sed κατ' ἀνάλογίαν ita dici posse innuebant. Hinc in iure nostro occurrunt *quasi contractus, quasi delicta, quasi possessio, quasi traditio, accusationes quasi publicae, remedia quasi possessoria.*

Quinam suspectos accusare possint? §. 252. Quum ergo haec accusatio sit quasi publica: (§. 251.) consequens est, ut omnes possint accusare, veluti contutores, L. 3. *pr. ff. h. t.* immo & mulieres, quae alias accusare nequeunt. L. 1. §. 7. *ff. eod.* iuncta L. 1. L. 2. *ff. de accusat. **

*) Immo et ex officio magistratus suspectos persequitur, quippe qui in malos homines inquirere debet. L. 3. L. 13. *ff. de offic. praef.* Et hinc ille tutorem suspectum, quem nemo accusat, removere potest. L. 3. §. 4. *ff. eod.* Quod & hodie frequentissime fieri solet.

Quinam suspecti postulantur? §. 253. Quumque reip. inter sit, rem pupilli saluam esse: (§. 250.) consequens est, ut omnes tutores accusari possint, L. 1. §. 5. *ff. §. 2. Inst. h. t.* etiam qui satis offerunt; L. 5. L. 6. *ff. §. ult. Inst. h. t.* immo & legitimi; quamvis ob necessitudinem, qua pupillo iuncti sunt, plerumque eorum famae consulatur, & loco remotionis eis adiungatur curator, ne infamia in ipsum pupillum quodammodo redundet. L. 9. *ff. eod.* §. 254.

§. 254. Quum porro ea accusatio tendat ad Modus
 tutoris suspecti remotionem: (§. 250.) con- procedendi.
 sequens est, I. vt accusato statim interdicendum
 sit administratione quoad finiatur cognitio. §.
 7. *Inst. h. t.* II. Vt condemnatus plane re-
 moueatur, vel cum infamia, si doli reus sit; §.
 6. *Inst. L. ult. C. h. t.* vel sine ignominia, si
 culpa latae aut leuis. L. 3. §. *ult. ff. L. ult.*
C. h. t.

§. 255. Quum & ad poenam arbitrariam tu- Tutor
 tori infligendam agi possit: (§. 250.) sequi non-
 tur, IV. vt si factum atrocius in tutela vel cu- num-
 ra admissum sit, tutor vel curatōr ad praefec- quam
 tum vrbi, (id est ad magistratum, cui ius gla- extra
 dii est) remittatur, vt is extra ordinem pro- nem pu-
 modo delicti in hominem animaduertat. §. 10. nitur.
 & 11. *Inst. L. 1. §. ult. ff. h. t.*

§. 256. Denique quia haec actio, quamuis Quando
 in se ciuilibus, publica tamen iudicia quodammodo haec ac-
 do imitatur: (§. 250.) id quoque inde sequi- cusatio
 tur, V. vt, mortuo ante sententiam reo, vel expiret
 tutela interea quocunque modo finita, ea accu-
 satio extinguatur. §. 8. *Inst. L. pen. ff. L. 1.*
C. h. t. Neque enim mortuus tutor remoueri
 potest, neque finita tutela opus est hoc reme-
 dio, quum per actionem tutelae pupillo satis
 prospectum sit. (§. 220).

§. 257. Quia vero hodie quotannis rationes Vfus
 exiguntur, & hinc etiam ante tutelam finitam hodie-
 tutor nus,

tutor ad eas reddendas adigi potest: (§. 221.)
hinc non tam quotidianae sunt suspectorum ac-
cusationes, ac tempore Vlpiani. L. 1. *pr. ff.*
h. t. Vid. Mynling. *ad pr. Inst. h. t.*

LIB. II. TIT. I.

D E

RERVM DIVISIONE ET
ADQVIRENDO EARVM
DOMINIO.

§. 258.

Hactenus de *personis*, tamquam de primo
Ratio **con-** iuris obiecto, actum: (§. 60.) sequitur
nexio- iam alterum, puta *RES*, in quarum iure expli-
nis. cando libri secundus & tertius cum initio quarti
versantur.

I. DE RERVM DIVISIONE.

§. 259.

Quemadmodum iureconsulti *hominem* &
Diffe- *personam* distinguere solent: (§. 61.)
rentia rei & pecu- ita accurate discernunt *REM* & *PECVNIAM*,
niae. quarum illa hac latius patet, siquidem *RES*
etiam ea, quae extra computationem patrimo-
nii nostri sunt, continet; *PECVNIAE* significa-
tio ad ea, quae in patrimonio nostro sunt, re-
fertur.

*Colleg. ad
Boehmeri introd.
in jus de tit. de
Dere. rerum.
§. 7. & 10.*

fertur. L. 5. pr. ff. de V. S. Augustin. de doctrin. Christian. cap. 6. p. 585. Tom VI. oper.

§. 260. RES ergo iureconsultis vocantur, Vtriusque eius sunt naturae, ut in bonis esse possunt. PECVNIA contra, quidquid vere est actu finitio. est in patrimonio. Huber. Prael. ad Inst. h. t. §. 1.

§. 261. Res, quod ad primam earum divisionem attinet, vel DIVINI, vel HVMANI Rerum divisio IVRIS esse dicuntur. Illae denuo vel SACRAE, prima. vel RELIGIOSAE, SANCTAE etiam quodammodo diuini iuris habentur; L. 1. pr. ff. h. t. *2. Colley. §. 1.*

§. 262. SACRAE erant publice Diis consecratae, §. 8. h. t. L. 6. §. 3. L. 9. pr. §. 3. crae. 1. 2. ff. h. t.

§. 263. Ex quo inferebant Romani, I. res Ius circa sacras in nullius bonis esse; L. 1. pr. L. 6. §. illas, 2. ff. h. t. adeoque II. nec aestimationem recipere, nec obligari alienarique posse, L. 9. §. 5. ff. eod. §. 8. Inst. h. t. quin potius III. loca sacra manere etiam diruto aedificio; L. 6. §. 3. ff. eod. Plin. Lib. 10. epist. 76. nisi vel ab hostibus capta, L. 36. ff. de relig. vel sacris euocatis religione liberata sint, L. 9. §. 2. h. t.

§. 264. RES RELIGIOSAE erant sepulcra, Res religio-
dedicata diis Manibus. Guther. de iur. Man. giosae.
Lib. 3. cap. 1. Locum vero religiosum vnus- *2. Colley. §. 1.*
quis

G +

quis

quisque faciebat, dum mortuum inferebat in locum suum. L. 6. §. 4. ff. eod.

Iura
earum.

§. 265. Ex quibus principiis inferebant, I. cenotaphium, id est, sepulcrum honorarium, non esse religiosum, L. 42. ff. de religios. Conf. Corn. van Bynkershoek *Obs. Lib. 1. cap. 5.* II. Sepulcra commercio hominum eximi. *) L. 12. §. 1 ff. de religios. L. 14. C. de legat. III. Quum in diuersis locis cadauer sepultum fit, eum tantum locum, in quem membra principalia, veluti caput, illata fuerint, religione occupari. L. 44. pr. ff. de religios. IV. Eum qui in locum alienum vel publicum mortuum intulerit, adione in factum pulsari posse, ad tollendum cadauer, aut soluendum loci pretium. L. 7. pr. L. 8. §. 2. ff. de religios. V. Etiam sepulcra manere religiosa, nisi reliquiae auctoritate pontificum transferantur. L. 44. §. 1. ff. de religios. Plin. *Lib. 10. Epist. 73.* Gruter *Inscr. p. 578.* Quam religionem, etiam Christianis haesisse, L. 14. C. de relig. merito mireris.

*) Sepulcra ipsa nec in bonis erant, nec in commercio: ast ius inferendi mortuum omnino. Hinc & legari poterat, quum monumenta legari non possent. L. 14. C. de legat.

Res
sanctae. §. 266. SANCTAE denique RES dicebantur, quae sanctione poenali defenduntur, vt, qui ibi aliquid commiserit, grauius puniatur. L. 8. pr. ff. h. t. Tales res erant muri, portae, pomoeria, vallum &c. *) *) Dan-

*) Dantur quoque personae sanctae, velut parentes & patroni, L. 9. ff. de obsequ. par. & patr. praest. tribuni plebis, Liv. lib. 2. cap. 32. Dionys. Hal. lib. 6. p. 410. legati, L. vlt. ff. de legation.

§. 267. Vnde expediti iuris videbatur, I. Earum nihil immitti posse in muris & portis, L. 8. §. que iura 2. ff. h. t. II. Neque reficere eas cuiquam licere sine principis vel praefidis consensu, nec aliquid eis conjungere, vel superponere, L. 9. §. 4. ff. eod. III. Capite esse plectendos, qui muros transcenderint, vel violarint, L. vlt. ff. §. §. 10. Inst. h. t. Quale exemplum factum in Remo, veteres referunt, d. L. vlt. eod. Liv. lib. 1. cap. 7.

§. 268. Quamvis vero haec omnia paganam Principia de superstitionem redoleant: a Constantini tamen pia de temporibus etiam inter Christianos creditum, consecratione res ita sacras fieri per consecrationem, ut dominium earum Deo offeratur, & religio quae tiani & Christiani dam res illas videatur occupare. Quare principum hoc cum conclusionibus (§. 263.) explicationem in titulo C. de SS. Ecclesiis, nec non ceperunt. in univ. iure Canonico regnat. Blondell. Apolog. de episc. & presb. Sect. 3. pag. 265. sequ. Ziegler de episc. Lib. 3. cap. 7. Pictetus in libello Gallice scripto de templis.

§. 269. Noua quoque tunc temporis accessit Res ecclesiasticae a Res rerum species, RES nimirum ECCLESIASTICAE, quae non quidem ἀγία, sed media-facris

distin-
guen-
dae.

te, cultui diuino sine consecratione inseruiunt.
Vnde & facilius vel ad tempus, vel in perpetuum, alienantur, quando id expedit ecclesiae; L. 14. §. 5. L. 17. §. 1. C. de SS. Eccl. Nov. 120. cap. 7. accedente tamen, vti in alienatione rerum minoris, causae cognitione & decreto. Stryk *Cautel. contra. Sect. 1. cap. 3. §. 7. vulgatum juris est, Ecclesis gau-*
= dent jure minorum.

Quae-
nam ca-
nonistis
res reii-
giosae.

§. 270. Denique & res religiosas retinuit ius canonicum, illisque accenset non solum sepulchra & coemeteria, verum etiam xenodochia, orphanotrophea, ptochotrophea. Lancell. *Inst. iur. can. Lib. 2. tit. 17.* Hinc & coemeteriis aqua benedicunt, & benedicta subiiciunt iurisdictioni ecclesiasticae, quin eorum communione priuant haereticos, paganos, excommunicatos.

Vfus
doctri-
nae de
rebus
diuini
iuris ho-
diernus.

§. 271. Protestantes quidem ea opinione imbuti non sunt, ac si res cultui diuino immediate inseruientes in dominio Dei sint, magis quam res aliae. Si tamen quis hasce res velit *sacras* vocare, per nos licebit. Nec temere eas alienamus aut aliis adplicamus vsibus, nisi urgente necessitate aut suadente vtilitate ecclesiae. Quae de alienatione rerum ecclesiasticarum (§. 269.) dicta sunt, ea & apud nos obtinet. *Res & personae sanctae* etiam nobis sunt, immo *plures*, quam Romanis. Si denique coemeteria & sepulchra aliquis velit *res religiosas* adpellare, non quidem errabit; concinnius

cinnius tamen ad res *sanctas* referuntur. Sepulchra certe commercio non esse exempta, constat.

§. 272. Haecenus de rebus *diuini iuris*: Res humani iuris sequuntur, quae HUMANI IURIS habentur, (§. 261.) quaeque vel COMMUNES siue NVLLIVS sunt, vel PVBLICAE, vel VNIVERSITATIS, vel SINGVLORVM. *pr. Inst. L. 2. pr. ff. h. t.*

§. 273. COMMUNES sunt, quae, quod ad Res proprietatem, nullius; quod ad usum, omnium hominum sunt. §. 1. *Inst. L. 2. §. 1. ff. h. t.* PVBLICAE, quae ratione proprietatis populi sunt, quod ad usum, singulorum ex populo. RES VNIVERSITATIS; quae, quod ad proprietatem, sunt uniuersitatis, quod ad usum, singulorum ex ea uniuersitate. L. 6. §. 1. *ff. h. t. L. 14. ff. de adqu. rer. dom.*

§. 274. Communes ergo s. nullius ex his Earum principiis sunt aer, aqua profluens, mare, L. 2. §. 1. *ff. h. t. §. 1. Inst. h. t.* Publicae litorea pla- ra maris, flumina, portus, ripae, adeoque cuique ex populo permessa piscatio in flumine, nauis ad ripam adpulsus, exsiccatio retium, oneris in ripa expositio. L. 3. *D. ne quid in loc. publ. L. 5. pr. ff. h. t.* Res uniuersitatis, sunt theatra, stadia, curiae siue senacula. L. 6. §. 1. *ff. eod.*

Patri- §. 275. Bona, quae ad populum aut vniver-
moni- sitatem ita spectant, vt vsus non pateat singu-
um vni- lis ex isto populo aut ista vniuersitate PATRI-
uerfita- MONIVM POPVLI vel VNIVERSITATIS vo-
tis. cantur. Vnde & seruus publicus non erat res
 vniuersitatis, sed in eius patrimonio. L. 6. §. 1.
ff. h. t.

Vfus §. 276. Sed haec principia hodie tantum non
huius vbique deserunt, quum pleraque, quae publica
doctri- dicuntur iure Romano, imperantes sibi vindicant,
nae ho- iique earum rerum vsui modum praedi-
diernus. scribere soleant.

Res sin- §. 277. RES PRIVATAE vel SINGVLORVM
gulo- dicuntur, quae sunt in singulorum patrimonio.
rum.

§. 278. Altera rerum diuisio est in VNIVER-
Res vel SALES & SINGVLARES. Singularis res est
vniver- corpus vnitum & connexum, L. 30. D. de usu-
fales vel cap. nec non ius vnicum. Vniuersalis, quae
singula- plures res singulares, totum quoddam consti-
res. tuentes, complectitur. Dicitur etiam VNIVER-
 SITAS RERVM & vel vniuersitas iuris est, vel
 hominis. Illa a lege agnita, & ita comparata
 est, vt in illa res succedat in locum pretii, ac
pretium in locum rei. Iura quoque complecti
 potest, quae omnia secus se habent in vniuer-
 sitate hominis. Iuris vniuersitates duae sunt in
 iure nostro: hereditas & peculium. L. 16. §.
 1. L. 20. D. de hered. petit. L. 40. D. de
 pecul. L. 1. C. de castrens. pec. Hominis vni-
 uersitates multae dantur v. c. bibliotheca, grex,
 taberna instructa &c. §. 279.

*sic hae
 aetio ma
 alius verbis
 Surroga
 tum capi
 natum
 ejus in
 cuius lo
 cum surro
 gatum
 fuit.*

+ Dicitur in iur.

§. 279. Tertia diuisio in RES MANCIPI & Res
 NEC MANCIPI *) sublata est a Iustiniano L. *mancipi*
vn. C. de nud. iure Quirit. toll. Quarta in & nec
 CORPORALES & INCORPORALES sequente *manci-*
 titulo explicatur. Hinc altera tituli parte po- *pi, cor-*
 tius *de acquirendo rerum dominio*, exemplo *porales,*
Iustiniani nostri, erit agendum. *& in-*
corpor-
ales.

*) Res mancipi erant, quae veteribus pretiosissimae: Bynkersh. *de reb. mancipi* & *nec mancipi* p. 109. vt praedia Italica, iura praediorum rusticorum, serui, quadrupedes, quae dorso & collo domantur, hereditas, margaritae. Plin. *Hist. Nat. Lib. 9. cap. 35. Vlp. Fragm. tit. 19. §. 1.* Ceterae nec mancipi. conf. Frid. El. a Pufendorf *in obs. iur. univ. T. 2. Obs. 79.*

II. DE ADQUIRENDO RERVM DOMINIO.

§. 280.

Quod circa res versatur *ius*, vulgo aut IN RE aut AD REM esse dicitur. Vocabu- Ius est
 la ius canonicum suppeditat, *cap. 8. de concess. vel in re*
praeb. in 6. & cap. 40. eod. in 6. Distinctio- *vel ad*
 nem ipsam ius ciuile non ignorat. L. *19. pr. & rem.*
L. 13. §. 1. ff. de damno inf. L. 3. pr. L. 25.
ff. de obl. & action. Tertia tamen species his
 addenda videtur, nimirum *ius possessionis*; imo
 quarta: *ius occupandi*, de quo infra (§. 296.)

§. 281. Nimirum ^{*inclusionem.*} DEFINERE rem dicitur, Posses-
 qui facultate *physica* pollet, *super illa dispo-* sio
sionis *quid?*
quid?

nendi. POSSESSIO autem est *detentio rei corporalis cum animo sibi habendi*. L. 1. pr. §. 1. D. de *acquir. vel amitt. poss.* L. 9. D. *rei vind.* Ex quo consequitur I. ut qui omnino non habet animum, rem siue ex iure in re, siue ad rem sibi habendi, non possessor fit, sed nudus detentor. II. Ut possessio sit *adquisita*, simulac quis *facto corporeo* significat, quod facultate physica de re disponendi gaudeat, & rem sibi habere velit. Factum autem illud *adprehensio* possessionis vocatur. III. Ut *conseruetur*, quamdiu facultas illa physica & animus habendi adsint; sed IV. *amissa* fit, cum alterutrum requisitum cessat. vid. *tit. Dig. de acquir. vel amitt. possess.*

Posses- §. 282. Spectamus autem in possessione vel
 fio quo- animum possidentis, vel possessionis fundamen-
 duplex? tum *), vel eiusdem obiectum, vel denique mo-
 dum possidendi. Ratione *animi* duplex est.
 Etenim qui possidet dnimo rem tamquam suam
 habendi, CIVILITER; qui absque eo, NATU-
 RALITER possidere dicitur. L. 12. pr. D. de
acquir. vel am. possess. L. 37. D. de A. R. D.
 L. 15. §. 1. D. qui *satisd. cog.* L. 1. §. 9. D.
 de vi & vi arm. L. 2. §. 1. D. pro hered. L.
 38. §. 78. D. de V. O. Prior vel bona fide
 possidet, vel mala. Bona fide possidere dicitur
 rem alienam, qui se, ex errore excusabili, eius
 esse dominum credit. §. 1. I. de *usucap.* L.
 3. 109. D. de V. S. Si respicis ad fundamentum:
 possessor

possessor aut iustum titulum habet, aut minus.
Si illud, IVSTVS; si hoc, INIVSTVS vocatur.

L. 3. §. 5. D. de A. vel A. P. L. 13. §. 1.
D. de public. in rem. act. L. 22. §. 1. D. de
noxal. act. *) Obiectum possessionis si res corpo-

ralis est, habes possessionem VERAM; si res
incorporalis, ANALOGICAM s. QVASI POS-

SESSIONEM, L. 3. pr. D. h. t. L. 4. §. 27. D. de
usurp. & usucap. L. 32. §. 1. D. de S. P. V.
L. 10. D. si serv. vind. L. 23. §. 2. D. ex quib.

caus. maior. L. 3. §. 17. D. de vi & vi arm.
L. 18. §. 1. D. de pet. hered. *) Modum denique
possidendi quod attinet; cum res in sensu nos-

tros agit, NATURALIS siue CORPORALIS;
6. cum absens est res, CIVILIS s. MENTALIS pos-
sessio audit. L. 3. §. 7. L. 30. §. 5. D. L. 4. C.
de A. vel A. P. §. 5. I. de interd.

*) A fundamento possessionis sedulo secernen-
da est eiusdem causa, hoc est ius illud, siue
in re, siue ad rem, cuius exercendi causa,
aliquis rem possidet. Et de hac obseruan-
dum, "neminem sibi causam possessionis muta-
re posse." L. 3. §. 19. 20. L. 19. de adquir.
vel am. poss. L. 6. §. 3. D. de precar. L. 5.
C. de adqu. & ret. poss. *hansly*

§. 283. IVS POSSESSIONIS vocari suavit ^{ius pos.}
complexus iurium, quae possessori qua tali ^{sessionis}
competunt. Quo referenda sunt sequentia. I. quid?

Ab editione ac probatione tituli liberatur pos-
sessor. L. II. C. de petit. hered. L. 28. C. de
rei vind. II. Aliquando fructus lucratur. (vid.
infra §. 332. III. Rem tamdiu retinet, quamdiu
alter,

hansly
vid. hanc
hansly
ad Interdicta -
ad usucapionem -
Ich bringe no. & d. g.

alter, suam esse, non probauerit. §. 4. I. de interd. IV. In possessione se etiam priuata auctoritate defendit, L. 1. C. unde vi, eaque de iectus deiicientem confestim iterum iure deiicit, L. 3. §. 9. L. 17. D. de vi & vi armat. V. Eo iure gaudet, vt in pari causa melior eius conditio existimetur, L. 2. §. 9. D. uti possid. & hinc in dubio pro illo feratur sententia, L. 125. L. 128. D. de R. I. VI. Si quis bona fide rem alienam possidet, nullam culpam praeficit, L. 25. §. 11. D. de heredit. petit. Denique VII. aliquando rem alienam aut alteri debitam tantum retinere potest possessor, donec de eo, quod sibi vicissim debetur, satisfiat; quod ius retentionis vocatur. conf. Georg. Lud. Boehmeri diss. de iure retentionis in elect. iur. civ. Vol. 2. Exerc. 13. ^{x.} In dubio melior est boni possidentis.

Vtriusque definitio.

§. 284. IUS IN RE, recte cum Grotio definiendo Hubero, est facultas homini in rem competens, sine respectu ad certam personam; IUS AD REM facultas, competens personae in personam, vt haec aliquid dare vel facere teneatur. Hoc oritur ex obligatione, quae proinde personam non egreditur. Hub. Praelect. ad Inst. h. t. §. 12. De illo sequentibus titulis: de hoc libri tertij titulis postremis & libri quarti prioribus erit agendum.

Iuris in re natura & indoles.

§. 285. Ex priore definitione fluit, I. ius in re non esse momentaneum, nec, re licet surrepta vel deperdita, expirare. II. Idem ius pro-

producere actiones in rem aduersus quemcunque possidentem aut turbantem. L. 25. ff. de obl.

Et act. §. 1. Inst. de act. momentaneum est, quod possessione cessante expirat. A. A. Cod. De leg. 4. pos.

§. 286. Ex quo potro sequitur, III. vt spe- Eius-
cies iuris in re sint quatuor, I. DOMINIUM. II. dem spe-
HEREDITAS. III. SERUITVS & IV. PIGNVS. cies.

IV. Vt possessio f. potius ius possessionis (§. 283.) iuribus in re accenferi nequeat, quia is,

qui rem possedit, ex eo solo fundamento, quod

possederit, illam ab omni possessore repetere

non potest. L. 7. D. de vi Et vi armat. Hu-

ber. Prael. ad Inst. lib. 4. tit. 15. §. 2. Zach.

Huber. Lib. 3. Dissert. 5. c. 2. §. 17. sequ.

Iure canonico tamen possessio quodammodo natu-

ram iuris in re induit. Cap. 18. X. de restit.

spoliat. *Vrius possessio est species iuris in re, quae aliquis ex sola possessione*

§. 287. DOMINIUM, de quo hic agendum, Domi-

est ius in re corporali Et singulari, ex quo fa- rii defi-
cultas de ea omni modo disponendi *), eam- pitio.

que vindicandi nascitur. Ita fere Mynsing- *signatiss.*

rus ad pr. Inst. h. t. immo & leges nostrae L. 21.

C. mand. L. ult. C. de reb. alien. non alienand.

*) Quodsi dominium per leges, testamenta aut pacta restrictum est, limitatum vocatur.

§. 288. Dominium hoc olim in re mancipi Domi-

vel QVIRITARIVM erat, vel BONITARIVM, nium

quorum illud a solis Romanis ciuibus acquire- olim vel

batur modis ciuilibus, Varr. de re rust. Lib. Quirita-

2. cap. 10. Vlp. Fragm. tit. 19. §. 2. Conf. nitari-
um.

H

Antiq.

Bona fide et iusto titulo habita actionem realem contra tertium potest in ditione. publicianam

II. Divisio.

Antiq. nostr. Rom. h. t. §. 19. seq. Hoc autem, nempe bonitarium, & ab aliis, modis quibuscumque naturalibus, adquiri poterat. Vnde & illud ἐννομον LEGITIMVM; hoc *Φυσικὸν* seu NATVRALE *) adpellatur Theoph. §. ult. *Inst. de libertin.* Sed hanc distinctionem Iustinianus sustulit. L. vn. C. de nud. iur. Quirit. toll. L. vn. C. de vsucap. transform.

*) Alio sensu hodie Doctores dominium diuidunt in CIVILE & NATVRALE, & illud tribuunt marito in rebus dotalibus, hoc uxori. Sed de hac distinctione infra §. 445. dicendi locus erit.

Dominium
vel reuocabile vel irrevocabile.

§. 289. Porro dominium aut REVOCABILE est aut IRREVOCABILE. Hoc vocatur, quod nobis ita competit, vt absque voluntate nostra ad priorem dominum redire nequeat. Illud, quod etiam nobis inuitis desinit, & ad pristinum dominum redit. Reuocabile vel ita comparatum est, vt res repeti possit *actione reali*, cum dominium ipso iure desierit; vel vt actio personalis tantum locum habeat, quia dominus obligatus est ad restituendum. Si prius, dominium ex tunc; si posterius, ex nunc reuocari dicitur *).

*) Si dominium ex tunc reuocatur: ius a domino reuocabili constitutum e. g. seruitus, cessat; non autem si ex nunc reuocatio fit. Ibi ergo, non hic, regulae locus est: resolutio iure dantis, resolutur ius accipientis. conf. Vinnii select. quaest. lib. 2. cap. 5.

Quoties Dominium ipso iure resoluitur, siue ex tunc, toties juris regula est locus: resolutio iure dantis. 289.
quoties Dominium resoluitur instituta actione personalis, siue ex nunc; toties non est locus regulae dictae. —

§. 290. Si ad personam domini respicitur, dominium in SOLITARIVM & CONDOMINIUM abit, quorum illud *unicæ personæ*, hoc *pluribus competit*. Quoad iura vero, quæ dominium complectitur, aut PLENUM est, aut MINUS PLENUM. Plenum dicitur, *quod totam proprietatem & usumfructum continet*; minus plenum vero adest, *si iura domini inter plures sunt diuisa*.

§. 291. Hoc dominium minus plenum aut DIRECTIVM est aut VTILE. *Directus* scilicet dominus dicitur, cui nihil præter proprietatis partem; *utilis*, cui pars proprietatis cum iure utendi competit.

§. 292. Cum autem *caussa*, quæ domino minus pleno ansam præbet, varia esse possit, *variae inde huius domini nascuntur formæ*, nimirum FEVDVM, EMPHYTEVSIS & IVS SVPERFICIARIVM. De feudis in iure feudali, de emphyteusi infra *Lib. 3. T. 35.* dicetur. Quod vero superficiem attinet, de ea hæc notes velim. SVPERFICIES est omne quidquid in solo supra faciem terræ aedificatum est. *L. 2. D. de superficieb.* IVS autem SVPERFICIARIVM est *ius habendi superficiem in solo alieno*. Hoc iure alteri concessio, solum quidem est & manet res mea. At ipsius superficiæ dominus *utilis* est superficiarius. Mihi contra, domino soli, dominium aliquod *directum* in superficie compe-

Domini-
um soli-
tarium &
condo-
minium;
domi-
nium
plenum
& mi-
nus ple-
num.

Domini-
um
minus
plenum
duplex
ratione
iurium
ingredi-
entium.

Domini-
um
minus
plenum
triplex,
quoad
causam.

tit. L. 73. §. 1. L. 74. L. 75. D. de R. V. L.
 19. pr. D. de damn. inf. L. 1. §. 3. 4. 6. L. 2.
 D. de superfic.

iii **Modus
 adqui-
 rendi
 domi-
 nium
 cum ti-
 tulo
 non
 confun-
 dendus.**

§. 293. Spectatis variis iuris rerum speciebus, ad modos acquirendi ius in re transeamus. Requiritur nempe, si quidem ius in re acquirere velis, ordinario: *titulus & modus acquirendi* *). Est autem TITVLVS ratio quaedam legalis, qua adquisitio iuris in re *possibilis* fit. MODVM contra acquirendi vocamus factum corporeum, acquisitionem reddens *existentem*. Tituli in iure multi reperiuntur, veluti pro emto, pro legato, pro donato, pro soluto, pro dote, pro suo, pro derelicto, pro permutato, pro transacto, pro adiudicato, qui omnes ἀπείρους ius ad rem tantum, non in re operantur.

*) Diximus ordinario. Quidam enim casus excepti sunt, ubi solus titulus ius in re tribuit; de quibus in Pandectis dicitur.

**Modi
 adqui-
 rendi
 vel na-
 turales
 vel ciui-
 les.**

§. 294. *Quarundam bimoventium* MODI ADQVIRENDI duorum generum sunt. Quarundam enim rerum dominium IVRE NATVRALI; quarundam vero IVRE CIVILI nanciscimur §. 11. *Inst. h. t. §. 390.*

**Natura-
 les oc-
 cupatio,
 accessio
 traditio,
 fructu-
 um per-
 ceptio.**

§. 295. Modi acquirendi IVRIS NATVRALIS sunt **A** OCCVPATIO, **B** ACCESSIO, **C** FRVC-
 TVVM PERCEPTIO *), **D** TRADITIO.

*) conf. omnino Christ. Gottlieb Gmelin. *diff. de diuersis partibus ancillae & foetus pecoris iuribus.* §. 4. 199.

§. 296.

§. 296. OCCVPATIO est ^{comprehensio} apprehensio rerum corporali-
 um nullius, cum animo sibi habendi. NULLIVS vero hic esse censentur, quae vel natura non sunt in dominio, vel pro derelictis habita, in dominio esse desierunt, id est, eo animo abiecta a domino, ut ea in numero rerum suarum amplius esse nolit. §. 46. Inst. h. t. L. 1. L. 2. §. 1. L. 5. §. 1. ff. pro derel. vel denique illae, de quarum domino propter vetustatem non amplius constat. L. 31. §. 1. de A. R. D.

IA
 Occu-
 pationis
 defini-
 tio.

§. 297. Ex quo sequitur, ut I. ea, quae nullius sunt, cedant occupanti, L. 3. pr. ff. de Acqui-
 r. rer. domin. II. Ut occupatio fiat animo & actu corporali simul, L. 3. §. 1. ff. de adqu. vel amitt. possess.

Axi-
 mata de
 occupa-
 tione.

§. 298. Species occupationis feruntur VE-
 NATIO, quo & AVCVPIVM & PISCATIO feruntur, OCCVPATIO BELLICA, & INVEN-
 TIO.

Occupationis
 species.

§. 299. VENATIO est occupatio ferarum be-
 stiarum *), siue terrestrium, siue volucrum, siue piscium, quippe quae nullius sunt: (§. 296.) L. 1. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. §. 12. Inst. h. t.

Venatio

*) FERAE bestiae sunt, quae libere vagantur, nec sine vi occupantur, quo iura nostra & apes, columbas, pavones referunt; §. 14. 15. Inst. h. t. Si tales capiuntur & domici- curantur, MANSVEFACTAE dicuntur. MAN-
 SVETAE, animalia domestica, ut anseres, gallinae §. 16. Inst. h. t.

§. 300.

Iura cir-
ca vena-
tionem.

§. 300. Quum ergo ferae bestiae veteribus iure gentium visae sint nullius: (§. 298.) §. 12. *Inst. h. t. L. 3. pr. §. 1. ff. de acqu. rer. dom.* consequens est I. vt captae statim nostrae fiant; (§. 297. I.) L. 1. §. 1. *ff. eod. adeoque II. capi possint non modo in fundis nostris, sed & alienis, dum ne dominus ingredientes nos prohibeat. L. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* III. Vt capi non possint, viuariis, alueariis, vel piscinis inclusae, quia non sunt nullius. (§. 297. I.) L. 3. §. 14. *ff. de acqu. vel. amitt. possess.* IV. Vt qui animalia mansueta intercipit, fur- tum committat, ob eandem rationem, L. 5. §. 6. L. 44. *ff. de acqu. rer. dom. §. 16. Inst. h. t.* V. Vt manufactae tum demum capi queant, cum aufugerint, & animum reuertendi deposuerint. §. 15. *I. h. t.* Si autem VI. fera bestia custodiam nostram euadit, nostra tamdiu manet, quamdiu in conspectu nostro est, nec difficilis videtur eiusdem persecutio. Simulac enim conspectum effugit, aut persecutio difficilis sit, eam dereliquisse censetur. Hinc res nullius facta est, cuiuslibet occupanti cedens. §. 12. & 14. *I. h. t.*

Ad oc-
cupan-
dam fe-
ram non
sufficit
vulnera-
tio.

§. 301. Porro cum venatio occupationis spe- cies sit, (§. 297.) occupatio autem sit adpre- hensio, (§. 295.) sequitur, vt ad occupandam feram bestiam non sufficiat vulneratio, nisi se- quatur adprehensio, vel manu vel laqueis, aliis- ue instrumentis facta. L. 5. §. 1. L. 55. *D. de A. R. D. §. 13. I. h. t.* §. 302.

§. 302. OCCUPATIONE BELLICA acquiruntur personae & res hostium, quae capiuntur, quippe ex principiis iuris Romani res nullius*). Occupationis bellicae fundamentum

L. 1. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss. Westenh. Princ. iur. ff. ad tit. de acquir. rer. dom. §. 39. Ex quo principio inferitur, I. ea quae ab hostibus capimus, (non quae bello civili, L. 21. §. 1. de capt. & postlim.) iure gentium statim nostra fieri. L. 5. §. vii. ff. de acquir. rer. dom. §. 17. Inst. h. t. Quumque II. hostes occupationi rerum suarum plerumque violenter resistent, & aliquando erepta recuperent, sequitur III. non prius res captas nostras intelligi, quam si intra praesidia nostra fuerint perlatae. L. 5. §. 1. ff. de capt. & postl. IV. Milites stipendiarios, qui res capiunt, esse in ministerio imperantium, adeoque eos res publico belli actu captas non sibi, sed reip. acquirere, & hinc peculatus reos esse, si quid sibi retineant. L. pen. ff. ad L. iul. peculat. V. Immobilia non cedere militibus, sed reipublicae, & hinc agrum hosticum publicari. L. 20. §. 1. ff. de capt. & postl. VI. Ex mobilibus ea relinqui militibus, quae permittente imperatore, praedam agentes ceperint. L. 36. §. 1. C. de donat.

*) Apposite eam in rem Pufendorff de I. N. & G. Lib. 4. cap. 6. §. 14. Sciendum est, perlatum hostilem. uti cetera iura pacifica, ita & effectum dominii rumpi habentis, ut non amplius quis teneatur ab istius rebus manus abstinere, nisi iqua humanitas suascrit. In

bello ergo res hostium in ordine ad alium hostem redduntur velut dominio vacuae: non quod hostes per bellum ipso iure rerum suarum domini esse desinant, sed quia illorum dominium non obsiat hosti, quo minus eas res auferre, sibi que habere possit. Prorsus uti ad rei vacuae dominium acquirendum sola adprehensio sufficit.

Ius post-
Limii. §. 303. Aliquando tamen in bello obtinet IVS POSTLIMINII, hoc est recuperatio iurium bello amissorum. Eo fruuntur I. res immobiles; cum hostibus expulsis ad priores dominos redeant; L. 20. §. 1. de captiv. II. res mobiles, si hosti eripiuntur, antequam intra eius praesidia fuerint perlatae; (§. anteced. n. III.) III. personae bello captae, si iusto modo ex potestate hostis redeunt. L. 5. L. 19. D. de captiv.

Inven-
tio §. 304. INVENTIONE acquiruntur res, quae vel sua natura nullius, vel pro derelictis habitae, (§. 296.) adprehenduntur, (§. 297. I.) L. 1. §. 1. L. 3. §. 3. ff. de acqu. vel amitt. poss. Quum ergo res sua natura nullius cedant occupanti: (§. 297. I.) recte infertur, lapillos, gemmas, aliaque in littoribus inuenta, & ab aliis nondum occupata, iure gentium invenientis fieri. §. 18. Inst. h. t. L. 3. pr. ff. eod. L. 1. §. 1. ff. de acqu. vel amitt. possess.

Thesau-
ri. §. 305. Quumque & res pro derelictis habitae occupanti cedant, (§. 267.) sequitur, I. ut & thesaurus *), cuius non existat memoria, L.

§1. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. L. vn. C. de thesaur. a nobis in loco nostro sine artibus magicis inuentus, nobis adquiratur. §. 39. Inst. h. t. L. 63. pr. ff. de acqu. rer. dom. L. vn. C. de thesaur. Nam II. in loco alieno, siue priuato siue publico, fortuito inuentus, ex dimidia parte inventori, ex dimidia domino vel reip. iure accessionis cedit; III. data opera in fundo alieno quaesitus & inuentus, totus domini est, & inuentor, tamquam qui rem alienam contrectauit, punitur; IV. artibus odiosis quaesitus atque inuentus a fisco eripitur. §. 39. Inst. h. t. L. 63. ff. de acqu. rer. dom. L. vn. C. de thesaur. L. 3. §. pen. ff. de iur. fisci.

*) In iure haec acquisitio aliquando accessionibus accensetur, vt §. 39. Inst. h. t. aliquando inuentionibus, vt L. 31. §. 1. ff. de acqu. rer. dom. sed haec nec ἀρτιωποιαν, nec dissentum iureconsultorum arguunt. Fundi dominus partem suam acquirit iure accessionis, si alius fortuito inuenerit; iure occupationis & accessionis, si ipse inuenerit. Qui in alieno fundo inuenti partem accipit, eam capit solo iure occupationis. Potest ergo diuerso respectu ad utramque referri.

§. 306. Et quia nemo dereliquisse rem intelligitur, nisi qui eo abiicit animo, vt eam in rerum suarum numero esse nolit: (§. 296.) insertur inde I. occupanti non cedere res amissas, vel vti de rheda currente cadentes, §. 47. Inst. h. t. II. nec res a furioso, ebrio aut irato abiectas; III. bona quoque naufragorum, vel res

Res pro derelictis non habitae, inuentione non adquiruntur.

leuandæ nauis caussa eiectas, non posse ab alio occupari. *L. 21. §. 1. ff. de adqu. possess. L. 8. ff. ad L. Rhod. L. 9. §. ult. ff. de adqu. rer. dom. L. 43. §. 4. seq. ff. Et auth. Nauigia C. de furt.*

Vfus
doctri-
nae de
occupa-
tione
hodie-
nus.

§. 307. Hactenus de OCCUPATIONE, eiusque speciebus. (§. 296. & 298.) sed ab his principiis tantum non vbiq̄ue hodie receditur. Venationes enim plerumque ad solos imperatores, eosque, quibus illae vel in feudum datae, vel privilegio concessae sunt, pertinent. Militibus conductitiis raro pars praedae conceditur; saepius iis, qui sponte castra sequuntur, ut praedatum exeant, vel qui mandante rep. nauibus armatis hostilibus nauibus insidiantur, easque intercipiunt. Res in littore maris inuentas multis locis fiscus sibi vindicat. Nec ignotum, eundem in Dania, aliisque quibusdam locis, occupare bona naufragorum. Aliud in Frisia. *Statut. L. I. tit. 24. §. 13. Zach. Hub. Observ. rer. iud. obs. 10.*

B.

Acces-
sionis
defini-
tio & di-
uisio.

§. 308. Alter modus est ACCESSIO, id est, *acquisitio rei accessoriae, quae cum re nostra principali quomodocunque coniungitur*; (§. 295.) eaque recte a doctoribus in NATURALI, INDUSTRIALEM & MIXTAM diuiditur. Quidquid enim vel naturae beneficio, vel arte atque industria rei nostrae accedit, nostrum fit. Si autem quaeris, quae in hoc articulo sit res accessoria, quaeue principalis: generali definitione id quidem comprehendi nequit.

quit. Aliquando *principale* est, ex quo aliquid nascitur, aliquando id quod per alterum ornatur. In aliis casibus dignius & pretiosius, in aliis id, cuius maior pars adest, pro principali habetur, vt ex sequentibus patebit.

a.

§. 309. NATVRALIS ACCESSIONIS modi sunt varii, veluti PARTVS ancillae, INSVLA in flumine nata, L. 39. §. 2. ff. eod. ALLUVIO, *id est incrementum beneficio fluminis pedetentim & latenter adiectum*, §. 20. Inst. h. t. VIS FLVMINIS, *incrementum semel & simul adiectum*, §. 21. Inst. eod. & ALVEI MUTATIO, §. 23. Inst. eod.

Variae naturalis accessionis species.

§. 310. Ex his vero sequitur, I. Vernas ex Vernae ancillis nostris natos nostros esse. (§. 66.) §. 1. *Plurimum in hunc*

4. Inst. de iur. pers. L. 7. C. de rei vind.

II. insulam in medio flumine natam communem esse eorum, qui vtrinque prope ripam praedia possideant, pro modo latitudinis cuiusque praedii; alteri ripae propiorem eis, qui ab illa partae ripae possident praedia, accedere. §. 22. Inst. h. t. L. 7. §. 3. L. 29. L. 30. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.

Insula nova.

§. 311. Porro inde inferunt iureconfulti, III. Alluio quidquid per alluionem agro nostro, flumini proximo *) adicitur, nostrum esse, §. 2. Inst. h. t. L. 7. §. 1. ff. h. t. IV. quod vero per vim fluminis adicitur, prioris domini manere; nisi is interea, dum pars adiecta coaluit, & arbores

& vis fluminis.

bores in fundum nostrum radices egerunt, illam praedii sui partem vindicare neglexerit. §. 21. *Inst. h. t. L. 7. §. 2. ff. de acqu. rer. dom.*

*) Id intelligendum de agris *arcifiniis*, qui non aliis inclusi sunt finibus, quam naturalibus, veluti montibus, vel flumine publico, adeoque, Frontino teste, nulla mensura continentur. Ab his differunt *agri limitati*, qui olim ex agro publico ad certam mensuram possidendi dabantur, & *adsignati*, qui per extremitatem mensurae comprehendebantur. His enim posterioribus quod accedebat, publicum erat; illis si quid accresceret, id domino agri cedere dicebatur. L. 16. ff. de *acqu. rer. dom.* L. 1. §. 6. de *flum.* Qui *agri arcifinii & limitati* fuerint, ex Aggenio & Frontino exposuerunt Conzan. *Lib. 3. comm. cap. 5.* Giphan. *ad L. 16. ff. de acqu. rer. dom.* Sed accuratius Io. Frid. Gronovius *not. ad Grot. de I. B. & P. lib. 2. Cap. 3. §. 16.*

Aluei
mutatio
& inun-
datio,

§. 312. Denique inde colligunt iureconsulti, V. *alueum*, quem flumen derelinquat, eorum similiter esse, qui utrimque praedia possident pro modo praediorum. L. 7. §. 5. ff. de *acqu. rer. dom.* VI. *Inundationem* autem speciem fundi non mutare, eumque, aqua recedente, eius manere, cuius & antea fuerit L. 7. §. 6. ff. *eod.* §. 24. *Inst. h. t. L. 1. §. 9. ff. de flum.*

Vfus
doctri-
nae de
acces-
sione
naturali

§. 313. Sed & haec non ubique eodem modo seruantur. Insulae sunt eiusdem, cuius est flumen, adeoque eas sibi princeps vel respublica vindicare solet. (§. 276.) Idem alicubi circa alluionem & alueum derelictum contingit, adeo,

adeo, vt in Germania vasalli a Principibus investiri soleant alveo fluminis derelicto. Immo & agris inundatis passim praescribitur decennio in utilitatem principis. Voet. ad §. 23. Inst.

h. t. — *Quod si duo territoria flumine separantur; circa insulam in flumine nata.* b.)
 §. 314. Haec de accessione naturali: se-
 quitur INDUSTRIALIS, (§. 308.) cuius spe-
 cies sunt ¹ADIVNCTIO, ²SPECIFICATIO, ³COM-
 MIXTIO. Acce-
 fionis
 indus-
 trialis
 variae
 species.

§. 315. Nimirum si res, quae legibus acces-
 soria iudicatur, ad nostram principalem opera
 humana accedit: nos illam adquirimus, & mo-
 dus hiece acquirendi ACCESSIO ARTIFICIALIS
 f. INDUSTRIALIS vocatur. Caue autem existi-
 mes, rem accessoriam semper nobis irrevocabi-
 liter cedere. Aliquando accessio non nisi reuo-
 cabile dominium tribuit. Etenim res accesso-
 ria vel a principali salva substantia separari
 potest, vel minus. Si prius: dominus rei ac-
 cessoriae pristinus agit ad exhibendum, vt res
 separentur. Separatione facta, rem suam vindic-
 icat. L. 6. D. ad exhib. L. 23. §. 4. 5. D. de
 R. V. Si posterius: res accessoria irrevocabi-
 liter nostra fit.

§. 316. Quia tamen iniquum est, alterum
 cum alterius damno fieri locupletio-
 rem, quando domino pristino rei accessoriae datur
 actio aduersus me, cui res illa cessit, ad pre-
 tium consequendum. Si enim mala fide rem
 accessoriam possideo, dominus prior petit pre-
 tium

Regulae
 acces-
 sionis
 indus-
 trialis.

*Accessio
 in genere
 Regula.*

*si datur
 ne Res
 si separari
 possit*

Conti-
 nuatio.

*vel Pretium
 si separari
 non possit.*

tium actione furti & conditione furtiva. §. 26. *I. h. t.* Sin bona fide: ad id, quo locupletior sum, praestandum, actione in factum compellor. *d. L. 23. §. 5. D. de R. V.* Si ergo iustum pretium pro re accessoria solui, nihil; si minus iusto pretio dedi, supplementum pretii; si gravis rem accepi, integram aestimationem domino pristino praestabo.

41
 Adiunctio eius-
 que spe-
 cies.

§. 317. ADIVNCTIO est, quando aliena res materiae nostrae adiungitur, veluti per *inclusio- nem, adferruminationem, intexturam, attexturam, inaedificationem, scripturam, picturam.* Vbi semper accessorium sequitur suum principale. *L. 26. §. 1. ff. de adqu. rer. dom. §. 26. Inst. de rer. div. & accessorium sequitur jus & conditionem principalis.*

Inclu-
 sio, ad-
 ferrumi-
 natio,
 intextu-
 ra, in-
 aedifica-
 tio,
 scriptu-
 ra, pic-
 tura.

§. 318. Ex eo ergo generali principio I. gemma aliena, auro meo *inclusa*, mihi cedit. *L. 19. §. 13. sequ. ff. de aur. arg. leg. II. res, per adferruminationem rei meae adiuncta, tamquam pars integralis, mea fit, L. 27. pr. ff. de A. R. D. III. Purpura, vesti nostrae intexta aut attexta, accessionis vice cedit vestimento. §. 26. Inst. h. t. L. 7. §. 1. ff. ad exhib. IV. Quod solo inaedificatur, solo cedit, siue nos materia nostra in alieno solo, siue aliena materia in nostro solo aedificemus, L. 7. §. 10. Et 12. ff. de adqu. rer. dom. §. 29. Inst. h. t. V. Quod chartae inscriptum, chartae cedit, L. 9. §. 1. ff. eod. §. 33. Inst. h. t. VI. & *pictura**

picatura etiam postremo ex subtiliorum sententia tabulae cedebat, L. 23. §. 3. ff. de rei vind. quamvis id ob artis dignitatem aliter visum sit Caio, L. 9. §. 2. ff. de A. R. D. cuius sententiae suffragatur Iustinianus. §. 34. *Inst. h. t.*

§. 319. Circa inaedificationem quaedam obseruanda sunt singularia. Nimirum illi, cuius quis materiam alter *solo suo* inaedificauit, datur *actio de tigno iuncto* aduersus possessorem aedificii in duplum L. 7. §. 10. D. de A. R. D. Ipsam materiam vindicare nequit, ne vrbs ruinis deformatur L. alleg. Diruto autem aedificio, materiam vel vindicare, vel ad exhibendum agere potest. §. 29. *Inst. h. t.*

§. 320. Contra si quis in *alieno solo* sua materia aedificauit: aedificator, in possessione *bona fide* constitutus, exceptione doli mali repellit dominum soli, pretio nondum soluto petentem aedificium: *malae fidei possessor* dominium materiae amittit. §. 30. *Inst. h. t.* L. 7. §. 12. ff. de *adqu. rer. dom.* Non possidenti nulla prodita est actio. *) L. 33. ff. de *cond. indeb.* L. 14. ff. de *dol. mal.* Et *met. exc.* L. 48. ff. de *rei vind.*

*) Quia tamen equites pro aedificante militat: facile in foris nostris ei dabitur actio in factum. Vid. Huber, *Prael. Inst.* §. 40.

§. 321. SPECIFICATIO (§. 314.) *actum* fig. 2. Specificatio, quo quis ex materia nouum corpus quid, & pro.

quando modus acquirendi sit? *producit, nomine & specie ab ista materia diuersum. Quae modus acquirendi est, si quis nouum corpus suo nomine producit vel ex aliena & propria materia simul, vel ex aliena sola ita, vt ad priorem formam reduci nequeat.*

Continuatio. §. 322. Veteres nimirum Icti, an specificatio sit modus acquirendi, nec ne, disceptabant. Sabiniani, plus materiae tribuentes, nouum corpus domino materiae adiudicabant. Proculiani contra formam praeferebant. Ex horum ergo sententia specificatio semper erat modus acquirendi, ex illorum principiis numquam erat. Iustinianus vero decisione sua ita finiuit litem, vt nouum corpus, quod ex aliena & mea materia conflauit, mihi acquiratur; quod ex aliena sola feci, tunc demum meum fiat, si ad primitiuam materiam reduci non potest. §. 23 I. h. t.

1. §. 319.
Com-
mixtio
& con-
fusio.

§. 323. COMMIXTIONE (§. 314.) aut res aridae duorum vel plurium commiscuntur, §. 28. *Inst. h. t. aut res liquidae.* Prior striete COMMIXTIO; posterior CONFUSIO appellatur. §. 27. *Inst. h. t.* Priore casu singulae res suam substantiam & corpora discreta retinent; posteriore non aequae.

Quid circa vtrumque iustum? §. 324. Quum vero res liquidae non manent in priore substantia; aridae maneant: (§. 323.) consequens est, I. vt vtraeque quidem materiae, siue confusae, siue commixtae communes sint, si voluntate vtriusque facta sit

con-

confusio, vel commixtio. L. 7. §. 8. ff. de adq. rer. dom. sed II. si voluntate vnus facta, res confusae fiant confundentis, modo noua species existat; L. 5. §. 1. ff. de rei vind. ex commixtis vnusquisque suam possit vindicare materiam. §. 28. Inst. h. t. L. 5. pr. ff. de rei vind. *) III. Vt denique res fortuito confusae, itidem sint communes. L. 7. §. 9. ff. de adq. rer. dom. §. 27. Inst. h. t. res fortuito commixtae a suo quaeque domino vindicentur. §. 28. Inst. h. t.

*) Commixtio ergo nunquam est modus adquirendi, confusio aliquando est, aliquando non est; vt praeclare docet Vinnius in commentar. §. 27. Et 28. h. t.

§. 325. Haec de accessione naturali Et industrialibus: reliqua est mixta; (§. 308.) quando & naturae beneficio & industria hominum rei nostrae aliquid accedit; quo PLANTATIO, & SATIO referuntur.

C.)

Acces-
sio mix-
ta.

Plantationem in. R. D.

§. 326. De PLANTATIONE & SATIONE obseruanda axiomata: I. Quidquid solo implantatur, vel inseritur, solo cedit. L. 9. pr. ff. de adq. rer. dom. §. 32 Inst. h. t. II. Arboris dominium iure Romano ex radice aestimatur. §. 31. Inst. h. t.

Axioma de
plantatione &
satione.

§. 327. Ex priore axiomate inferitur, I. frumenta, siue aliena in meo agro, siue mea in alieno agro sata sint, agri domino cedent, deductis impensis. L. 9. pr. ff. de A. R. D. §. 32. Inst. h. t. Ex posteriore, II. ar-

Quid iu-
stum cir-
ca plan-
tationem &

I

berem,

satio-
nem.

borem, in confinio positam, eius esse, cuius in fundum radices egerit, & III. si in vtriusque fundum radices egerit; communem haberi, L. 7. §. *ult.* L. 8. *pr.* §. 1. *ff. cod.* §. 31. *Inst. h. t.* L. 19. *ff. com. div.* Ex utroque: IV. plantam nostram in alieno solo, vel alienam in nostro solo positam, solo cedere, si radices egerit: V. antea vero posse a domino vindicari, d. L. 7. §. *ult. ff. cod. Et. d.* §. 31. *Inst. h. t.*

Vfus
hodie-
nus.

§. 328. Sed quod ad arbores attinet, hodie tam subtiliter plerisque locis non philosophantur, sed earum dominium ex stipite potius & ramis, in fundum nostrum vel alienum propendentibus, quam ex radicibus, iudicant. Ita Saxones, ita Germani, & Belgae plerique. Huber. *praelect.* *Inst. h. t.* §. 41.

C.
Causa
quid &
quotu-
plex?

*f. ordinarii
sunt, quorum
causa res so-
let comparari.
v. g. fumentum,
extraordinarii
sunt his opposi-
ti. —
naturales sunt
qui ex ipso rei
composi-
tione proveniunt.*

Quis
fructus
perci-
piat?

§. 329. Tertius modus acquirendi est FRUC-
TIVVM PERCEPTIO. Nimirum CAUSA in iure
omne id dicitur, quod ad rem aliquam pertinet. & cum illa connexum est; eaque in exter-
nam & internam dividitur. Ad internam spec-
tant iura rei inhaerentia, bonitas, salubritas,
& si quae sunt aliae qualitates; ad externam
fructus & alia accessoria, v. e. instrumenta
praedii. Fructus in ordinarios & extraordina-
rios; naturales & civiles; illique in naturales
fructissime sic dictos & industriales dispefcuntur.
§. 330. Percipit autem fructus I. dominus ex
re propria. (§. 290.) II. Ex re aliena usufructuarius, (§. 396.) conductor, (§. 881.) cre-
ditor

ditor antichreticus, (§. 795.) & ⁴bonae fidei possessor. §. 35. Et 36. I. h. t.

§. 331. ²¹Is enim, qui rem alienam bona fide non interrupta, & iusto titulo possidet, loco domini est, & hinc fructus percipiendo suos facit. L. 48. pr. L. 23. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. §. 35. Inst. h. t. L. 109. ff. de V. S.

Fructuum perceptio a bonae fidei possessore.

§. 332. Quum ergo bona fides & iusta causa efficiant, vt loco domini sit possessor: (§. 328-) sequitur: I. vt fructus percipiendo suos faciat, id est, simul ac a solo, vel arbore, separati sunt. d. L. 48. pr. ff. de acquir. rer. dom. II. Vt & industriales & naturales percipiat, d. L. 48. *) (vti oleum, quod teste Plin. Hist. nat. Lib. 15. cap. 1. sine omni cultura prouenit, & foenum, L. 13. ff. quib. mod. usufr. amitt. Conf. Vinn. ad §. 35. Inst. h. t.) III. Vt malae fidei possessor nihil lucretur, & non modo perceptos, sed & percipiendos fructus restituere teneatur. L. 33. L. 62. §. 1. ff. de rei vind. §. 35. Inst. h. t.

Quos fructus bonae fidei possessor lucretur.

*) Confirmatur hoc luculenter L. 25. §. 1. ff. de usur. Et L. 136. ff. de R. I. Vnde captanda non sunt verba Iustiniani: pro cultura & cura, nec pro synonymis accipienda. Causam iam alii perorasse videntur.

§. 333. Quum tamen b. f. non faciat verum dominum: consequens est, IV. vt hoc superueniente bonae fidei possessor fructus non quidem consumtos restituat, §. 25. Inst. h. t. L.

Quos restituit?

4. §. 2. ff. *finium reg.* sed tamen extantes. L. 22. C. de rei vind.

D.

Traditio
quid?

Huberqueba.

§. 334. Quartus denique acquirendi modus traditio vocatur. Est autem TRADITIO in genere actus, quo possidens in alium possessionem transfert. In sensu iuris est *translatio possessionis vacuae, rei corporalis ex iusta causa actu corporeo facta in accipientem, animo ius in re transferendi* *).

*) Differt igitur *traditio* ab *adprehensione possessionis*. Vbi enim ego rem trado, ibi quidem est semper, qui possessionem adprehendit. Verum potest aliquis adprehendere possessionem, licet nemo tradiderit. (§. 281.)

Axiomata de
traditio.
ne.

§. 335. Ex qua definitione fluunt axiomata. I. Tradi posse res corporales. II. Tradi eas debere ab eo, qui ius in re transferre potest; sique traditio fiat animo dominium transferendi, requiri in tradente facultatem alienandi *). III. Non transferri dominium, nisi traditio fiat animo alienandi. IV. Nec ea adquiri dominium, nisi causa ad transferendum dominium habilis (§. 293.) praecedat. Hub. *prael. ad Inst. h. t.* §. 52. & V. res vacua possessionis civilis sit. L. 13. *Cod. de distract. pign.* L. 12. C. de *probat.* Dissentit Huber *Digress. P. 2. Lib. 2. c. 5.* Sed vide Strauch *dissert. 6. th. 37.* Vinn. ad §. 40. *Inst. h. t.*

*) Alienatio enim translationem domini ICTIS significat. L. 1. *Cod. de fundo dot.*

§. 336.

§. 336. Quum ergo traditio sit rerum corpo- Tradi-
 raliū : (§. 335. I.) sequitur, I. vt rerum in- tio quoa
 corporaliū nulla sit traditio, L. 43. §. 1. ff. modo
 de A. R. D. L. 4. §. 17. ff. de usurp. Et vsuc. *antistatū*
 sed QVASI TRADITIO, cuius loco est ex parte *ita conyuba.*
 concedentis patientia, ex parte accipientis vsus,
 vel exercitium, L. 1. §. vlt. ff. de sero. rust.
 praed. L. vlt. ff. de sero. II. Vt ea fieri possit,
 per quemcumque actum corporeum, quo posses-
 sio rei in alterum transfertur, veluti datione
 rei mobilis e manu in manum, L. 8. ff. de pec-
 cul. exhibitione immobilis praesentis; L. 1. §.
 pen. ff. de adqu. poss. depositione rei in domo
 adquirentis iussu eius facta, L. 18 §. 2. de cod.
 Aliquando adhibetur signum quoddam v. c. tra-
 ditio clauium, instrumentorum, &c. quae tra-
 ditio dicitur SYMBOLICA: d. L. 1. §. pen. ff.
 de adqu. poss. L. 9. §. 6. ff. de A. R. D. §.
 44. Inst. h. t. L. 74. ff. de contr. emt. vel de-
 monstratio e longinquo, L. 18. §. 2. ff. de adq.
 poss. quae traditio dicitur LONGA MANU facta: *non conitum*
 L. 79. ff. de solut. Nonnumquam fingitur rem
 tradi, quam iam accipiens ex alia causa possidet.
 §. 44 Inst. h. t. L. 9. §. 5. L. 21. §. 1. ff. de
 A. R. D. quam vulgo traditionem BREVI MA- *in rem Pungo*
 NV factam adpellant, L. 43. §. 1. ff. de iure dot.

§. 337. Quumque traditio fieri debeat ab eo, Quis
 qui ius in re transferre potest: (§. 335. II.) se- tradere
 quitur, III. vt traditio ab alio facta non transfe- possit?
 rat dominium, nec aliud ius in re, quamuis

malisio *basilorum*
 bonae fidei possessorem facere possit accipiens
 tem. L. 20. *pr. ff. h. t. IV.* Vt nec pupillus
 recte tradat, sine auctoritate tutoris. (§. 209.
 II.) §. 2. *Inst. quib. al. lic. vel non.*

Quando S. 338. Quia etiam in tradente requiruntur
 traditio- animus ius in re transferendi & iusta causa, ex
 ne trans- qua fiat traditio: (§. 335. III. IV.) consequens
 eratur est, V. vt non transferatur ius in re, si eiusmodi
 domini- causa deficit. L. 31. *pr. ff. de adquir. rer.
 um? dom.* Quin in emtione venditione ne sufficit
 quidem causa, nisi vel pretium solutum sit, vel
 venditor fidem de eo habuerit. §. 41. *Inst. h.
 t. L. 19. ff. de contr. emt.* VI. Vt traditio
 fieri possit & in personas incertas, modo inde-
 finite certae sint. Quo pertinet *iactus missi-*
lium *) §. 45. *Inst. h. t. L. 9. §. 7. ff. de A.
 R. D.*

*) Potest tamen commodius etiam ad occupatio-
 nem referri. Qui enim missilia iactat, id fa-
 cit animo ea sibi non amplius habendi, adeo-
 que ea pro derelictis habet. (§. 296.) Res
 pro derelictis habitae sunt nullius, (§. eod.)
 adeoque cedunt occupantibus. (§. 297. I.)
 Missilium ab Imperatoribus sparsorum exem-
 pla sunt apud Suet. *Aug. cap. 98. Calig. cap.
 18. Neron. cap. 11.* a magistratibus d. §. 45.
*Inst. h. t. L. 2. C. de consul. Et non sparg.
 pec. Lib. XII. Nov. 105. cap. 2. §. 1.*

TIT. II

D E

REBUS CORPORALIBVS

ET INCORPORALIBVS.

§. 339.

Supereſt & altera diuiſio rerum in **CORPORALES** & **INCORPORALES**, (§. 279.) quam in hunc titulum reiecit Imperator. Altera rerum diuiſio.

340. **CORPORALES** res iureconſultis ſunt, *que tangi poſſunt*: **INCORPORALES**, *que tangi non poſſunt* *). Quo pertinent I. ea, quae in iure conſiſtunt, vt hereditas, uſufructus, obligationes, *L. 1. §. 1. ff. de rer. diuiſ. §. vn. Inſt. h. t. II. Genera & quantitates. L. 46. D. de condiſt. indeb.* Corporalium & incorporealium deſignatio.

*) Haec quoque Stoica ſunt. Hi enim philoſophi, quum omnes ſenſus ad tactum reducerent, corpus deſcribent, quod tangi poſſit. Sen. *Epist. 106.* ſidem corpora ſola eſſe affirmabant: incorporeales res non eſſe, ſed intelligi. Cic. *Tobic. cap. 8.* Illa res vocabant, has *iura*. Quintil. *Lib. 5. Inſt. orat. cap. 10.* Chriſt. Frid. Georg. Meißner. *progr. de philoſophia ICiorum romanorum Stoica in doctrina de corporibus, eorumque partibus in opuſc. P. 507. 199.*

Earumdem indoles.

§. 341. Quum itaque hae incorporales res tangi nequeant (§. 339.) consequens est, l. vt proprie nec possideantur, nec tradantur, (§. 335.) nec in dominio sint: (§. 287.) sed tamen II. quasi possideantur, quasi tradantur, (§. 251. *) & in bonis esse intelligantur. L. 49. ff. de V. S. L. ult. ff. de usufr. leg.

Res corporales vel mobiles vel immobiles.

§. 342. Res corporales in MOBILES & IMMOBILES diuiduntur. MOBILES sunt, quae vel se ipsae virtute interna mouent, vel saluae de loco in locum mouentur; IMMOBILES, quae citra corruptionem de loco in locum moueri nequeunt, vt res soli, vel quae immobilium partem constituunt, vel perpetui usus causa certo loco sunt destinatae. L. 13. §. fin. L. 14. L. 15. L. 17. pr. ff. de act. emt. L. 242. §. ult. ff. de V. S.

Fa diuisio ad res incorporales non pertinet.

§. 343. Proinde obligationes, iura & actiones rerum mobilium & immobilium vocabulo non continentur. L. 7. §. 4. ff. de pecul. L. 15. §. 2. ff. de re iudic. L. vn. §. 7. C. de rei ex. act. L. 2. C. de quadrienn. praeser.

DE ACTIONIBVS EX DOMINIO ORIVNDIS.

§. 344.

Ex dominio iure ciuili REI VINDICATIO datur domino contra quemcunque possessorem, eumue, qui dolo possidere desit, L. 27. §. 3. D. de rei vind. ad rem cum omni caussa, accessionibus, fructibusque secundum qualitatem possessionis (§. 331.) restituendam.

Rei vindicatio quid?
actio realis competens Dominoru.

§. 345. Quia vero, qui vindicat, & possessionem alterius, & dominium suum probare tenetur, eaque probatio est difficilima: Qu. Publicus Praetor ex dominio ficto, §. 4. I. de act. L. 7. §. 6. de public. in rem act. nouam inuexit in rem actionem, quae PVBLICIANA vocatur, daturque domino ficto s. putatiuo contra eum, qui infirmiore iure possidet, ad dominum putatiuum declarandum & rem cum omni caussa restituendam. Fictum autem s. putatiuum dominium habet ille, qui rem iusto titulo & bona fide adquisiuit, sed dominum antecessoris sui extra dubium collocare nequit. §. 4. I. cit. L. 7. D. cit. infirmiore iure possidet, qui sine iusto titulo aut mala fide possidet. L. fin. D. de public. in rem act.

Actio publiciana quid?
actio civilis praetoria competens Dominoru.

1. Quib.
2. Quotuplex.
3. Axiomata
s. principia
4. Constitutio
5. Species S. P.
a. urbanorum
b. Rusticorum
6. finis.

SERVITVTIBVS PRAEDIO.

BVM.

Vinglhar hntan.

§. 346.

Con-
nexio.

Absoluta prima specie iuris in re, puta do-
minio, sequitur secunda, ius seruitutis,
(§. 286. III.).

I. definitio & divisio

Seruitu-
tis defi-
nitio &
divisio.

§. 347. SERVITVS est ius in re aliena con-
suetudum, quo dominus in re sua aliquid pati,
vel non facere tenetur, in alterius personae rei-
ve utilitatem. L. 15. §. 1. ff. h. t. Ergo hic non
seruit homo, uti supra, (§. 64.) sed res, &
quidem vel praedio vicino, vel personae. Pri-
or seruitus REALIS vel PRAEDIALIS; posterior
PERSONALIS dicitur. L. 1. ff. h. t. L. 32. ff. de
usufr.

Quae-
dam ser-
uitutes
possunt
esse &
reales &
persona-
les quae-
dam tan-

§. 348. Sunt autem aliae seruitutes ita com-
paratae, ut & reales & personales esse possint,
L. 4. D. de serv. praed. rust. L. 14. §. ult. D.
de alim. & cibar. legat. L. 1. D. de serv. praed.
rust. iunct. L. 21. D. de vs. & habitat. aliae vt
non nisi personales esse possint. Posterioris ge-
neris sunt VSVSERVCTVS, VSVS, HABITA-
TIO, OPERAE SERVORVM, d. L. 1. D. h. t.

Prioris

Prioris vero generis sunt reliquae omnes, quae hoc titulo traduntur. tum
perfo-
nales.

349. Seruitus REALIS est, quando praedium seruit praedio. §. 3. Inst. h. t. L. 1. §. 1. ff. comm. praed. Seruitu-
tes praed-
diales.

§. 350. Quum vero praedia vel sint aedificia, vel areae aedificio vacuae: illa, siue ruri, siue in urbe sita, VRBANA; hae itidem sine situs discrimine RVSTICA a iureconsultis vocantur. §. 1. Inst. h. t. L. 1. pr. ff. comm. praed. conf. Io. Christ. Koch. diff. de praedio urbano & rustico. Unde seruitutes a dominante praedio vel urbano vel rusticorum praediorum dicuntur. *)

*) Magna olim inter has seruitutes differentia, quia, quae rusticis praediis herebant, res mancipi; quae urbanis, nec mancipi erant; (§. 279. *) sed abolita hac distinctione, ipsum quoque seruitutum harum discrimen hodie nullum est.

II. Axiomata Grunifitzgen

§. 351. De seruitutibus obseruanda axiomata: Axiomata de seruitutibus.

I. Omnem seruitutem esse in re aliena, (§. 347.) neque rem suam cuiquam seruire. L. 5. pr. ff. usufr. pet. II. Nullam seruitutem in faciendo,

sed vel in patiendo vel in non faciendo consistere. L. 15. §. 1. ff. de serv. III. Omnes seruitutes esse indiuiduas. IV. Seruitutes temporales

iure ciuili non admitti, attamen edicto praetoris sustineri, L. 4. D. de seruit. conf. Donellus in commentar. Lib. II. Cap. 10. L. 2. §. 2. l. 72. ff. de verb. obl. V. Seruitutum realium cau-

res sua nemini seruit. Sensus est: Dominus rei propriae omnes utilitates percipit vi domini non vi seruituti.

sam esse debere perpetuam **); L. 28. ff. de serv. praed. urb. L. 23. §. 1. ff. de serv. rust. praed. L. vn. §. 4. ff. de font. L. 1. §. 5. 8. ff. de aqua quotid. l. 29. ff. de serv. urb. praed. vid. diss. nostram de causa servitutum perpetua.

*) Quae in *pati*endo consistunt, AFFIRMATIVAE; quae in *non faci*endo, NEGATIVAE adpellantur. Illae quasi traduntur; haec nec tradi, nec quasi tradi possunt.

***) Licet vero servitus, cuius causa non erat perpetua, iure civili non valeret; Praetor tamen tuebatur eum, qui tale ius legitimo modo adquisiverat. L. 9. D. de serv. praed. rust.

III. Constitutio.

Quo modo servitutes constituantur? **Consolidationis effectus.** §. 352. Quum ergo servitus sit ius in re, & quidem in re aliena; (§. 351. L.) sequitur, I. ut constituatur quidem pactionibus; §. 4. Inst. h. t. II. ultimis voluntatibus; §. 4. Inst. h. t. L. 16. ff. comm. praed. III. praescriptione decem annorum inter praesentes, viginti inter absentes; L. ult. in fin. C. de praeser. longi temporis;

IV. ipsum tamen ius in re non ex pactione, sed ex quasi traditione *ἀπόδος* nascatur, si servitus sit adfirmativa. (§. 293.) L. ult. ff. de serv. L. 1. in fin. ff. de serv. rust. praed. L. 11. §. 1. ff. de public. in rem act. V. Ut, si praedium serviens a dominantis domino vel dominans a servientis domino acquiritur, servitus extinguitur, L. 1. ff. quemadm. serv. anitt.

Quis tenetur? §. 353. Quumquae vel in *pati*endo vel in *non faci*endo consistat; (§. 351. II.) inferitur, VI. cum per quasi traditionem Servitus affirmat. Serv. na constituitur. ita ut post quasi traditionem prodiu dominantis habeat jus in re. f.

feruentis praedii dominum non teneri ad reficiendum id, quo praedium suum idoneum fit praestandae feruituti. *ad reficiendum?*

L. 15. §. 1. ff. de feruitut. L. 6. §. 2. ff. si feruit. vind. *Servitutum non ea na. turā est, ut aliquid pariat quis, sed ut aliquid patiat.*

Denique quum omnes feruitutes sint An pro parte consti- }
indiuinae: (§. 351. III.) consequens est, vt nec }
per partes constitui, nec adquiri possint: L. 8. }
§. 1. L. 9. L. 11. § 1. L. 17. ff. de feruit. quam- }
uis haec non impediunt, quo minus modus fer- }
uituti adici queat. L. 4. §. 1. ff. eod. *fint?*

*Species
Seruitutum!*

§. 355. SERVITUTES PRAEDIORVM VRBANORVM (§. 350.) variae sunt, veluti oneris ferendi, tigni inmitendi, proiciendi, protegendi, siliicidii vel fluminis recipiendi, vel non recipiendi, altius tollendi, vel non tollendi, luminum, & ne luminibus officiat, prospectus, & ne prospectui officiat. L. 2. L. 3. L. 4. ff. de seru. urb. praed. §. 1. Inst. de seruid. *Seruitutes urbanorum praediorum.*

§. 356. ONERIS FERENDI feruitus in eo consistit, quod columna vicini vel eiusdem paries onus aedium nostrarum sustinere tenetur, §. 1. Inst. h. t. L. 33. ff. de seru. urb. praed. *Oneris ferendis*

§. 357. Quum ergo feruitus in faciendo non consistat, (§. 351. II.) nec feruens ad refectio-
nem ordinarie teneatur: (§. 353. VI.) facile patet, dominantem & hic ordinarie parietem vel columnam vicini, cui aedes suae incumbunt, reficere debere, L. 6. §. 2. ff. si. serv. vind. adeo-
An sit anomala.

axioma 1^m est: Factum negotii est que spectandum. 2^{dm} Contractus inter contrahentes est lex specialissima.

que non esse, cur hic statuamus seruitutem anomalam.

Tigni
immit-
tendi.

Invenio = Loullina Anoff
§. 358. TIGNI IMMITTENDI seruitus est ius, quo vicinus pati cogitur, ut vicini tignum, suo parieti immissum, in eo requiescat. L. 20. ff. de serv. praed. urb. L. 242. §. 1. ff. de V. S.

Proici-
endi &
prote-
gendi.

Judax = Hoff = Sauter = Anoff
§. 359. PROICIENDI seruitus est ius in praedio vicini, ut tignum nostrum super fundum suum procihi patiatur, quantum in multa parte fundi requiescat. L. 142. §. 1. ff. de V. S.

Huber = Hoff = Sauter = Anoff

PROTEGENDI seruitus ius, protectum super alienum solum habendi. L. 2. ff. de serv. praed. urb. qui habet dominium fundi etiam in columbo aereo fundo in umbrae in celum in praedium uoque habere videtur.

Stillicidi-
um vel
fluminis
recipi-
endi,
vel non
recipi-
endi.

§. 360. STILLICIDIUM vel FLVMINIS RECIPIENDI seruitus est ius, quo vicinum praedium tenetur recipere stillicidium vel flumen nostrum in telum vel aream suam. L. 2. ff. eod. NON RECIPIENDI ius, quo vicinus stillicidium vel flumen ex aedibus suis in aream vel telum vicini avertere prohibetur, quum id per statutum liceat. In rem exponunt Vinn. ad §. 1. Inst. h. t. Huber. Praed. ad Inst. h. t. §. 9. Quamvis & ita definiri possit, quod sit ius, quo quis stillicidium vel flumen suum in suam aream recipere non potest, sed in nostram avertere, & aquam pluviam nostris usibus relinquere tenetur. (Pand. P. II. §. 145.) Differunt vero FLVMEN & STILLICIDIUM, quod per illud aqua pluvia in canales collecta continuo ruit;

Vinn. = Hoff = Sauter = Anoff

per

per hoc stillatim ex tecto cadit. Varro de *lingua Lat. Lib. 4. cap. 5.*

§. 361. Servitus **ALTIVS NON TOLLENDI** Altius est ius, quo vicinus in commodum vicinarum aedium suas altius tollere prohibetur, L. 2. ff. de serv. praed. urb. §. 1. Inst. h. t. Servitus **ALTIVS TOLLENDI** est ius, quo quis pati cogitur, ut vicinus aedes suas altius tollat, quam per statutum licet §. 2. Inst. de act. Unde ponendum, extare statutum, quo vicinus, inconsulto vicino, ultra modum lege definitum aedificare nequeat. L. 12. §. 1. C. de aedific. priv. *)

*) Conf. omnino Io. Henr. Christ. de Selchow *diff. de servitute altius tollendi romana*, eiusque ad Germaniam habitu, in *Elect. iur. germ. n. 1.*

§. 362. Servitus **LVMINVM CAUSA** constituta est ius vicinum cogendi, ne fenestras nostras obscuret. L. 4. L. 15. L. 17. L. 23. de S. P. V. Quomodo autem **SERVITVS LVMINVM & Ne LUMINIBUS OFFICIATUR** fuerint distinctae, haud facile dictu est. Alii enim hanc de fenestris in pariete proprio, illam de iis, quae in alieno aut communi pariete aperiuntur, explicant; alii denique has servitutes gradu differre autumant. conf. Vinn. ad §. 1. Inst. h. t. *et alii in illo fenestras faciendas in hanc servitute consistere putant.*

§. 363. Luminum causa constituta servitus ab ea, quae **OB PROSPECTVM** datur, differt; prospectus.

Nov. 1788
 cum lumen tantum sit ex loco superiore, prospectus etiam ex locis inferioribus esse possit. L. 3. L. 12. L. 15. *Et seq. de S. P. V.* An vero & quomodo SERVITVS PROSPECTVS ac NE PROSPECTVI OFFICIATUR distinctae sint, dubium est. Vulgo illas gradu diuerfas esse statuunt. vid. *Vinn. l. c. Nov. 1788.*

Nov. 1788
 §. 364. RUSTICORUM PRAEDIORVM seruitutes denuo sunt variae, ut iter, actus, via, aquaeductus & similes. SERVITVS VIAE est ius vtendi spatio in alieno, octo pedes latum in porrectum, sedecim in aufractum, & in illo vehundi; agendi pecora ac eundi. L. 1. *De S. P. R.* SERVITVS ACTVS vero ius est. vtendi spatio angustiori, plerumque quatuor pedes lato, ad agenda pecora & vehicula *). ITINERIS denique SERVITVS in iure eundi ac ambulandi consistit. L. 1. *cit. pr. Inst. h. t.*

Nov. 1788
 *) Vehicula scilicet minora, quae in spatio illo angustiore agi possunt. Sic explicanda videtur L. 1. *alleg.* circa quam multum sudant interpretes. conf. Aug. Frid. Schott. *obs. de vero actus & viae discrimine in opusc. p. 231. sqq.*

Quid
 circa eas
 iustum?
 §. 365. Cum vero maius complecti soleat minus, facile intelligitur, cur I. qui actum habet, & iter habeat *), curque II. via actum & iter complecti videatur. L. 1. *pr. ff. de serv. rust. praed.*

*) In pactionibus tamen utramque servitutum distincte exprimi consueuisse, patet ex more, apud Gruter *Inscr. p. 201. 3.*

Abus non latet in aqua hauri
 §. 366. Seruitus AQVAEDVCTVS est *has* Aquae-
 aquam ducendi per fundum alienum. Quum-
 que eodem modo constitui possit ius aquam
 hauriendi ex fonte alieno, L. vnic. §. 4. ff. de
 fonte pecus ad alterius riuum aquandi caussa
 adducendi, idue pascendi in alterius pascuis, ia-
 pides, arenas, cretam, pedamenta, ex alieno
 fundo fumendi: facile patet, esse etiam seruitu-
 tes AQVAEHAUSTVS, PECORIS AD AQVAM
 ADPULSUS, *Mal' l'auca ha* JUS PASCENDI, *Mal' l'auca ha* CALCIS CO-
 QUENDAE, ARENAE FODIENDAE, CRETAE
 EXIMENDAE, & similes.

§. 367. Quin & multae aliae seruitutes rusti-
 corum praediorum, pro diuersa rei rusticae
 indole, & fingi & constitui possunt, quarum
 non meminit ius Romanum.

An om-
 nium
 memi-
 nerit ius
 Roma-
 num.

V. Finis

§. 368. Quia eodem fere modo, quo res con-
 stituitur, eodem solui & finiiri solet: L. 35. ff. *Quo-*
 de R. I. finitur seruitus I. CONSOLIDATIONE; *modo*
 (S. 352. V.) L. 1. ff. *quemadm. ser. amitt.* seruitu-
 L. 8. §. 1. ff. h. t. II. REMISSIONE; *quemadm. ser. amitt.* tes fini-
 §. 1. ff. de ser. quia uti pactionibus constitui-
 tur, (S. 352. I.) ita iisdem soluitur. Quin suf-
 ficit remissio tacita, quando quid fieri conce-
 ditur, quod vsum seruitutis impedit. L. 8. pr.
 ff. quemadm. ser. amitt. III. NON VTENDO
 per decem annos inter praesentes, vel viginti
 inter absentes. *) L. 18. §. 1. ff. quemadm.
 ser. amitt. Eiusdem enim temporis praescrip-
 tione constituitur (S. 352. III.) IV. INTERITV

PRAEDII ALTERVTRIVS, L. 14. ff. eod. sine quo quippe ius praedii non intelligitur; (379.) quamvis restituto praedio & seruitus realis reuiviscat, L. 20. §. 2. ff. de serv. praed. urb.

- *) In seruitutibus praediorum rusticorum iure antiquo solus non vsus ius domini praedii dominantis extinguit. In urbanorum praediorum seruitutibus ille non vsus non sufficit, nisi seruitutis praedii dominus simul vsuceperit libertatem. L. 6. 7. ff. de serv. praed. urb. id est, factum seruituti constitutae contrarium continuo exercerit, veluti foramina, quibus immissa fuerant tigna, obturando, obturataque per legitimum tempus habendo, d. L. 6. Rationem iam reddidit Huber. Praelect. ff. Lib. 8. tit. 6. §. 6. Iure vero Iustiano nulla seruitus, siue sit urbana siue rustica, siue realis siue personalis, solo non vsu perire, sed ubique vsucapio libertatis necessaria videtur. L. 16. C. de vsufr. L. 13. C. de seruit. Et aqua Otto diss. de vsucap. seruitut. C. 1. §. 17. Frid. Es. de Pufendorf. T. 3. Obs. 188.

TIT. IV.

DE

VSVFRVCTV

§. 369.

Hactenus de seruitutibus, quae & rei & personae dari possunt. Nunc de illis agendum, quae non nisi personae constituuntur. Earum prima est VSVFRVCTVS. (S. 348.)

Con-
nexio.

§. 370.

§. 370. VTIIVR generatim re, qui utilitates Quid uti
 inde percipit, salua eiusdem substantia; ABVTI-frui,
 TVR, qui substantiam corrumpit, consumit. abuti?
 Vfus vero aut *plenus* est, qui & VSVFRVCT-
 TVS dicitur; aut *minus plenus*, qui VSVS sim-
 pliciter vocari solet. Plene nimirum *utitur*,
 qui omnes rei utilitates, non modo ad necessi-
 tatem, verum etiam ad voluptatem pertinentes
 capit; *minus plene*, qui illis utilitatibus conten-
 tus est, quibus ad necessitatem indiget. Seneca
de vit. beat. cap. 10. Noodt *de usufr. lib. 1.*
cap. 1.

I. Definitio

§. 371. VSVFRVCTVS autem, de quo hoc
 titulo agimus, est *seruitus personalis, quae con-*
fructus
sistit in iure, rebus alienis corporalibus utendi,
defini-
fruendi, salua earum substantia. L. 1, 2. D.
de usufr. Pr. Inst. h. t. Est *seruitus persona-*
lis, quia personae conceditur, & cum persona
 x *expirat.* Deinde est *ius in rebus alienis;* (Systemat
 351. I.) neque enim hic intelligitur ius, pro-
 priis rebus utendi fruendi, quod vocant *usu-*
fructum causalem s. coniunctum. L. 21. §. 3.
 ff. de except. rei iudic. porro in rebus corpo-
ralibus est. In rebus incorporalibus locum
 non habebat. L. 1. & 2. cit. pr. Inst. h. t.
 Denique salua rerum substantia utendum fruend-
 um est, quia alioquin non esset usufructus,
 sed abusus. (§. 370.) Caeterum is, cui ius vsv-
 fructus competit, VSVFRVCTVARIUS; ille,
 in cuius re alius vsumfructum habet, PROPRIE-
 TARIUS

Analisis
Definitio
formalis
 x *axioma est. Usufructuario de iure usus*
fructus expirat. Ratio est, quia usus fructus
est seruitus personalis, seu usus personae in-
caratae; ergo personae defunctae expirat.

TARIVS s. PROPRIETATIS DOMINVS vocatur.

Quo modo quis utatur fruatur.

§. 372. Ex ipsa ergo vocabuli notione (§. 370.) consequitur, I. vt usufructuarius omnes fructus, ciuiles & naturales, siue ad necessitatem, siue ad voluptatem pertinentes, percipiat; L. 7. pr. L. 9. pr. §. 7. L. 10. L. 2. §. 1. L. 29. L. 59. §. 1. ff. h. t. attamen II. non nisi ordinarios. (§. 329.) Vnde nec thesaurum capit, L. 7. §. 12. ff. solut. matrim. nec partum ancillae: *) L. 68. pr. ff. de usufr. L. 28. §. 1. ff. de usur. III. Vt rem fructuariam possit locare, immo & fructus, non autem ipsum ius suum vel vsumfructum ita vendere extraneo, vt cedet, & ius in re transferat. Eatenus enim nihil agitur, sed vsumfructus apud usufructuarium remanet. (§. 3. Inst. de usufr. Non obstat L. 66. ff. de iur. dot. L. 12. §. 2. ff. de usufr. §. 1. Inst. de usu. & habit. *Thesaurus non pertinet inter fructus. & vide §. 306. II.*)

*) Quærent Icti, quæ huius legislationis ratio sit? Alii illam cum Imperatore in §. 37. L. de rer. div. in eo quærent, quod absonum videatur, hominem in fructu esse, cuius causa natura omnes fructus comparauerit. Alii ex L. 27. pr. D. de hered. petit. adducunt ancillas non haberi, vt pariant, sed vt seruiant. Alii denique cum Corn. van Bynkershoek Lib. 5. Observ. Cap. 7. ad alia confugiunt. *... ratis est, quia fructus profunt in summi destitui, quod non procedit de partu ancilla.*

An usufructua ua rerum substantia: (§. 371.) sequitur. IV. ut

vt usufructuarius rem ne in formam quidem meliorem transmutare possit. L. 13. §. pen. L. re liberae
 44. ff. h. t. V. Ut, eandem reficere teneatur. dispositio
 L. 7. §. 2. 3. L. 64. ff. eod. VI. Ut tamquam
 bonus paterfamilias uti frui, §. 38. Inst. de rer.
 diuis. VII. eoque nomine & de restitutione futu-
 ra cautionem praestare debeat. L. 1. ff. usufr.
 fr. quemadms. caueat. L. ult. §. 4. C. de bon.
 quae lib. *).

*) Hanc cautionem testamento remitti posse
 negat L. 7. C. ut in possess. legat. VT. 34.

§. 374. Ex eodem axioma te fluit, VIII. Quasi
 usufructum consistere non posse in rebus, quae usus-
 u fructus.
 fructu consumuntur aut minuuntur, quia non ab-
 vtendum, sed vtendum fruendam est. (§. 371.)
 Ait senatusconsulto sub TIBERIO, vt videtur,
 cautum, vt & pecuniae; aliarumque quantita-
 tum *) non quidem verus sed QVASI VSVS-
 FRVCTVS esset, dum caueret quasi usufructua-
 rius, finito quasi usufructu rem eiusdem generis,
 quantitatis & qualitatis restitutum iri. §. 2. Inst.
 de usufr. L. 7. L. 8. ff. de usufr. eorum rer.
 quae usu cons. Galuan. de Usufr. cap. 3. Ger-
 Noodt. de usufr. Lib. 1. cap. 20.

*) An & vestium? Harum verus usufructus esse
 dicitur, L. 15. §. 4. ff. h. t. & quasi usufructus
 §. 2. Inst. h. t. Varias conciliationes recen-
 set Aug. Frid. Schott de usufructu vestimen-
 torum; in opusc. pag. 164. 199.

Onera
quae su-
bit usu-
fructua-
rius.

§. 375. Quia denique utitur fruitur rebus alie-
nis: (§. 371.) consequens est, IX. ut eundem
& incommoda sequantur, qui percipit commoda,
adeoque usufructuarius onera & tributa, quae
rei imponuntur, sustineat. L. 7. §. 2. ff. de
usufr. l. 10. de Reg. Jur.

III. Constitutio

Usu-
fructus
quomo-
do con-
stituatur

§. 376. Constituatur autem usufructus, vel
I. LEGE, veluti patri in peculio aduentitio fi-
lii familias; imo & liberorum emancipatorum;
(§. 161.) L. 6. C. de bon. quae lib. coniugi
ad secundas nuptias transeunti in bonis ex liber-
ralitate coniugis defuncti acceptis. L. 3. L. 5.
Authent. sequ. C. de sec. nupt. Vel II. a IV.
DICE in iudiciis diuisoriis, quod tamen rarius
fieri oportet. L. 6. §. 1. ff. h. t. L. 6. §. 10. ff.
comm. div. L. 16. §. 1. ff. fam. excisc. III.
Vel a DOMINO siue per ultimam voluntatem,
siue per pactiones accedente quasi traditione. L.
11. ff. de serv. praed. rust. Vel IV. PRAE-
SCRIPTIONE L. ult. in fin. C. de long. temp.
praeser.

III. Finis

§. 377. Quum autem in usufructu praedium
seruiat personae: (§. 369.) sequitur, I. ut illud
ius extinguatur morte usufructuarii naturali, §.
3. *Inst. h. t.* vel, si ciuitati datum, elapsis C.
annis. L. 56. ff. h. t. II. Ut, quia capitis de-
minutio; maxima & media morti comparatur;
(§. 188.) eadem & usufructus perimatur §. 3.
*Inst. de usufr. L. 16. pr. §. 1. sequ. C. de
usufr.*

§. 378. Et quia est ius in re aliena: (§. 371.) Idem sequitur, III. vt & consolidatione desinat vsu-
fructus, quia re propria nemo vti frui potest; & inte-
(§. 352. V.) nec non IV. totius rei interitu, ritu, &
adeo, vt ne in area quidem duret; L. 36. *pr.* non vsu.
ff. §. 3. *Inst. h. t.* L. 30. L. 31. ff. *quib. mod.*
vsufr. amitt. immo & V. non vsu decem an-
norum inter praesentes, viginti inter absentes.
(§. 368. III.) L. *pen.* §. 1. *C. de vsufr.* L. 13.
C. de seruit.

§. 379. Denique quia vsufructus saepe pac- Denique
tionibus constituitur; (§. 376. III.) consequens soluto
est, vt VI. & soluto iure constituentis, (§. iure
289. *) L. 16. L. 19. ff. *quib. mod. vsufructus* consti-
amitt. & VII. lapsu temporis, conuentione de. Et lapsu
finiti, expiret. L. 5. *C. de vsufr.* L. 15 ff. tempo-
quib. mod. vsufr. amitt. X. ^{1^o axione. Amo} ris.
^{plus iuris in alienum, transire potest, quam ipse habet.}
^{2^o que ad tempus placuit, tempore lapsa obli-}
~~gatione, non potest transire in alium, nisi per actum ipsius, qui obligatus est.~~
~~gatione, non potest transire in alium, nisi per actum ipsius, qui obligatus est.~~

TIT. V.

Solemnis Inbannus inus Mosimuz.
VSV ET HABITATIONE.

§. 380.

Hactenus de *vsufructu*: sequitur *VSVS*. Con-
tamquam altera seruitutum personalium nexio.
species. (§. 348.)

K 4

§. 381.

Vfus de-
finitio.

§. 381. Quemadmodum fructus latius patet, quam vfus; adeoque vfufructuarius non folum pro modo neceffitatis, fed & omnes rei proventus, ad voluptatem etiam pertinentes, capit: (§. 370.) ita facile patet, VSVM esse ius, alienis rebus tantum ad neceffitatem vtendi, falua earum fubftantia, §. 1. *Inf. h. t.*

Axiomata de
vfu.

§. 382. Inde ergo fluit, I. Minus eſſe in vfu, quam in vfufructu; §. 1. *Inf. h. t.* II. Vfum fola neceſſitate quotidiana definiri L. 2. *princ. ff. h. t.*

Quo-
modo
vtend-
um.

§. 383. Ex quibus axiomatibus fequitur, I. vt, qui *fundi* vfum habet, is pro modo conditionis oleribus, pomis, floribus, foeno, ftramentis, lignis vti, non vero reliquos fructus capere poſſit. §. 1. *Inf. h. t.* L. 10. §. 4. L. 11. *fequ. ff. h. t.* II. Vt vfuarius ius ſuum aliis locare, aut gratis concedere nequeat. §. 1. *Inf. h. t.* L. 12. §. 9. L. *pen. pr. D. h. t.* III. Vt *aedium* vfuarius, iſtas quidem pro neceſſitate inhabitare, fed non aliis locare, & vix hoſpitem recipere poſſit. §. 2. *Inf. L. 2.* §. 1. L. 3. *fequ. ff. h. t.* IV. Vt *pecorum* vfuarius de lacte, & ſtercore, modicum, quo opus eſt, capiat, non autem lanam nec foetum. §. 37. *Inf. de rer. diuiſ. L. 12.* §. 2. 3. *ff. §. 4. Inf. h. t.*

Habitatio-
nis
defini-
tio.

§. 384. Tertia ſeruitutum perſonalium ſpecies, puta HABITATIO, (§. 348.) eſt ius alienas aedes inhabitandi, falua earum ſubſtantia.
IN.

INHABITARE autem est, iis aedium partibus
v^{ti} frui, quae habitatione sunt destinatae.

§. 385. Proinde I, qui ius habitandi habet, Quale sit ius habitandi?
non, vti vsuarius, aedibus pro necessitatis modo
vtitur, sed omnem fructum percipit, L. 13. C. de usufr. II. Aedes potest alteri locare, puta
ad inhabitandum. §. 5. Inst. h. t. L. 13. C. de usufr. Attamen III. non omnibus aedium par-
tibus vtitur, quod licet vsuario, sed illis tan-
tum, quae habitationi destinatae sunt. L. 13. cit⁹

§. 386. Quarta species sunt OPERAE SER-
VORVM (§. 338.) quae sunt ius, omnem vti-
ritatem ex operis servi alieni percipiendi. L. operae.

4. ff. de op. serv. *Haec servitus nec morte, nec capitis demotione ejus, cui debetur, finitur. l. 2. de op. sero.*

§. 387. Sed has quidem subtilitates hodie Vfus
fere ignoramus, nec facile contingit, vt testa-
tor vsumfructum & vsum distinguat. Si autem
fieret: procul dubio sequenda essent iuris Ro-
mani principia.

DE ACTIONIBVS OCCASIONE
SERVITVTVM COMPETENTIBVS.


§. 388.

Occasione servitutum aliorumque iurium Actio
nascuntur duae actiones civiles CON-
fessoria & NEGATORIA. CONFESSORIA
& quidem DIRECTA datur illi, qui sibi aut rei
suis iudicii confisus. *Hic directi est, suae
ut iuda declarat, lactari servitutem competere,
et nec injungat Cautionem de non amplius turbando
prostrare.*

l. 3. §. 9. Cod. de Servit.
 suae seruitutem asserit, contra negantem vel turbantem, ad seruitutem declarandam, & cautionem de non amplius turbando praestandam §. 2. I. de act. L. 4. §. 2. L. 6. §. 6. D. si serv. vind. NEGATORIA DIRECTA competit ei, qui praedium suum liberum esse ait, contra illum, qui sibi aut rei suae asserit seruitutem, ad declarandam praedii libertatem, & cautionem de non turbando praestandam. §. 2. I. Neg. L. 4. alleg. L. 7. L. 12. si serv. vind.

Actio §. 389. VTILIS CONFESSORIA datur illi, qui sibi aut rei suae aliud quoddam ius singulare asserit, adversus turbantem vel negantem; ut ius hoc singulare declaretur, & de non amplius turbando caueatur. NEGATORIAM autem VTILEM instituit, qui in libertate naturali, aut iure communi aut aequali nititur, contra eum, qui sibi ius aliquod singulare asserit, ad hoc ius negandum.

*ius est; ut iudex in sua sententia ne
 loget reo prolatum jus singulare con-
 spectum.*



TIT. VI.

DE

Non jure sumus.

VSVCAPIONIBVS ET LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIONIBVS.

§. 390.

Actum supra de modis acquirendi IVRIS GENTIVM; (§. 294. seq.) iam Imperator de CIVILIBVS dicere instituit, qui vel VNIVERSALES sunt, *quibus uniuersum ius alterius in nos transferitur*, vel SINGVLARES, *quibus ius in re singulare adquirimus.* §. ult. *Inst. per quas pers. cuique adquir.*

Con-
nexio.
Modi
adqui-
rendi ci-
uiles vel
vniuer-
siles vel
singula-
res.

§. 391. VNIVERSALES memorantur sex *); Vniuersales adquirendi modi.
I. HEREDITATIS ADQVISITIO, II. BONORVM POSSESSIO, III. ADQVISITIO PER ADROGATIONEM, IV. ADDICTIO BONORVM LIBERTATVM SERVANDARVM CAUSA, V. ADQVISITIO PER SECTIONEM BONORVM & VI. EX SC. CLAVDIANO. De prima a tit. 10. huius libri vsque ad tit. 19. nec non initio libri 3. de secunda eiusdem libri tertii tit. 10. de tertia tit. 11. de quarta tit. 12. de quinta & sexta tit. 13. agetur.

*) Fuerunt tamen plures, veluti VII. *successio fisci in bona damnatorum, & bona vacantia,*
L.

L. 1. ff. de iure fisci. VIII. ingressus in monasterium. Nov. 5. cap. 4. IX. Vxoris conventio in manum. Cic. Topic. cap. 4.

Singulares.

§. 392. Singulares quatuor habentur, I. VSVCAPIO, de qua *hac titulo*. II. DONATIO, de qua *titulo 7. III. LEGATVM*, de quo *tit. 20.* & IV. FIDEICOMMISSVM SINGVLARE, de quo *tit. 24.*

Quid est praescriptio?

§. 393. PRAESCRIPTIO in genere est *adeptio commodi ex amisso ab altero iure per non usum intra tempus lege definitum **). Conficit autem hoc commodum vel in eo solo, quod actio alterius contra me, extinguitur, vel in eo, quod ius aliquod speciale adquiram. Si prius, habes praescriptionem EXSTINCTIVAM, de qua *Libr. IV. Tit. 12.* si posterius ADQVISITIVAM, quae huius loci est (**).

*) Fundamentum & ratio praescriptionis est partim, quod negligentia domini merito puniatur partim, quod reipublicae interfit, ne lites sint aeternae, neque dominia rerum semper incerta maneant.

**) VSVCAPIO olim erat adiectio, (vel uti apud Vlp. *Fragm. tit. 19. §. 8. & l. id. Orig. V. 25.* est adeptio) dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti. L. 3. ff. h. t. PRAESCRIPTIO contra longi temporis, illi adfinis, erat exceptio, qua is, qui longo tempore rem possederat, sese adversus dominum tuebatur. Ergo ab usufruptione olim differebat praescriptio. Haec enim non dominium Quiritarium & civile adiciebat, sed exceptionem & dominium boni.

bonitarium tribuebat; & proinde etiam in rebus incorporalibus & praediis provincialibus inducta videtur vsucapionis supplendae causa §. 2. *Inst. h. t.* Illa requirebat in mobilibus annum, in immobilibus biennium; haec X. annos inter praesentes XX. inter absentes. Sed *Iustinianus* sublato illo discrimine, vsucapionem & praescriptionem longi temporis veluti in vnum conflavit. *L. vn. C. de vsucap. transform.* simulque praescriptionem longissimi temporis, quibusdam casibus retinuit.

§. 394. Omnis praescriptio adquisitiua requirit I. rem praescriptioni obnoxiam; II. bonam fidem; III. continuam possessionem; IV. lapsum temporis lege definiti.

Res habitus, titulus, fides, possessio, tempus.

§. 395. Ex primo axioma te fluit, praescribi non posse 1) res exemptas hominum commercio; *L. 9. D. h. t.* 2) res pupillorum; *X. 12.* 3) res merae facultatis, *vid. L. 24. D. h. t.* 3) *Res merae facultatis, vid. lac. Raviu principia de praescript. §. 13. pag. 16.*

Requisita omnis praescriptionis adquisitiuae.

I. Rei qualitas. *actus mere facultatis sunt, qui libero civium arbitrio ita sunt relicti, ut quocumque voluerit*

§. 396. Porro II. praescriptio procedere non potest, sine BONA FIDE. (§. 282.) Et iure quidem nostro sufficit, bonam fidem ab initio adesse *); nam mala fides superueniens possessori fraudi non est. *L. 48. §. 1. ff. de A. R. D. L. vn. C. de vsucap. transf.* Sed iure canonico bona fides continua exigitur, *cap. fin. X. ad praescript.* Quo iure plerisque locis vtuntur.

II. Bona fides.

*) Aliud in perceptione fructuum, in qua non sufficit bona fides, nisi nunquam interrupta. (§. 331. *L. 23. §. 1. ff. de adquir. rer. dom.*)

III. Con-
tinua
possef-
sio.

(Possessionis accipio)

Unvollständigkeit

§. 397. Deinde III. requiritur. *continua pos-
sessio*, & quidem non naturalis tantum, sed ci-
uilibis, id est, cum animo dominii, vel sibi ha-
bendi coniuncta. (§. 282.) *L. 25. ff. de usu-
capiō. Succesor* continuat possessionem auc-
toris sui, & in *uniuersali* quidem (§. 391.)
nihil interest, siue ipse in bona, siue in *mala fide*
fit, dum defunctus eam bona fide inceperit;
(§. 396.) §. 7. *Inst. h. t. singularis* autem si &
ipse & auctor *) in bona fide fuerit. *L. 13. §.
ult. ff. de adqu. poss.*

*) Si in bona fide sit succesor *singularis*, ei
fraudi non est mala auctoris fides, dum ipse
a sua persona praescriptionem inchoet. *L. 5.
ff. de divers. & temp. praescr. L. 1. C. de
praescr. long. temp.* At *uniuersali* mala fi-
des defuncti semper nocet adeo, vt ne a sua
quidem persona inchoare possit praescrip-
tionem. *L. 11. C. de adquir. possess.* Heres
enim succedit in omnia iura defuncti, (§.
482.) adeoque etiam in eiusdem vitia. *L. 11.
ff. de div. & temp. praescr.*

§. 398. Ex quo sequitur, vt si vel naturali-
ter, vel ciuilibiter interrumpatur *vsucapio*, (quod
VSVRPATIONEM vocant iura: *L. 2. ff. h. t.*)
solus lapsus temporis non proffit. *L. 2. C. de
long. temp. praescr.* Fit autem *naturalis vsu-
capatio*, si quis e possessione deiicitur, *L. 5. ff.
h. t. L. 15. ff. de adquir. vel amitt. poss. civilis*
per actum iudicalem, & quidem iure antiquo
per *litis contestationem*, *L. 10. C. de praescript.
long. temp.* iure nouo vero per citationem,
imo

Einmalig
in dem Jahre

imo aliquando per solam oblationem libelli. *)
L. pen. Et ult. C. de ann. except.

*) Quod si tamen secuta sit sententia absoluta, possessio etiam lite pendente continuatur, & ad vsucapionem adimplendam prodest. *L. 2. ff. pro dom. L. 1. l. 9. C. de praescrip. long. temp.* Singulare etiam privilegium est fisci & rerum dominicarum, quod qui a fisco emat, statim securus fiat: fiscus autem post quadriennium conueniri nequeat. *L. 2. Et L. ult. C. de quadr. praescript. S. ult. Inst. h. t.*

§. 399. Denique IV. accedat necesse est tempus lege definitum. Quod cum varium sit: praescriptio vel longi temporis est, vel longissimi. LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIO s. VSVCAPIO est, quae lapsu triennii, decennii aut vicennii perficitur; LONGISSIMI TEMPORIS, quae 30. 40. aut 100. annorum decursu adimpletur.

§. 400. Longi temporis praescriptio s. vsu- Requisi-
 capio requirit praeterea 1) iustum titulum, 2) ta vsuca-
habilitatem rei. Quae requisita si adsint, res pionis.
mobilis triennio, immobilis decennio inter praesentes, vicennio inter absentes acquiritur. *L. 1. C. de vsuc. transf. pr. I. h. t.*

§. 401. Diximus (§. praeced.) ad praescrip- Iustus ti-
 tionem longi temporis opus esse iusto titulo. tulus.
 Est autem iustus titulus hoc loco talis, qui, cum traditione coniunctus, ius in re statim ac sine mora tribuisset, si tradens ius tradendi habuisset. §. 5. I. per quas person. cuique acquiritur.

ritur. L. 24. C. de rei vind. Non ergo sufficit I. opinio erronea iustae causae; L. 27. D. b. 7. §. 6. I. h. t. nisi error sit iustus; L. 11. L. 14. D. pro emtor. nec II. contractus simulatus & fictus; L. 1. C. plus valere, quod agitur. III. Nec nec titulus reuocabilis, velut mortis causa donatio. L. 13. pr. D. de mort. caus. don. Iusto titulo deficiente, res longo tempore praescribi nequit, sed longissimo, XXX. annorum, opus est.

Habilitas rei ad praescriptionem longi temporis. §. 402. Porro dictum est §. 400. ad longi temporis praescriptionem requiri habilitatem rei. Sunt enim res, quae quidem praescriptioni in genere obnoxiae sunt, longo tamen tempore praescribi non possunt. Hae ergo longissimo tempore XXX. XL. aut C. annis praescribi debent. *non sufficit de causa per longissimum.*

Praescriptio 30. annorum. §. 403. TRIGINTA ANNIS I. praescribuntur res vitiosae, bona fide possessae; L. 8. §. 1. C. epd. II. res minorum; L. 3. C. quib. long. temp. praescri. non obst. III. res aduentitiae filiorum familias; Nov. 22. cap. 24. IV. res a malae fidei possessore alienatae, modo ipse possessor in bona fide sit, & verus dominus, rem ad se pertinere, ac alienationem factam esse ignoret. Nov. 119. cap. 7. V. res lege aut testamento alienari prohibitae, L. 2. C. de usucap. pro emtor.; *res metu extortitae praescribuntur longo tempore. l. 3. C. de his quibus iudic. non obstat.*

Praescriptio 40. annorum. §. 404. QUADRAGINTA ANNIS praescribuntur I. res fiscales, L. 4. C. de praescri. 30. vel 40. ann. & patrimoniales principis; L. fin. C.

*auth. mala
sidi Cod.
de pres. long.
temp.*

C. de fund. patr. II. res ecclesiarum immobili-
 les; L. 24. *C. de SS. Eccl. Nov. III. cap. 1.*
Nov. 131. cap. 6. & ex interpretatione docto-
 rum III. res immobiles ciuitatum, quippe quas
 iurè ecclesiarum frui aiunt *). *auth. g.
act. G. de
li. Eccl.*

*) Saltim ita praxis seruat. Si enim ipsas leges
 respicimus, ciuitates nostrae quodam praescrip-
 tionem nullo priuilegio gaudet. Aug. Frid.
 Schott. *diss. historia iuris ciuilib de praescrip-
 tione aduersus ciuitates*; & Casp. Gabr.
 Groening *diss. flores sparsi ad praescript.
 contra ciuitates.*

§. 405. CENTVM ANNIS praescribuntur res Prae-
 ecclesiae Romanae, quae sola hoc C. annorum scriptio
 ipatio vel priuilegio gaudet. *Auth. Quas actio.* 100. an-
*nes C. de SS. eccl. *)* norum.

*) Vi L. 23. *C. de SS. eccl. & Nov. 9.* om-
 nes ecclesiae occidentis hoc priuilegio in-
 structe sunt. Sed ius canonicum C. 13. & 14.
 X. de praeser. & praxis ad ecclesiam roma-
 nam illud restringunt. conf. *dissertationes §.*
anteced. laudatas.

§. 406. Ad fine praescriptioni, non autem Prae-
 proprie praescriptio est PRAESCRIPTIO IM- scriptio
MEMORIALIS. L. 2. §. 1. 7. L. 23. §. 2. ff. imme-
 de aqua & aqua plu. arc. Ea enim est mo- moralis
 dus probandi, a lapsu temporis immemoralis
 desumptus, eius aliquod a maioribus nostris le-
 gitime esse *acquisitum*; ipsique locus est etiam
 in illis causis, ubi praescriptio vere sic dicta
 exulat, modo ius legitime acquiri & haberi
 possit ab eo, qui ad praescriptionem immemo-
 rialem confugit.

Testes testari debent ex viuis. §. 407.
sensu proprio per 30. annos retri. rei statum, Continuo
tatem suam; item: se à maioribus suis semper audierisse,
talē h. retri. rei statum. Testes debent habere annos 53.
arg. l. 3. §. 5. de test.

Actio-
rescisso-
ria quid?

L. 2. Cod.
de ann.
cc.

§. 407. Licet autem praescriptione acquiratur dominium, verique domini ius extinguatur, & hinc expleta praescriptione domino superueniente & rem suam vindicaturum valide obstat exceptio praescriptionis: praetor tamen domino priori aliquando concedit ACTIONEM RECISSORIAM, quae est actio realis data illi, cuius res durante absentia sua iusta, vel ab aduersario absente est usucapta, ad usucapionem rescindendam, & rem cum omni causa restituendam. §. 5. I. de act. L. 1. sq. D. quibus ex caus. maior. *) L. 2. Cod. de ann. etc.

*) Datur ergo haec actio domino contra dominum, sed rei dominium rescindit Praetor, & quemadmodum in Publiciana (§. 345.) fingit dominum esse, qui hoc probare nequit; ita hic fingit, eum adhuc esse dominum, qui non amplius est. Quare & eiusdem cum Publiciana originis est, & Publiciana quoque vocatur, L. 35. D. de O. & A.



TIT. VII.

DE

DONATIONIBVS.

§. 408.

DONO, si gratis aliquid in alterum transfero, nullo iure cogente; eoque casu aut fit? (333) **D**onatio quid sit? **D**onatio a traditione facio, aut a promissione. Si prius, donatio est modus acquirendi; *) si poste-

posterius, titulus. Pro titulo ergo accepta, DONATIO est conventio de re in alterum gratis transferenda, & IN DONATIONEM MORTIS CAUSA ac INTER VIVOS dispescitur. *inquit in libro de iust. l. 87. de reg. jur. in libro de iust. l. 1.*

*) Et quidem naturalis, licet Imperator eam inter ciuiles modos acquirendi referat. §. 390.

§. 409. MORTIS CAUSA DONATIO est, Donatio cuius perfectio a morte donantis pendet; INTER VIVOS, si non pendet *) L. 2. sequ. D. de donat. mort. caus. Haec conuentio mera est, illa inter conuentionem & vltimam voluntatem quodammodo fluctuat. Haec iure romano antiquo actionem tunc demum producebat, si mediante solenni formula facta erat. Ast iure Iustiniano etiam nudis verbis facta ad agendum efficax est. L. 35. §. vlt. Cod. de donat. *)

*) Obserues velim. 1) tunc demum donationem mortis causa adesse, cum perfectio, non autem si sola consummatio a morte suspenditur; 2) in mortis causa donatione perfectio pendere a morte donantis. Si ergo a morte tertii pendet, donatio mortis causa facta non censetur. *Donatio est perfecta. Dum adest. usque consensio in rem gratis transferendam. Verum si non in rem aliarum transierit, est consummata.*

§. 410. Cum ergo donatio sit conuentio, Requisita donationis in genere. I. omnia quoque ad sui validitatem requirit, quae in conuentionibus desiderari, infra §. 733. sqq. obseruabimus. Ex quo porro fluit, II. donari posse omnes res, quae sunt in commercio, etiam omnia bona praesentia & futura; L. 35. §. 4. C. h. t. non autem III. valere donationem inter patrem & liberos in eiusdem potestate constitutos. L. 1. §. 1. ff. pro donat. §. 411.

(§. 100.)
 an donatio est contractus de iure civili romano, an vero pactum legitimum? — *Res. Donatio est pactum legitimum producens conditionem. et l. 35. §. 1. Cod. h. t.*

I. Regulae
de do-
nat. in-
ter vi-
uos.

in iuribus
acceptatio
Conti-
nuatio.

§. 411. Donatio inter vivos mera est conven-
tio. (§. 409.) Hinc I. acceptationem quidem
donatarii requirit. L. 26. ff. de donat. L. 55
ff. de obligat. Et act. ac II. sua natura est irre-
uocabilis. §. 1. I. h. t.

• §. 412. Cum tamen agatur de re gratis in
alterum transferenda, (§. 408.) leges reuoca-
tionem donationis inter vivos permittunt, I.
quatenus inofficiosa est, L. 5. C. de inoff. donat.
II. ob insignem ingratitudem, §. 2. I. h. t.
L. 10. C. de reuoc. donat. & III. ob superue-
nientiam liberorum. L. 8. C. eod. *) Praete-
rea vero IV. donatori beneficium competentiae
tribuunt. L. 12. L. 33. ff. h. t. L. 19. §. 1. ff.
de re iud.

*) Quae lex, licet soli patrono ius donationem
revocandi concedat, a doctoribus tamen ad
alios donatores porrigitur. vid. Andr. Tir-
quellum ad L. si viquam Cod. de reuoc. do-
nat. Lugd. 1574. fol.

Conti-
nuatio.

§. 413. Cum porro donatarius ex donatione
inter vivos iam donatore viuente ius irrevoca-
bile adquirat, (§. 408. 409.) ideoque donatoris
conditio reddatur deterior, illa I. fieri nequid,
nisi ab eo, cui libera est administratio rerum
suarum, §. 40. I. de rer. diuis. L. 21. C. man-
dat. nec II. valet inter coniuges. tit. ff. de donat.
inter vir. Et uxor. III. Actis Insinuanda est,
si quingentos solidos excedat. §. 2. I. L. 30.
§. ult. C. h. t. idem in remissione debiti
aut pacto de non petendo. arg. §. 414.
L. 4. h.

II

§. 414. Donatio contra mortis causa, cum Regulas de do-
inter conuentionem & ultimam voluntatem flui- nat.
tet, (§. 409.) coram quinque testibus celebran- mortis
da est. L. ult. §. fin. C. de codicillis. II In causa.
illos solum conferri potest, qui legata capere
possunt, L. 9. ff. de don. m. c. III. Reuocari
potest, simul ac donatorem eius poeniteat. L.
2. L. 29. ff. de mort. caus. donat. IV. Deficit,
si donatarius praemoritur, §. 1. L. h. t. Ve-
rum tamen V. haec donatio non minus quam
illa, quae inter viuos fit, acceptatione indiget. *uiramiffis.*
arg. L. 55. ff. de oblig. & act. neque VI. vt do- acceptatio.
nans testamenti factioe gaudeat, requiritur. arg.
L. 25. §. 1. ff. de m. c. donat. *filius praemittente*

patru m. c. donari potest. (S. 414.)
§. 415. Ergo res donata inter viuos, nondum Qualis
tradita, (§. 413. IV.) si stipulatio intercesserit, ex dona-
petitur actioe ex stipulatu; pr. Inst. de verb. tione
obl. sin pactum, condictione ex lege 35. §. 4. 5. detur
C. h. t. — Donatarius, cui mortis causa donatum, actio.
eisdem habet actiones, quas legatarius, (§. 585.)
nempe rei vindicationem, actionem hypotheca-
riam, & personalem ex testamento, L. 1. C.
comm. leg. §. 2. Inst. de legat.

§. 416. Ad donationes inter viuos etiam re- Donatio
fertur DONATIO PROPTER NUPTIAS, quae propter
erat res, quam maritus, vel alius eius nomine, nuptias.
uxori constituit. unde, si fuerit opus, constan-
te matrimonio, se, maritum & familiam pos-
sit alere; quamque prole edita, aut si ita con-
ueniunt, aut denique diuortium culpa mariti

factum erat, lucrabatur. Hanc enim rem I. maritus administrabat quidem, *atque* neque oppignorare neque alienare poterat, *L. 29. C. de iure dot. Nov. 41. Nov. 2. cap. 5.* II. Vxor, si maritus ad inopiam deductus erat, ad sustentationem tam sui, quam mariti & liberorum percipiat fructus. *L. 29. cit.* Soluta autem matrimonio III. donatio propter nuptias ad maritum aut eius heredes reuertebatur, nisi pactis prouisum esset, ut vxor superstes eam lucraretur, aut ³ liberi ex illo matrimonio prognati & superstites, ² aut diuortium mariti culpa factum esset. *Nov. 22. cap. 26.* Harmenopolus in *Procheir. iur. Lib. 4. tit. 10. n. 10. **

** conf. omnino Frid. Ef. Pufendorf. Obs. iur. univ. T. 2. Obs. 39. & Jac. Rave in diss. de vera indole donationis propter nupt. romanæ.*

(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)

TIT. VII.
Nonnulli hanc hanc.
**QVIBVS ALIENARE LICET
VEL NON.**

§. 417.

Dominii effectus est ius de re sua disponendi, adeoque & eandem alienandi, (*§. 287.*) *§. 40. Inst. de rer. diuis.* Contra non Dominus, quod non habet, dominium in alterum transferre, adeoque & alienare nequit. (*§. 337.*) *L. 54. ff. de reg. iur. §. 40. Inst. de rer. diuis.*

Dominii effectus ius alienandi.

diuis. Ast aliquando tamen euenit, I. vt (209. §.)
 dominus alienare nequeat: II. vt non domi-
 nus recte alienet. Quae παραδοξα διαταξα
 vti Theophilus vocat, tractantur hoc titulo, qui Dominus est,
 & habet liberam rerum suarum administrationem, ille
 non potest alienari. C. 413. I.

§. 418. I. Nonnumquam dominus rem suam Maritus
 iure non alienat. Nam I. maritus est dominus non po-
 dotis, (§. 288. *) pr. Inst. h. t. L. 9. C. de test alie-
rei vind. Nec tamen per legem Iuliam de nare fun-
adulteriis alienare ei licebat fundum dota- dum do-
 talem.

Italicum, invita vxore, nec eundem, consen-
 tiente ea, obligare. Paull. Lib. 2. Sent. recept.
tit. 24. Quin Iustinianus, ne consentiente qui-
 dem vxore alienationem vel oppignorationem fun-
 di cuiuscumque permittit. L. vii. §. 15. C. de re; V. 13.
vx. act. pr. Inst. h. t. nisi alienatio vel sit ne-
 cessaria, L. i. ff. de fund dot. L. vlt. C. eod. V. 23.
 vel in vtilitatem vxoris facta, L. 26. L. vlt. ff.
de iur. dot. Quae tamen prohibitio non perti-
 net ad res mobiles; L. i. C. de serv. pign. dat.
man. nec ad immobiles venditionis causa aesti-
 mato datas, quarum dominium omnimodo nan-
 ciscitur maritus, L. 10. §. 4. ff. L. 5. L. 10. C. V. 12.
de iur. dot.

§. 419. Deinde II. pupillus est dominus rerum Pupillus
 suarum, & tamen eas non alienat. Hinc 1) nec an alie-
 mutuum recte dat, adeo, vt si dederit, nummi net?
 exstantes vindicentur, bona fide consumti con-
 dicantur, de mala fide consumtis ad exhibendum
 agatur, §. vlt. Inst. h. t. Immo 2) pupillo, li-
 cet domino, non recte soluitur, nisi auctoritate

tatoris, & interposito decreto, S. ult. Inst. h. t. exceptis vsuris intra biennium debitis, & non excedentibus centum solidorum quantitatem, L. 25. & 27. C. de admin. tut. Multo minus er-
 go 3) pupillus recte soluit, & hinc, quod so-
 lutum, si extat, vindicatur, sin consumtum,
 contingit liberatio, L. 14. S. ult. ff. de solution.

V. 37
 124
 123
 Quando creditor recte tamen alienat. Sic enim I. creditor recte
 pignus alienare alienat pignus, nulla praemissa denunciatione,
 queat? si ita conuenerit, vt liceret pignus distrahere,
 *) L. 4. ff. de pign. act. Nam II. si conuene-
rit, ne vendatur, non nisi trina praemissa denun-
 ciatione recte distrahit creditor. d. L. 4. ff. de
pign. act. L. 4. C. de distr. pign. Denique III.
 3) si nihil conuentum, post denunciationem, &
 biennium elapsum permittitur distractio, modo
 ea fiat bona fide & sollempniter, L. ult. S. 1. C.
de iur. dom. imp. IV. Si res emtorem non in-
 uenerit praetio tolerabili: repetitur denunciatio,
 vel iudex debitori absenti praefigit diem, intra
 quem soluat; quod ni faciat, creditor a princi-
 pe impetrat dominium, relicta debitori facultate,
 pignus luendi intra biennium. L. ult. S. 2. 3.
C. eod. viii. 34.

Def.
 *) Caue vero hoc pactum de distrahendo pigno-
 re confundas cum pacto commissorio, quo
 conuenit, vt, debito iusto tempore non solu-
 to, pignus pleno iure creditori cedat. Illud
 enim pactum licitum, L. 7. S. ult. ff. de distr.
pign. hoc illicitum est. L. ult. C. de pact. pign. viii.

§. 421. Deinde II. tutor non est dominus re- Tutor
 rum pupilli, & tamen ei licet alienare res pur- quando
 pillares, urgente necessitate, vel iussu parentum alienet?
 vel alia iusta causa suadente, aliquando priuata
 auctoritate, aliquando causae cognitione & de-
 creto magistratus interueniente, L. 1. D. de reb-
eor. qui sub tut.

o:o

TIT. IX.

PER QVAS PERSONAS
 CVIQUE ADQVIRITVR.

§. 422.

Adquiritur nobis non solum per nos ipsos,
 sed & per res nostras. (§. 308.)

Adqui-
 ritur no-
 bis per
 res nos-
 tras.

§. 423. Quum ergo serui Romanorum, (§.
 65.) tanquam res mancipi, essent in dominio
 Quiritario dominorum: consequens erat, vt
 quidquid adquirent serui, eius *proprieta-
 tem* adquirent dominis, etiam ignorantibus & inui-
 tis: §. 3. *Inst. h. t. possessionem* scientibus & vo-
 lentibus; L. 34. §. *vit.* L. 44. §. 1. *ff. de ad-
 quir. poss. hereditatem* tantum iubentibus §. 3.
*Inst. h. t. **.)

Ergo &
 per ser-
 uos.

*) Quid hodie obtineat in hominibus propriis
 supra occupauimus. (§. 70.)

§. 424. Aliquando dominus quidem seruo
 concedebat pecuniae summam, aut aliam rem Quid pe-
culium

servo-
rum?

Postm. Gub.

ad administrandum & negotiandum, quae dicebatur PECVLIVM. Sed in dominio heri hoc erat, qui liberio rem vel adstrictiorem eius administrationem seruo permittebat, imo eripere poterat pro lubitu. L. 7. §. 1. de pecul. L. 20. D. de iure iur.

Adquisi-
tio per
liberos.

§. 425. Altera adquisitio per alios est ea, quae per *filios filiasve familias* fit. Et iure quidem antiquo quidquid acquirebant liberi, id omne adquisitum fuisse patri supra diximus. (§. 101) Cum autem pater filio aliquid concederet administrationis & negotiationis causa, pariter id, uti in seruis (§. antec.) PECVLIVM vocabatur, nec a peculio serui differebat.

Iure
nouo

§. 426. Iure vero nouo sequens est huius articuli facies. PECVLIVM est res, *aut universitas rerum, quam filius filiae familiae a rationibus paternis separatam habet*; idque in MILITARE & PAGANVM; illudque iterum in CASTRENSE & QVASI CASTRENSE; hoc in PRO-FECTITIVM & ADVENTITIVM diuiditur.

Peculium
castrense.

§. 427. Peculium CASTRENSE complectitur omnia, quae filius familiae occasione militiae sagatae adquisiuit; L. II. ff. de cast. pecul. eoque pertinet, quod pater filio in militiam eunti donat; hereditas a commilitone relicta, etiam a fratre in iisdem castris militante; quidquid poro captum ab hostibus, vel ex pecunia castrensi omnium. *) L. 4. pr. ff. L. 4. C. eod.

*) Pe

*) Peculium enim est vniversitas iuris, L. 20. §. 10. ff. de her. petit. (§. praeced.) In vniversitate vero iuris res succedit in locum praetii. (§. 278.)

§. 428. QVASI CASTRENSE, prioris ad exemplum inuentum, quod filius familias occasione militiae togatae acquirit. L. 14. C. de aduoc. diuers. iudicior. L. 6. ff. de re iud. L. fin. C. de inoff. test. Quo referuntur sumtus a patre in studia filii facti, adquisita ex aduocatione vel aliarum artium liberalium exercitio, d. L. ult. C. de inoff. test. itemque donata a Principe vel Augusta. L. 7. C. de bon. quae lib. VI. 61.

Quasi castrense.

auth. push.
Cod. de episc.
& clericis.

§. 429. Peculium PROPECTITIVM est, quod e re patris proficiscitur, vel occasione & contemplatione patris filio obuinit. §. 1. Inst. h. t.

Profec- titium.

§. 430. ADVENTITIVM denique est, quod ex alia causa, veluti liberalitate matris aliorumue, vel proprio labore, vel prospera fortuna filio acquiritur. §. 1. Inst. h. t.

Aduenti- tium.

§. 431. Peculium castrense & quasi castrense pleno iure est filii; pr. Inst. quib. non est. perm. fac. test. L. 6. C. de bon. quae lib. adeoque I. in eo pro patrefamilias habetur, L. 2. ff. de SC. Maced. & II. de eo inter viuos & mortis causa libere disponit; L. 3. C. de castr. pecul. immo id & ad heredes ab intestato transmittit. pr. Inst. quib. non est perm. fac. test.

Quid iuris filio in castrensi & quasi castrensi?

§. 432. Profectitium pleno iure patris est, §. 1. Inst. h. t. adeoque sola filio relinquitur ad.

Quid in profec- titio?

administratio, qui tamen eo fruitur, idque retinet, I. bonis paternis publicatis, L. 3. §. 4. ff. de min. & II. post emancipationem, si pater non ademerit. L. 31. §. 2. ff. de donat.

Quid in
aduenti-
tio ordi-
nario?

§. 433. Peculii denique aduentitii ^{proprietatis} est penes filium, ^{usufructus}, & administratio ordinarie penes patrem. §. 1. Inst. h. t. L. 6. L. ult. §. 5. C. de bon. quae lib.

Quid in
extraor-
dinario?

§. 434. Ordinarie, inquam. Nam nonnumquam peculium aduentitium pleno iure fit filii, I. si filius renuente patre hereditatem adierit; L. ult. §. 1. C. de bon. quae lib. II. si filio ea conditione quid donatum relictumque sit, ne pater usufructum habeat; Nov. 117. cap. 1. III. si filius vna cum patre succedat fratri germano; Nov. 118. cap. 2. IV. si pater in administratione peculii aduentitii male versatur. L. 50. ff. ad SC. Trebell. Hinc id peculium aduentitium doctores IRREGVLARE, EXTRAORDINARIVM; PLENVM; alterum, de quo §. 433. REGVLARE, ORDINARIVM, MINVS PLENVM adpellatur.

An &
per ex-
traneos
adquiramus?

§. 435. Quia ergo tantum per filios familias & seruos nostros nobis acquiritur: (§. 423. seq.) de ceteris valet axioma: Alii per alium acquiri nequit. Attamen iure nouo ex mandato (§. 918.) nostro per PROCVRATOREM nobis acquiri potest I. possessio, II. dominium §. 5. Inst. h. t. L. 13. D. de acquir. rer. dom. III. ius pignoris L. 2. Cod. h. t. Hodie cuiuscunque generis iura per procuratorem acquiri posse, constat. Schilter Ex 33. th. 31. Thomaf. in not. h. t.

usucapio ignoranti non acquiritur per procuratorem. L. 17. de usurp. & usul. exceptio est in rebus peculiariibus, nullus pro-

i. e. habet proprietatem, non usum fructum, & administratiouem.

pr. juris §. 1.

TIT. X.

D E

TESTAMENTIS ORDINANDIS.

§. 436.

Reliquis modis acquirendi singularibus per
 legata & fideicommissa (§. 392.) ad finem nexio.
 libri huius secundi reiectis imperator transit ad
 civiles vniuersales, (§. 391.) quorum primus est
 HEREDITAS. *subscript. - submiss.*

§. 437. Hereditatem duplex conditio est. Heredi-
 Nam ex iure civili Romano vel EX TESTAMEN-
 TO vel AB INTESTATO ad nos pertinent, §. 6. tates quo-
inst. per. quas. pers. cuique adquir. quarum il-
 la hanc excludit. L. 39. ff. de acqu. her. *mentariæ excludit legitimam, axioma est. §. 89.*

§. 438. Non autem eadem ratione diuersis rei-
 publicæ romanæ temporibus testamenta condita
 sunt. primo enim æuo IN CALATIS COMITIIS
 coram populo fiebant. §. 1. I. h. t. Postquam
 autem legibus XII. tab. cautum erat: PATER-
 FAMILIAS, VTI LEGASSIT, SVPER FAMI-
 LIA, PECVNIA, TVTELAVE SVAE REI: ITA
 TVS ESTO: testamenta condi coeperunt per AES
 ET LIBRAM. Constituebatur nimirum familiae
 entor, cui testator, praesentibus quinque testi-
 bus, ciuibus Romanis antestato *et libripende,*
 familiam vel hereditatem venderet, Gell. lib. 15.

cap.
 juris voce possessio M. 19.

Varius
modus
testandi
 diuersis
 tempo-
 ribus.

cap. 26. addita nuncupatione sollemni: Haec uti
in his tabulis cerisue scripta sunt, ita do, ita
lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimo-
nium praebitote. Vlpian. Fragm. tit. 20. §. 9.

Testa-
mentum
praeto-
rium.

§. 439. Quemadmodum porro PRAETOR sae-
pe ius civile sub aequitatis ^{apud} mutabat: (§. 52.)
ita & secundum tabulas dabat bonorum possessio-
nem, dum septem testes eas signassent. *) §. 2.
Inst. h. t.

*) Quinque enim testes adhibebantur more in
mancipationibus recepto, (§. 438.) reliqui
duo libripendem & antestatum repraesenta-
bant. Antiquum esse hoc testamentum, &
Ciceronis temporibus antierius, patet ex Cic.
in Verr. i. cap. 45.

Ius circa
testa-
menta
nouissi-
mum.

§. 440. Vñ demum & constitutionibus prin-
cipum inualuit noua testandi ratio, quae tamen
fere veteribus nititur principiis, adeoque TES-
TAMENTVM ex ritu antiquo per aes & libram
testandi, edicto praetoris & constitutionibus
principum conflatum *), iam nihil aliud est,
quam ultima voluntas, qua heres directus insti-
tuitur, legitime declarata. L. 1. ff. qui testam,
fac. poss.

Quid

*) Et quidem temporibus Theodosii Iunioris.
Vid. Iac Gothofr. ad L. 1. C. Th. de test. &
codic. Tomo I. p. 334. sequ.

Axioma-
mata de
testa-
mentis.

§. 441. Testamentum ergo I. est ultima vo-
luntas h. e. voluntas unilateralis, demum per-
fecta post mortem. II. Omne testamentum
con-

continet heredis institutionem, quo significatur
 successor in omnia iura & obligationes defuncti, *quid*
 quae in alium transmitti queunt. III. In testa-
 mento heres directus nominandus est. *) Is scilicet,
 qui immediate a testatore hereditatem cap-
 it, DIRECTVS; ille vero, cui ab alio herede
 hereditas restituitur, OBLIQVVS five FIDELI-
 COMMISSARIVS HERES audit. *heres est succesor*
in bonis iura non personalissima, & obligatoris de-
functi non personalissima. (S. 311. 8.)
 *) Iure antiquo heres verbis imperatiuis erat in-
 stituendus, veluti Titius heres esto. Precati-
 ua verba plerisque improbabantur. Vip.
 Fragm. tit. 21. §. 1. sed hodie quaevis verba
 sufficiunt. L. 15. C. de testam. VI. 23.

§. 442. Quum testamentum sit voluntatis de-
 claratio: (§. 440.) sequitur, I. vt integritas men-
 tis exigatur in eo, qui testamentum condit; L.

2. D. L. 3. C. qui test. fac. poss. II. vt quis vel
 scripto testari possit, vel per nuncupationem.
 Vnde testamentum ratione modi, quo conditur,
 aut SCRIPTVM est, aut NVNCVPATIVVM.
 Cum porro in testamento heres instituitur, qui
 est successor in omnia iura defuncti: (441. II.)
 sequitur III. vt testator non nisi de vniuersitate
 omnium bonorum testari; adeoque IV. nec pro
 parte testatus, pro parte intestatus; L. 7. ff. de
 reg. iur. §. 5. Inst. de her. inst. nec V. cum
 duobus pluribusue testamentis decedere queat.
 L. 19. C. de test. mil. Quia denique testamen-
 tum est ultima voluntas (§. 441. I.), VI. te-
 stator voluntatem suam semper mutare & prius
 testamentum posteriore tollere potest. L. 4. ff.
 de adm. leg.

axioma est:
nemo plaga:
aut pro parte
decidere queat.

§. 443. *Voluntas hominis est ambulatoria*
 usque ad extremum vita habitum.

Testa-
mentum
ratione
funda-
menti
quotu-
plex?

§. 443. Testamentum est voluntas legitime declarata. (§. 440.) Nititur scilicet vel auctoritate publica vel privata. Hinc ratione fundamenti & auctoritatis aut PVBLICVM est, aut PRIVATVM. PVBLICVM dicitur, quod coram Principe aut magistratu conditum, ipsi sue oblatum est; idque nullis sollempnibus eget. L. 19. C. de testam. In priuato vero ordinario adhibendae sunt sollempnitates, a legibus praescriptae, earumque nulla sine periculo nullitatis est praetermittenda, L. 17. L. 23. C. de fideic. Quia tamen sunt testamenta, in quibus aut omnes aut quaedam sollempnitates remissae sunt, inde testamenta priuata in SOLLENNIA & minus SOLLENNIA abeunt. De illis hoc, de his sequenti titulo agendum erit.

*leges actus formam praescripserunt, toties forma non ob-
servata, actus est nullus.*

§. 444. Sollempnitates in omni priuato, tam scripto quam nuncupatio testamento, exiguntur sequentes: I. vt fiat vno contextu, id est, actu testandi continuo, L. 28. de testam. nec quoquam, quod ad testandi actum non pertinet, veluti contractu, intermixto. L. 20. ff. de. V. S.

Septem testes. §. 445. II. Vt septem adint testes, (§. 439. *) specialiter rogati, L. 21. §. pen. ff. qui test. fac. possi., in conspectu testatoris testimoniorum officio fugientes, L. 9. C. de testam. & habiles ad testimonium in actu sollempni perhibendum.

§. 6. Inse. de test. Vnde nec mulier d. §. 6. Gell. Lib. 5. cap. 19. nec impubes, nec seruus, L. 20. §. 6. 7. ff. qui test. fac. nec furiosus, solius probationis, sed simul sollempnitatis causa nec adhibentur; toties femina testes esse nequeunt.

*si quis non potest
in. quant. hinc
§. 9. 461.*

nec mutus, nec surdus, nec prodigus, nec iudicio publico damnatus, L. 21. ff. de test. L. 18. §. 1. ff. qui test. fac. poss. imo secundum ius canonicum nulli infames cap. 54. & 56. X. de testib. testamento tamquam testes adesse possunt. d. §. 6. Inst. h. t. Oportet etiam testes nec heredes, nec in potestate testatoris, nec in potestate heredis esse. §. 9. & 10. Inst. h. t. L. 20. pr. & §. 1. ff. qui test. fac. poss. Porro nec heres in potestate testis esse debet, nec testis cum herede in eiusdem patris potestate. Nexus sanguinis solus non nocet, ut nec ipsorum testium inter se coniunctio, §. 8. Inst. h. t. L. 17. ff. de test.

axioma est
nemo potest
esse testis in
propria causa
(§. 100.)

§. 446. Hae sollemnitates testamento nuncupatio & scripto communes sunt. In scripto praeterea requiritur III. ut testator vel ipse scribat tabulas, quod testamentum holographum vocatur; vel iisdem subscribat *), vel, si scribere nequeat, octauum testem cum in finem adhibeat, pro testatore subscripturum, L. 28. §. 1. C. de testam.

Sub-
scriptio
testato-
ris.

*) Addiderat Iustinianus, ut & testator vel testes nomen heredis sua manu exprimerent; §. 4. Inst. h. t. L. 29. C. de testam. sed eam sollemnitatem ipse postea sustulit Nov. 119. cap. 9.

§. 447. Denique IV. requiritur, ut & testes subscribant, & tabulis signacula, §. (439.) sive scriptio suo, siue alieno annulo, alione instrumento expressa adponant, §. 3. Inst. h. t. L. 22. §. 2.

Sub-
scriptum.

sed non summo. M

S.

5. 7. Et L. 30. ff. qui testam. fac. poss. L. 12. C. de testam.

An & alia requirantur?

§. 448. Parum vero interest, qua lingua, quibusue verbis quis testetur, L. 21. §. ult. L. 15. C. de testam. quae in materia, (cera, charta, an membrana), scribat; §. 12. Inst. de test. ord. L. 1. L. 4. ff. de bon. poss. sec. tab. dummodo litteris, non notis, testamentum perscribatur; L. 6. §. ult. ff. de bon. poss. nec charta delectitia vel *ὀπιόθόγγαρος*, cui alioquin vltima voluntas inscribi potest. L. 4. ff. de bon. poss. sec. tab. litteras confundat.

*) Charta *delectitia* est, e qua, quod antea inscriptum, deinde erasum est. Briffon de V. S. v. *delectitia*. *ὀπιόθόγγαρος* charta, cuius iam litteris impletæ ergo aliud quid inscribitur. Voss. *Etimol. h. v.* Saaron. ad Sidon. Lib. 2. *Epist. 9.* non cuius vtraque pagina conscripta, uti Guido Pancit. *Var. Lect. lib. 2. cap. 109.*

Quid in testamento nuncupatio.

§. 449. In nuncupatio testamento (§. 442) requisita §. 446. exposita, exulant, sufficitque, si testator coram septem testibus idoneis & rogatis, testatoremque intelligentibus, vltimam voluntatem viua voce eloquatur. §. 14. *Inst. h. t.* L. 21. *pr.* §. *pen. ff. qui test. fac. poss.* L. 21. §. 2. L. 26. C. de test. Nec mutatur testamentum nuncupatiuum in scriptum, si vel maxime ea nuncupatio postea in scripturam memoriae causâ redacta fuerit. *Sichard. in* L. 21. §. 2. C. de testam. §. 2.

§. 150.

§. 450. Testamenta priuata sollemnia etiam Vfus
 num in Germania conduntur. Sed saepe quo hodie-
 que publice fiunt coram Principe aut magistra-
 tus.

tu. (§. 443.) Alicubi valent testamenta se-
 cundum ius canonicum condita coram paro-
 cho & duobus testibus, *cap. 10. X. de test.*

Secundum consuetudinem ergo singulorum lo-
 corum rite facta testamenta, vbique valent
 etiam vbi diuersae sollemnitates receptae sunt.
 Sand. L. 4. tit. 1. def. 14. *)

*quod sollemnia
 locus regit actum
 Dies regit actum*

*) Aliquando Notarius cum testibus adhibetur
 actui testandi. Hoc in testamento *scripto*
 eum praestat usum, vt ex instrumento Nota-
 rii sine mora probari possit, actum testandi
 debito modo peractum fuisse. In testamen-
 to *nuncupatiuo* proficuum est instrumentum
 Notarii ad probanda testamenti contenta; ne
 opus sit, testes de illis iurato examinare.

ISISISISISISISISISISISISISISISISISISIS

TIT. XI.

DE

MILITARI TESTAMENTO.

§. 451.

Supra iam obseruamus (443.) nullam sol-
 lemnitatem in testamento posse praetermit-
 ti sine periculo nullitatis; esse tamen quaedam Testa-
 menta minus
 testimenta priuata, quibus vel omnes, vel quae- sollem-
 dam sollemnitates remissae, quae ideo PRIVI-
 LEGIATA vel MINVS SOLLEMNIA dicuntur. giata.

M 2.

§. 452.

Quale
est mili-
tum.

in non diffinit.

§. 452. Omnes sollempnitates remissae sunt I. MILITIBVS. Quemadmodum enim olim, etiam ante XII. tabulas, milites IN PROCINCTV testari poterant, ita vt imminente acie cinctu Gabino induti, & scutis inferentes manus, tribus aut quatuor audientibus, heredem suum nuncuparent; Plutarch. *in Coriolan.* p. 198. Serv. *ad. Virg. Aen. Lib. 7. v. 612.* Velleii Patere. *Lib. 2. cap. 5.* ita & postea liberam testamenti factionem militibus, non quidem in procinctu, sed tamen in periculo constitutis, reddidit primum Iul. Caesar, deinde Titus, postea Domitianus, hinc Nerua, ac postremo Traianus L. 1. pr. ff. h. t. Vnde testamentum militare ex constitutionibus principum deriuat Vlpian. *Fragm. tit. 23. §. 2.*

Axiomata de
testamento
militari.

§. 453. De hoc testamento ergo sequentia notanda sunt axiomata. I. Ratio adaequata privilegii militaris circa testamenta est *periculorum functio.* L. vn. D. de bon. possess. ex. test. mil. * II. Non solum quoad materiam, sed quoad formam quoque testamenti miles privilegiis gaudet. III. Attamen non omni loco, sed *in expeditione* tantum constitutus his privilegiis utitur. L. pen. C. h. t. pr. I. h. t. **

x L. 22. §. 15.
de iure delict.
Cod. VI. 13.

*) Dubium autem est, utrum hoc ita accipiendum sit, vt militibus *in praemium* periculorum, quae pro republica subeunt, hoc privilegium *semper & obuiis* competat; an ita, vt tunc demum, *quando in pericula versantur*, privilegiis uti possint. Prius defendunt
Cui-

Cuius in recit. ad tit. Cod. de mil test. Ianus a Costa ad pr. I. h. t. Poiterius Virinius ad pr. h. t. & Doctores vulgo, quod & verius videtur.

*) Non conuenit inter interpretes 1) de vero expeditionis significatu. Vulgo in expeditione militem versari defendunt, si paratus est ad conligendum cum hoste, siue eum expectet, siue persequatur. Sunt tamen, qui militem in expeditione esse autumant omni loco, vbi officii causa versatur; ideoque & in hibernis, praesidiis ac statiuis constitutum vid. Ge. Acac. ab Enekel de priuileg. mil. lib. 1. cap. 5. n. 2. seqq. & Frid. Es. de Pufendorf Observ. iur. univ. T. 3. Obs. 187. Iure germanico res decisa est. *Recessus enim imp. de a. 1512.* militibus solum illis, die im Felde oder in Übung des Streites sind, priuilegia circa testamentationem concedit. Deinde 2) & de eo disputant Doctores, an militi extra expeditionem constituto nullum competat priuilegium? Vulgo vllum competere negant. Sunt tamen, qui priuilegia, circa materiam testamenti militi data, ad expeditionem non restringunt, sed vbiuis militi eorum vsum tribuunt. vid. Hommel diss. de exigua differentia inter testamentum militis & pagani in hostico conditum §. 23. Ludouici in compend. Digestor. h. t. §. 3.

§. 454. Priuilegia militum circa MATERIAM testamenti in eo consistunt: I. Vt heredes instituire possint quoscunque, etiam quibuscum non est testamenti factio. L. 13. §. 2. ff. L. 5. C. h. t. II. Vt possint & liberos exheredare vel tacite praeterire; §. 6. Inst. de exh. lib. L. 9. L. 10. C. h. t. adeoque nec III. agnatione

L. 9. Cod.
de inoff. test.
§. 48.

Priuilegiati sunt milites quoad materiam testamenti.

suorum heredum eorum testamenta rumpantur; L. 7. 8. ff. h. t. nec aduersus ea valeat querela in officiosi. L. 29. §. ult. ff. h. t. IV. Vt possint pro parte testati pro parte intestati; L. 6. L. 15. §. 4. L. 37. ff. h. t. V. & cum pluribus testamentis decedere. L. 19. pr. ff. h. t. VI. & codicillis heredes instituere L. 36. pr. ff. h. t. VII. Vt quocumque modo substituere; L. 5. L. 15. §. 5. L. 28. ff. h. t. immo & VIII. plus, quam lex Falcidia patitur, legare queant L. 17. §. ult. ff. L. 12. C. h. t. VI. 2/.

Quoad §. 455. Quod ad formam vero testamento-
formam rum attinet, miles a legibus testamentariis ea-
tenus est solutus; I. vt, si testamentum militis sit scriptum, nulli testes requirantur adeoque omnes sollempnitates (de quibus a §. 444. ad §. 447. actum,) ab eo recte omittantur; L. 15. C. h. t. modo, militem scripsisse, satis constat, L. 40. pr. ff. h. t. II. Vt, si nuncupatum testamentum condatur, duo testes sufficiant. L. 12. ff. de test. etiam non rogati. L. ult. §. ult. ff. de Codicill. III. Vt vnicum sit huius testamenti essentiale requisitum, puta, vt constat, militem animo deliberato, non fortuito sermone, heredem sibi nuncupasse. §. 1. Inst. §.

L. 24. ff. h. t. *Principium iuris est: testis duo 90.*

privilegio veluti militari a legislatore remitti potest

Quidam §. 456. Ita ergo iure testantur milites, non
hoc pri- modo, qui intra numerum sunt, sed & reliqui in
uilegio hostico deprehensi, iisdemque expositi periculis;
gau- aut ex necessitate & officii ratione castra sequan-
dent?

** ratio est; quia hoc pertinet ad essentiam, cuius
testamenti; impossibile enim est, voluntatem defuncti
implere, de cuius voluntate non satis constat.*

tur, siue sponte utilitatis aut voluptatis causa; L. 44. ff. h. t. etiam surdi & muti nondum missi; L. 4. ff. h. t. vid. *obseruat. nostras ad Vinn. §. 2. Inst. h. t. & de statu suo dubitantes. L. II. §. I. ff. h. t.*

§. 457. Cum vero miles tantum militari modo testari possit: I. testamentum ante militiam non iure factum haud conualidatur per militiam subsecutam; valet tamen tale testamentum, si miles verbis aut factis declarauerit, se velle, vt valet. L. 9. §. I. L. 20. §. I. L. 25. D. h. t. II. Missionem impetrata, testamentum iure militari factum expirat; quamuis veteranis, missionem honestam vel causariam impetrantibus, id privilegium concessum sit, vt eorum testamenta adhuc intra annum valeant. §. 3. *Inst. & L. 26. pr. §. I. ff. h. t.*

De testamento ante militiam facto, & eius qui missionem accipit,

§. 458. Caeterum filiusfamilias miles non potest testari, nisi de *peculio castrensi*. De hoc enim libere disponit, ita vt ne quidem patrem instituere heredem teneatur. *pr. & §. 6. I. h. t. L. ult. C. de inoff. testam.* Idem iuris indultum est veteranis, *pr. I. quibus non est permisso.* & filiis quasi castrense peculium habentibus. *pr. I. cit.*

Filiusfamilias vt testetur de peculio castrensi & quasi castrensi.

§. 459. Et hoc iure haecenus explicato vtivmur; praeterquam, quod leges Germanicae, se hodiecus ac Romanae, (§. 453.) inter militem in *castris* constitutum distinguunt, & illius testamentum quocumque modo conditum; huius duo testes adhibiti fuerint, ratum esse

iubent. *Constit. Maximil. de ann 1512. tit. de testam. §. Vnd sollen.* Quam sententiam glossae ad §. I. *Inst. h.t.* originem debere, iam obseruauit Vigl. *Zuich. ad d. §. 1. p. 83.*

Testamentum parentum inter liberos.

§. 460. Quaedam sollemnitates externae etiam remissae sunt II. PARENTIBVS testantibus inter liberos *). Nam si in scriptura testantur, tabulasque vel ipsi scribunt, vel subscribunt iidem, anno, mense, die, vnciusque, in quibus liberos instituunt, perspicue expressis; testes non sunt necessarij. *L. 21. §. 1. C. de testam. Nov. 107. cap. 1.* Sin per nuncupationem; duo testes sufficiunt. *arg. L. 12. ff. de test.*

*) Eosque solos. Quod ad extraneam enim personam attinet, eius contemplatione testamentum non valeat, nisi *iustus adfuerit testium numerus*, & reliquae adhibitae sint sollemnitates. Quamvis enim alia colligi posse videntur *ex authent. Quod sine C. de testam.* tamen, quia ab auctoritate sua, id est *Nov. 107. cap. 1.* recedit, ei nihil tribuendum. (§. 15.) *Strik. Caut. Testam. cap. 10. §. 24.*

Testamentum tempore pestis factum.

§. 461. Quodammodo etiam sollemnitatibus soluti III. TEMPORE PESTIS testantes, quibus sola vnitas contextus, id est simultanea testium praesentia, ob contagionis periculum remissa est. *L. 8. C. de testam.* Imo in foro haec testamentum, coram duobus testibus factum, valida iudicatur. *Leyser Med. ad P. Sp. 368, M. 1. §. 99.*


Testamentum

§. 462. Simile quodammodo priuilegium tributum IV. RVRI TESTANTIBVS, quorum testamentum.

tamenta eo gaudent priuilegio, vt valeant 1) ruri factum.
 a quinque testibus subscripta; imo tunc quoque
 2) si vnus testis nomina reliquorum subscripserit, vel 3) quinque testes sine omni subscriptione adhibiti fuerint; modo vel plures, vel litterarum periti, ut fit in agris, haberi nequeant
L. ult. C. de test. quod in dubio, donec probetur contrarium, praesumitur. est regula.

§. 463. Eodem referunt V. TESTAMENTVM ALIA TESTAMENTA
 POSTERIVS IMPERFECTVM, quo heredes ab intestato priore praeteriti ad successionem vocantur, in quo quinque testes sufficiunt. L. 21. PRIVILEGIATA.

§. pen. C. de test. VI. Testamenta, quibus PIAE CAVSSAE consulitur, quae omnibus solemnitatibus soluit pontifex cap. II. X. de testam.



TIT. XII.

QVIBVS NON EST PERMISSVM FACERE TESTAMENTVM.

§. 464.

Testamenta condere possunt omnes, qui non prohibentur. Qui vero prohibentur, hoc titulo traditur. Nimirum prohibentur alii I. propter *statum*; *) alii II. propter vitium *animi* s. defectum iudicii; alii III. propter vitium *corporis*; alii denique IV. ob *delictum* & *improbritatem*.

Qui testari possunt?

*) Adeo

*) Adeo vt ne testamentum quidem eius valeat, qui dum testatur de statu suo dubitat; nisi miles sit. (§. 456.)

Non testantur, qui non sunt ciues.

§. 465. Propter defectum status prohibentur omnes, qui non gaudent iure ciuitatis romanae. Hinc consequens est, vt iure Romano testari non possint 1) serui L. 19. ff. eod. nec 2) qui apud hostes sunt, (§. 67. sequ.) quorum testamenta in captiuitate facta, ne quidem, si redierint, rata sunt; *) L. 8. pr. ff. eod. §. vlt. Inst. h. t. nec 3) peregrini, aut deportati, (§. 190.) L. 8. §. 1. ff. eod.

*) Capti enim ab hoste in iusta seruitute sunt (§. 67.) Contra testamentum recte condunt a latronibus capti, quia in seruitute iniusta sunt, (§. 68.) L. 13. pr. ff. qui testam. fac. poss. Quum etiam ratio, cur testamentum in captiuitate factum non valeat, sit regula Catoniana; L. 1. pr. ff. de reg. Caton. L. pen. ff. de reg. iur. facile patet, testamentum in ciuitate ante captiuitatem factum iure postliminii valere, si redierit: (§. 303.) ex L. Cornelia, si ibidem decesserit §. vlt. Inst. h. t. L. 12. ff. qui test. fac. poss. L. 16. L. 18. ff. de capt. Et posth.

Nec filii familias.

§. 466. Quia etiam testamenti factio concessa tantum patribus familias; 4) nec filiofamilias testamentum condunt; L. 6. L. 19. ff. qui test. fac. poss. ne quidem permittente patre; pr. Inst. h. t. de L. 6. pr. ff. eod. nisi de bonis castrensis & quasi castrensis (§. 431. II.) Quod adeo verum est, vt & testamentum patrisfamilias per arrogationem irritum fiat, nisi miles sit §. 5. Inst. de milit. test. ac testamentum a filiofamilias factum

quod a b initio non valeat
- tractu temporis conu-
- luitur inquisit.
regula Catoniana test.

tum ne tunc quidem valeat, si sui iuris factus de-
cesserit. *pr. Inst. h. t. L. 19. ff. qui test. fac. poss. (S. 465. *)*

§. 467. Quia porro testamentum est *voluntatis* sententia: (§. 440.) illud II. ob animi vitium condere nequeunt 1) furiosi, & mente capti, nisi dilucidum sit furoris vel dementiae interval- lum; §. 1. *Inst. h. t. 2)* prodigi tanquam civiliter furiosi, iisque simillimi *), (§. 224.) §. 2. *Inst. eod. L. 18. pr. ff. qui test. fac. poss.* Valet tamen testamentum, ab iis ante interdictionem factum *d. §. 2. Et L. 18. pr. 3)* impuberes. §. 1. *Inst. h. t. L. 5. ff. eod.*

Nec furiosi & prodigi.

*) Nouella quidem Leon. 39. validum declarat prodigi testamentum, si in illo mores prodigi non observantur. Sed Leonis Nouellae in foro haud sunt receptae. (§. 15. III.)

§. 468. Quum praeterea III. vitium corporis saepe cum animi debilitate coniunctum sit: non possunt testari surdi & muti simul, nec quibus alterutrum vitium haeret, nisi vel lingua, vel scriptura voluntatem exponere possint. *L. 10. C. 17. 22. qui test. fac. poss. §. 3. Inst. h. t.*

Nec surdi & muti.

§. 469. Quod impedimentum quum non ob- stet coecis: ii testari possunt, dummodo heredes nuncupent, nuncupatio in scripturam redigatur, octavus adhibeatur testis, & omnes testes subscribant ac subscripent. *L. 8. Cod. eod.*

An nec coecis?

§. 470. Denique IV. in poenam quibusdam non permittitur facere testamentum, veluti 1) ob-
reis

reis

nam
sunt in-
stabiles.

reis perduellionis L. 5. C. ad Leg. Iul. mai. 2) Apostatis & manichaeis. L. 3. pr. C. de apostat. L. 4. §. 5. C. de haeret. 3) Incesto matrimonio pollutis, nisi legitimos instituant. L. 6. & Auth. incestas C. de inc. nupt. 4) Ob carmen famosum, L. 18. §. 1. L. 26. ff. qui test. fac. poss. L. 21. pr. ff. de testib. L. 5. §. 9. & 10. ff. de iniur. vel 5) capitis damnatis *) L. 8. §. vit. L. 13. §. vit. ff. qui test. fac. L. 6. §. 6. ff. de iniuri. rupt. irr. test.

*) Quamvis enim capitis damnati non amplius fiant serui Foenae (§. 68.), bonorum tamen publicatio non sublata, nisi in fauorem propinquorum: Nov. 134. cap. ult. Itaque si propinqui exstant, nulla est capitis damnato testandi facultas. Sin defunt, bona publicantur. Vfus tamen, maxime in Germania, haec principia deserit, & damnatis etiam testamenti factionem permittit.

TIT XIII.

DE

LIBERIS EXHEREDANDIS.

§ 471.

Con.
nexio.

*Contra Cuius
est p. 100.*

Hactenus de sollempnitatibus sine requisitis testamentorum externis: sequitur internum & essentiale requisitum (§. 441.) id est, heredis institutio. Ea vero aut voluntaria est, aut necessaria. Voluntaria est earum personarum, quas quis instituere potest, vel non instituere

tuero

tuere pro lubitu. Necessaria eorum, qui neces-
sario instituendi vel exheredandi sunt. De hac
hoc titulo agendum.

§. 472. Primis reip. romanae temporibus Quinam
quomodocunque paterfamilias testatus esset de institu-
bonis suis, ita ius erat. Hinc liberi a paren- endi sint
tibus, parentes a liberis pro lubitu exheredari here-
& praeteriri poterant. Liv. Lib. I. Cap. 34. des?
Cic. de orat. L. I. C. 38. L. II. D. de lib.
& post. Cum autem hoc iure abuterentur pa-
rentes leges ipsis necessitatem imposuerunt,
liberos suos vel instituendi, vel ex iusta causa
exheredandi. Inualuit quoque, ut liberi non
sui, imo & parentes ac fratres queri pos-
sent de testamento, in quo absque iusta cau-
sa praeteriti vel exheredati essent. Excludeba-
tur autem querela, si actori portio legitima
esset relicta.

§. 473. Novo ergo iure omnes, quibus le- Quid le-
gitima debetur, aut instituendi sunt, aut iusta gitima.

ex causa exheredandi. LEGITIMA autem est
portio hereditatis; ex praescripto legum cer-
tis personis ^{necessario} relinquenda: eaque debetur prae-
ter I. liberos *), & II. parentes III. fratribus
sororibusque germanis & consanguineis, eo
casu, si turpis eis persona praeferatur, L. 27. iii. 28.
C. de inoff. test. Nov. 115. cap. 3. 4. & iu-
re veteri fuit quarta portionis ab intestato
debitae: §. ult. Inst. de querel. inoff. postea
pro numero personarum modo triens, si qua-

*Legitima est portio bonorum defuncti legi
determinata, & certis personis per juris aequi-
tate sine onere relinquenda, ita ut non nisi ex
iusta causa testamentum auferri possit.*

tuor vel pauciores; modo *semis*, si quinque vel plures essent, *Nov. 18. cap. 1.*

Successor. *) I. A patre legitima debetur non nisi liberis legitimis, a matre etiam illegitimis. *L. 20. versatiff. §. 1. D. de inoff. test.* II. Liberis & parentibus legitima titulo institutionis honorabilis relinquenda est, *Nov. 18. §. 115. c. statum juris.* III. Si quis cui legitima debetur, in portione participat, ne instituitur quae legitima est minor, illi *in univ. §. 1. D. de inoff. test.* competet *conditio ex lege 30. C. de inoff. test.* quam Doctores *actionem expletoriam* vocare solent. *in rem singulari.*

Exhereditatio §. 474. EXHEREDATIO est expressa exclusio eius, cui legitima debetur, ab univ. hereditate. *ill. cui legitima debetur* PRAETERITIVS vero dicitur, qui neque institutus, neque exheredatus est. *et hereditatio exclusio eius, cui legitima debetur, a tota hereditate, quibus dispositivis in testamento facta.*

Quid circa exhereditationem spectemus §. 475. In articulo de exheredatione & praeteritione spectemus necesse est: I. exhereditationis formam, II. iustas eiusdem causas, & III. effectus tam praeteritionis quam exheredationis. Primum & secundum hoc titulo tractandum. Tertium ad Tit. XVIII. reserubimus.

Forma §. 476. De forma exheredationis haec sunt observanda. Cum exhereditatio sit expressa exclusio, sequitur I. vt qui sub conditione institutus est, deficiente illa non fit exheredatus, sed praeteritus. *L. 3. §. 1. D. de lib. §. post.* II. Vt fieri debeat ab omnibus heredibus, & ab omni gradu *L. 3. §. 2. D. h. t.* Praeterea III. requiritur iure veteri, vt filii nominatim exheredentur; filiae enim & nepotes exheredari possunt

sunt inter caeteros. Iure nouo vero liberi omnes, siue filii sint, siue filiae, siue primi gradus, siue ulteriorum graduum, nominatim exheredandi sunt. His obseruatis, exheredatio recte s. rite facta dicitur; neglectis vero rite non est facta, & instar praeteritionis est. L. 24. D. de lib. & post. Vlp. Tit. 22. §. 16. 17. Cui Inst. L. 2. T. 3. §. 1. Denique IV. iure nouissimo exheredatio liberorum & parentum fieri debet cum elogio h. e. iustae causae expressione Nov. 115. cap. 3. & 4.

§. 477. Iustae exheredationis causae veteri iure non erant definitae, sed pendebant ab arbitrio Centumuirorum, quorum erat merita exheredati pendere. L. 3. §. 5. de bon. poss. iure veteri. contr. tab. L. 19. C. de inoff. test. L. 7. pr. ff. de bon. damnator. Sed Iustinianus ratione liberorum & parentum *) ex arbitrariis causas certas fecit, easque in Nov. 115. c. 3. 4. enumeravit.

*) Vulgo etiam ratione fratrum certas causas definitas esse contendunt in Nov. 22. c. 47. Verum haec lex minime de causis, ex quibus frater exheredari potest, sed de causis, quae fratrem a successione ab intestato excludunt, disponit; imo per Nov. 118. est abrogata.

§. 478. Iustae causae, ob quas LIBERI exheredes scribi possunt, sunt quatuordecim, puta, I. si pater graui iniuria laceratus; II. si manus ei illatae; III. si insidiae vitae structae; IV. si ex delatione filii damnum illatum; V. si filius cum male-

L. 2. Cod.
de lib. post.
vel churh
VII. 28.

Causae
exheredationis
iure veteri.

Iustae
causae
ob quas
liberi
exheredes
des fiant

maleficis (μετὰ Φαρμακῶν) versatus, ceu maleficus; VI. si patrem testari prohibuerit; VII. si patrem furiosum neglexerit; VIII. si captum ab hoste non redemerit; IX. si filius factus haereticus talis, qui quatuor priores synodos oecumenicas reiiciat; X. si patrem accuset capitalis criminis, excepto crimine perduellionis; XI. si cum nouerca vel patris concubina rem habuerit; XII. si mimos inuito patre sequatur; XIII. si patrem carceri inclusum fideiussione liberare nolit *); XIV. si filia corpore quaestum faciat, nisi maior sit annis XXV. & parentes eam marito copulare distulerint. *Nov. 115. cap. 3.*

*) Haec causa, aequae ac decima, ad solos filios pertinet: quia filiae, tamquam mulieres, nec intercedere pro alio possunt, nec accusare L. 2. §. 1. 2. ff. de SC. Vell. L. 8. ff. de accusat.

Iustae causae exheredantur: I. si capitis accusarint liberos; II. si insidiati sunt vitae liberorum; III. ob stuprum nurui vel concubinae filii illatum; IV. si testari liberos prohibuerint; V. si non redemerint captivos; VI. si furiosos neglexerint; VII. ob haeresin; VIII. si pater matri, vel haec patri venenum praebuerit. *Nov. 115. cap. 4.*

An & aliae admittantur? §. 480. Quamvis vero haec causae aliis diversae generis augeri nequeant: *Nov. 115. c. 3.* non excluduntur tamen similes, vel atrociores in eodem genere. Huber. *Prael. Inst. h. t. §. 10. sequ.*

TIT XIV.

D E

HEREDIBVS INSTITVENDIS.

Mona hunc veli facta in yafaty f v m m m m m

S. 481.

Quaenam personae necessario heredes instituentae sint, titulo praeced. vidimus. **Con-**
 Nunc quinam institui possint, & quomodo fiat **nexio.**
 institutio heredis, dispiciendum est.

S. 482. HERES est *successor in vniuersum* **Heres**
ius, quod defunctus habuit, non personalissi- **quid?**
um, & omnes non personalissimas obligatio-
nes. L. 24. ff. de V. S. L. 62. ff. de R. I. (S.
 441.) Ex quo sequitur, vt non nisi is, qui po-
 test in vniuersum ius ciuis Romani succedere, **Axi-**
 heres possit institui, adeoque cum eo fit testa- **ma: quis**
 menti factio. **I** In pura institutione autem requi- **heres**
 ritur, vt heres capax sit 1) tempore facti testa- **esse pos-**
menti, 2) tempore mortis. Intermedium spa- **fit?**
 tium non attenditur; a tempore autem mortis
 vsque ad *hereditatis aditionem* vt heres habilis
 maneat necesse est. S. 4. I. de hered. qual. &
 diff. L. 42. S. 1. 4. L. 49. S. 1. D. h. t. L. 138.
 pr. L. 193. D. de R. I. In condionali institu-
 tione opus est, vt heres sit habilis 1) tempore
 testamenti conditi, 2) mortis testatoris, 3)
 conditionis existentis. Tempora intermedia

L. 49. §. 1. h. t.
cutate. l. 1. §.
2. reg. l. 1. §.

axioma est: heredis institutio est in caput,
& fundamentum testamenti.

inter factum testamentum & mortem, item inter mortem & conditionem existentem non respiciuntur. Ast a tempore conditionis existentis vsque ad hereditatis aditionemabilitas perducere debet. *LL. cit. conf. omnino Wefenberg ad Pand. h. t. §. 16.*

An & serui?

§. 483. Heredes ergo institui possunt I. tam serui, quam liberi, & serui quidem alieni ex persona dominorum, (§. 423.) proprii cum libertate, quam tamen datam esse, ex ipsa institutione praesumitur: *pr. Inst. h. t. L. pen. C. de serv. necess. her. inst.*

An & peregrini & captiui?

§. 484. Institui possunt II. ciues, non peregrini, L. 6. §. 2. ff. h. t. Cic. pro Caecin. c. 35. In Germania vero peregrinos hoc beneficio ornavit Fridericus Imp. *Auth. Omnes peregrini C. comm. success.* quae licet de actiua tantum testamenti factione agere, & iuri albinagii opposita videatur, ab ea tamen, ad testamenti factionem passivam procedit argumentum. *... Cui competit.*

quod est plus, huic etiam competit minus, resp. par. 2. quod est minus in eodem genere.

An personae incertae, pauperes, ecclesiae, ciuitates, collegia & corpora licita?

§. 485. Institui etiam possunt III. personae incertae, modo euentu, vel alia ratione, certae fieri possint; §. 26, 27. *Inst. de legat. adeoque & IV. pauperes; L. 24. C. de episc. & cleric. V. ecclesiae; L. 1. C. de SS. eccles.* VI. ciuitates; L. 26. ff. ad SC. Treb. L. 122. ff. de legat. I. VII. collegia corporaque licita. *L. 12. C. h. v. 2. t. L. 1. §. 15. ff. ad SC. Treb.* Quae omnia contra rationes iuris antiqui sensim recepta.

§. 486. In poenam tamen quibusdam ius hereditatem capiendi vel SIMPLICITER, vel SECUN-
 CVNDVM QVID, denegatum. SIMPLICITER hereditatibus relictis excidunt I. filii perduel-
 lium; L. 5. §. 1. C. ad L. Iul. Mai. II. apostatae; L. 3. C. de apost. III. haeretici; L. 4. L.
 5. C. de haeret. IV. Iudaeorum vniuersitas; L. 1. C. de Iud. V. corpora illicita; L. 8. C. h. t.

Incapacitates sunt, qui a nemine in nullo unquam casu heredes institui possunt institui

§. 487. SECUNDO QUID nec heres scribi Incapacitatem debet I. princeps litis causa institutus, §. ult. ces secundum
Inst. quib. mod. test. infirm. nec II. coniux, ad quid?
secunda vota transiens, plus relinquere potest se-
 cundae coniugi, quam vni ex liberis prioris ma-
 trimonii, L. 6. C. de sec. nupt. Praeterea III. in aliquibus ca-
 parentes & liberi incestuosi inter se nihil capiunt, sibus, vel ultra
 L. 6. C. de incest. nupt. Auth. ex complexu Cod. certam portionem
 eod. & IV. Liberi naturales, qui, non nisi legiti-
 mis & parentibus deficientibus, solidum ex testa-
 mento patris capiunt. L. 1. 2. C. de nat. lib.
 Nov. 89. cap. 12. §. 3. - Auth. licet. C. de nat. lib.
 lib. V. 27.

sunt, qui a quibusdam legi-
 tatoribus, vel in aliquibus ca-
 sibus, vel ultra certam portionem testamenti capere prohibentur.

§. 488. Heres autem instituendus I. aut no-
 mine aut alio signo indubitabili designandus est. Regulae de here-
 L. 9. §. 8. D. h. t. II. Error tamen in nomine dis-
 aut III. falsa demonstratio non nocet. L. 48. §. tutione, II
 3. D. eod. Vitiatur quoque V. institutionem no-
 men contumeliosum heredi adscriptum, L. 9. §. 4, aliud IV.
 8. cit. Nec VI. heredis institutio in arbitrium de errore in
 terti conferri potest. L. 32. L. 68. D. h. t. ipsa persona
 ratio, quia heredis institutio est voluntatis dicendum. l. 9
 nostra sententia, non terti arbitrium. pr. D. eod.
 t. qui test. fac. post. N^o 2.

§. 489.

As hereditarius in vncias suas diuisus. §. 489. Hereditas vero, vt alia tota, AS vocatur iureconsultis, isque distribuitur in XII. VN. CIAS *). Vnde binae vnciae hereditatis, id est

$\frac{2}{12}$ eiusdem sextans; tres vnciae, quadrans; quatuor vnciae triens; quinque quincunx; sex semis; septem septunx; octo bes; nouem dodrans; decem decunx vel dextans; vndecim deunx; adpellantur, §. 5. *Inst. h. t.* Potest tamen testator & aliam, quam velit, diuisionem sequi. L. 47. §. 1. L. 81. *pr. ff. de her. inst. §. 5. Inst. h. t.*

provisio hominis facit cessare provisionem iuris
*) Immo & uncia in suas partes diuiditur. Dimidia enim vncia est semuncia, pars eiusdem quarta sicilicet, L. 21. §. 2. *ff. de ann. leg. §. 8. D. de inoff. test.* Duplex as vocatur dupondium, triplex tripondium. Vnde dupondium 24. vnciarum est, tripondium 36. vnciarum. Vid. Voluf. Maecian. & Balbi *Libellus de assē.*

Quo modo diuidenda hereditas? §. 490. Quum vero nemo possit pro parte testatus, pro parte intestatus decedere: (§. 442. IV.) consequens est, vt ita diuidenda sit hereditas, ne quid ex toto assē superlit. Ex quo sequitur I. vt, si vnus heres, sine coherede, *) in semisse vel in re certa institutus sit, is totum assē capiat. L. 1. §. 4. *ff. de hered. Inst. II.* Vt si pluribus institutis coheredibus nullae partes adscriptae sint; haereditas inter eos aequis partibus diuidatur; §. 6. *Inst. h. t.* L. 9. §. 12. *ff. de her. inst. ita tamen, vt personae plures coniunctae pro vna habeantur, L. 11. L. 13. *pr. h. t.**

ad §. 490. Heineccii.

§. 6. J. 2. 14.

Si plures heredes instituantur. . . .
satis enim constat, nullis partibus
nominatis et aequis partibus
eos heredes esse.

l. 9. §. 12. D. 28. 5.

Si plures instituantur heredes,
dividi inter eos jus à testatore
oportet. Quodsi non fiat,
omnes aequaliter heredes sunt.

l. 11. D. 28. 5.

Attius mihi heres esto.

Duo titii heredes sunt.

habebunt duo titii $\frac{1}{2}$
attius $\frac{1}{2}$

l. 13. D. 28. 5.

Primus & fratris mei filii
aeque heredes sunt; tunc

$\frac{1}{2}$. fratris filii, &

$\frac{1}{2}$. Primus haberet.

Vi. si in alio loco
accrescat; II. M
que aliam

73

71

7

personas ex
sunt, vacante
superis, ex al
modum exhauc

testator ad
heres esse. I
tunc nulli canit.
h. 1. § L. 18

Nam si cōber
stitutus est, h
1. Si plures
sunt æquales
inequalis pret

§ 191. Es e
idem herede
CONVIONE.
EX DIE certo
non scripto in

Si dies in
en in ex
extremum
eo casu pro
tus est car
et her. iust

§ 1. §. de
§ 192. C
quid pndet

III. Vt, si in asse aliquid superfit, id singulis pro rata accrescat; IV. sique plures vnciae factae, istae, quae assem excedunt, singulis pro rata decrescant. §. 7. *Inst. h. t. V.* Vt si partes in quorundam personis expressae, hi, qui sine parte scripti sunt, vacantem portionem capiant; vel, si nihil superfit, ex asse fiat *dupondium*, vel, si & dupondium exhaustum, *tripondium*; (§. 688.

*) nisi testator addiderit: ex reliqua parte Titius heres esto. Eo enim casu, exhausto asse, Titium nihil capit. L. 17. §. 3. ff. h. t. §. 6. 8. *Inst. h. t. & L. 18. ff. h. t.*

*) Nam si coheredem habet is, qui in re certa institutus est, legatarii loco habetur. L. 13. C. h. t. Si plures in re certa instituti, singuli capiunt aequales portiones, licet eis testator res inaequalis pretii assignauerit. L. 9. §. 13. ff. h. t.

§. 491. Ex eodem principio fluit, VI. posse Heredis quidem heredem institui vel PVRE, vel sub institutio quod CONDITIONE; aut non IN DIEM certum, vel EX DIE certo, Unde dies certus adpositus pro non scripto habetur, §. 9. *Inst. h. t.* *)

*) Si dies incertus adicitur, & incertum est, an sit exsiturus: pro conditione est. Sin eum exsiturum, certum est, incertum, quando; eo casu pro conditione habetur, cum adscriptus est extraneo, non si ipsi heredi L. 9. C. de her. inst. L. 1. §. 2. L. 175. L. 79. pr. & §. 1. ff. de cond. & dem.

§. 492. *incertus & futurus eventus*
CONDITIO est *negativa* a qua ali. Quid
quid pendet, eaque I. vel in praesens vel in condi-
N 3 praes. tio &

quotu-
plex?

1181 - 3

220

H 698

praeteritum vel *in futurum collata*; II. vel *suspensiva* vel *resolutiua*; III. vel *affirmatiua* vel *negatiua*, IV. vel *possibilis* vel *impossibilis* est. Impossibilis in *natura* & *lege* impossibilem; possibilis in *casualem*, *potestatiuam* & *mixtam* diuiditur. Denique dantur conditiones, quas alius implere potest, alius non potest, quaeque *difficiles* a Doctoribus vocantur.

Regulae
de con-
ditioni-
bus.

1167

§. 493. De conditionibus obseruandae regulae: I. *Conditio in praesens aut praeteritum collata* non suspendit ius hereditarium, sed institutio statim aut valet aut non valet L. 10. §. 1. D. de condit. instit. L. 120. D. §. 4. I. de V. O II. Heres institui nequit sub *condicione resolutiua*. Donellus in *comment. iur. civ. Lib. 6. cap. 18. n. 30.* III. *Conditio physice impossibilis, negatiue adiecta*, institutionem puram relinquit. Si autem *factum turpe* heredi interdicitur, hoc omittendum est. IV. Cum *conditio absolute impossibilis* adiecitur *affirmatiue*: ea, siue moraliter siue physice talis sit, pro non adiecta habetur. L. 1. l. 20. *pr. de condit. instit.* §. 10. I. L. 45. D. *h. t.* L. 3. D. *de cond. §. dem.* *) V. *Conditio autem difficilis* ab herede est implenda, si impleri potest. Sin minus, heres excidit hereditate; nisi testator sciuerit, conditionem ab herede impleri non posse; quo casu pro non adiecta habetur. L. 83. D. *de condit. §. dem.* Brussel. *de condit. Lib. 4. Tit. 2. n. 15. p. 301. coll. Lib. 1. Tit. 2. n. 18. p. 17.* VI. *Conditio*


Aliud
in
testamento B

ditione possibili casuali aut mixta pendente, heres ex iure civili hereditatem adire nequit, sed bonorum possessionem secundum tabulas, praestita cautione, recte petit. L. 2. §. 1. L. 5. pr. L. 6. L. 10. D. de B. P. sec. tab. VII. Potestativam conditionem affirmativam heres statim implere tenetur post mortem testatoris. L. 2. L. 11. §. 1. D. de condit. & demonstr. Si statim implere nequit: B. P. secundum tabulas petere potest praestita cautione. LL. cit. VIII. Conditione potestativa negativae adiecta: heres sub cautione Muciana adire potest. L. 4. §. 1. D. de condit. instit. L. 73. L. 101. D. de cond. & dem. IX. Existente conditione, retro pura censetur institutio; L. 54. D. de A. vel O. H. L. fin. §. 1. D. de vulg. & pup. substit. modo viuo herede existat. L. 4. pr. D. quando dies leg. ced. L. vn. §. 7. C. de cad. toll. Denique X. conditione deficiente, institutio evanescit. L. 8. D. de condit. instit. *quae usante conditione usat conditionatum.*

*) Aliud in contractibus, quos conditio impossibilis qualiscunque vitiat. §. II. Inst. de inut. stipul. L. 31. ff. de obl. & act.

§. 494. Si ex institutis coheredibus vnus defuit: eius portio accrescit reliquis etiam ignorantibus & inuitis, L. 31. L. 53. D. de adqu. vel cendi.

qm. hered. quod IVS ACCRESCENDI vocatur. *auspultmann.*
vid. §. 190. I. III. — §. 580.



TIT. XV.
DE
VVLGARI SVBSTITVTIONE.

§. 495.

Con-
suetio.

Testatori non *unum* tantum heredem, sed *plures* quoque instituere licet. Si *plures* instituit, I) omnes *simul* instituere potest, & quidem aut *directe* omnes *), aut *unum* *directe* instituere, reliquos *fiduciarie* substituere. Sed potest quoque II) *secundum* instituere *post primum*; hoc est, nominare heredem in eum casum, si primo loco scriptus defecerit. Quo facto SVBSTITVTIONEM habes, & quidem DIRECTAM s. SVBSTITVTIONEM SENSU PROPRIO.

*) Plures *directe* instituti *coheredes* dicuntur, item *adiecti*. L. 7. L. 32. D. de vulg. & pup. substit.

Substi-
tutio
quid?

§. 496. SVBSTITVTIO ergo *directa est* institutio *heredis secundi*, (tertii, quarti, &c.) *in locum deficientis primi*. L. 1. pr. L. 36. pr. L. 43. §. 2. ff. de vulg. & pup. subst.

Substi-
tutio
quotu-
plex?

§. 497. In substitutione respicimus vel ad *personam substituentem*, vel ad *casum, in quem substituitur*. Si prius: vel MILITARIS illa est, vel NON MILITARIS. Sin posterius: in VVLGAREM, PVPILLAREM & QVASI PVPILLAREM abit.

§. 498.

§. 498. Substitutio enim fit in casum heredis **Conti-**
deficientis. (§. 495.) Deficit autem vel quia he- **nuatio.**
 res numquam fit, vel quia in statu quodam mor-
 ritur, in quo testari nequit. Si prius, substitutio
 VVLGARIS est. Si posterius, vel substituitur
 heres *filio impuberi*, eum in casum, *si im-*
pubes accesserit; vel filio *mente capto* in casum,
 si *in hoc statu moriturus sit*. Ibi SVBSTITV-
 TIO PVPILLARIS, hic QVASI PVPILLARIS s.
 IVSTINIANEA vocatur. De vulgari hoc; de
 pupillari sequente titulo agendum.

§. 499. VVLGARIS ergo substitutio est, **Quid**
quando quilibet testator heredi substituit in casum, **vulga-**
si institutus heres non fuerit. **pr. Inst. h. t.** **ris?**

§. 500. Quumque id duobus casibus contingere possit, si institutus vel NOLIT, vel NON
 POSSIT heres esse: sequitur, I. vt ad vtrumque
 casum pertineant verba: *si heres non erit.* II.
 Vt si alteruter tantum casus expressus sit, alter
 non-expressus expressio contineatur. L. 3. C. de
her. inst. L. 4. pr. ff. L. 4. C. h. t.

In quem casum vulgari-
 ter substituitur?

§. 501. Quia ergo substitutio est institutio he- **Quo-**
 redis secundi: (§. 496.) sequitur I. vt **modo**
 substitui possint, *qui institui.* (§. 483. sequ.) **fiat?**
 II. Vt & plures in locum vnus, & vnus in lo-
 cum plurium, & singuli in locum singulorum
 recte substituuntur. §. 1. *Inst. h. t.* L. 36. §. 1.
 ff. h. t. III. Vt & coheredes sibi inuicem sub-
 stitui queant, quam substitutionem vocamus RE-
 CIPROCAM vel MUTVAM. *) L. 4. §. 1. ff.
h. t. L. 64. ff. de legat. 2.

*) Doctores barbare *breviloquam* adpellant, & inde fingunt tertiam speciem substitutionis, sed reuera ea *vulgaris* est.

Quo ef-
fectu?

*rationa est
semel heres ma-
net heres.*

§. 502. Et quoniam secundus heres substitui-
tur in locum deficientis primi: (§. 495.) IV,
substitutus in dubio ad eandem partem vocatus
esse intelligitur, quam accepisset institutus. §. 2.
Inst. L. 24. ff. h. t. V. Substituto mortuo dum
institutus deliberat, an adire velit hereditatem,
*L. vn. §. 5. C. de caduc. toll. vel instituto here-
ditatem semel adeunte, substitutio expirat, L. 3.
§. 4. L. 7. §. 10. ff. de min. L. 5. C. h. t.*

Substi-
tutus
substi-
tuto.

§. 503. Quia denique substitutiones inuentae,
ne testamenta desituantur: porro inde infer-
bant iureconsulti, VI. substitutum substituto,
substitutum etiam instituto videri, §. 3. *Inst. h. t.*



TIT. XVI.

D E

PVPILLARI SVBSTITVTIONE.

§. 504.

Substi-
tutio
pupilla-
ris.

Hactenus de substitutione *vulgaris*; sequitur
PVPILLARIS: cuius quum is finis sit, vt
ne liberi impuberes intestati moriantur: facile
intelligetur eius definitio, quod sit institutio he-
redis nomine & loco liberorum impuberum a pa-
tre facta, in eum casum, si intra pubertatem de-
cesserint, pr. Inst. h. t. L. 8. C. de impub. & al.
subst.

§. 505.

§. 505. Ex ea definitione fluunt axiomata: I. Axio-
 Fundamentum substitutionis pupillaris est patria mata de
 potestas. (§. 101. n. 2.) II. Eius causa est aetas hac sub-
 immatura, intra quam testamentum condi nequit. stitutio-
 (§. 467. 3.) III. Substitutio pupillaris non qui- ne.
 dem ratione solemnitatum externarum, sed tam-
 en ratione institutionis, duplex testamentum
 complectitur, §. 2. *Inst. h. t. L. 2. §. 4. L. 16.*
 §. 1. L. 20. §. 1. *ff. de vulg. & pup. subst.*

§. 506. Quum ergo fundamentum substitutio- A qui-
 nis huius sit *patria potestas*: (§. *anteced. I.*) bus et
 sequitur, I. vt pater dumtaxat hoc modo substi- quibus
 tuat, quum mater tantum vulgariter substituere substi-
 possit, quippe cuius in potestate liberi non sunt tuatur?
 constituti (§. 99. *pr. Inst. L. 33. ff. h. t.* II.
 Vt pater substituatur tantum suis, & postumis,
 non emancipatis; (§. 153.) nec III. nepotibus
 in patriam potestatem recasuris, nisi ex formula
 legis Iuniae Velleiae, *L. 2. pr. ff. h. t.* IV. Vt
 substituere possit etiam exheredatis; (§. 154.
 III.) *L. 1. §. 2. L. 10. §. 5. ff. h. t.* tametsi ab
 iisdem vel eorum substitutis legata relinqui non
 possint. *) *L. 41. §. 3. ff. h. t. & L. 41. §. 3.*
ff. de test. mil. V. Vt euanescat substitutio, si
 filius a testatore ante mortem emancipatus, vel
 post eius mortem arrogatus sit, *L. 17. §. 1. ff.*
de adopt.

*) Generalis enim ea regula est: *Neminem esse*
magis ouerandum, quam si honoratus, L. 9.
C. de fideic. L. 114. §. 3. L. 122. §. vlt ff. de
legat. 3. §. 1. Inst. de sign. reb. per fideic. relict.

Quam-
diu du-
ret sub-
stitutio?

§. 507. Quumque deinde huius substitutionis causa sit *actas immatura*, intra quam liberi testamentum condere nequeunt, (§. 505. II.) consequens est, VI. vt liberis substitui non possit, nisi ad annos pubertatis, L. 14. ff. h. t. quamuis ad breuius tempus id fieri queat, L. 21. ff. h. t. VII. Vt, si ad pubertatem peruenerit pupillus, substitutio euanescat, L. 14. ff. eod. nec non, si tempus, ad quod substitutum, elapsum, L. 21. ff. eod.

Quo-
modo
fiat &
quo ef-
fectu?

§. 508. Denique quum substitutio pupillaris *duplex testamentum* complectatur: (505. III. recte inde inferitur, VIII. patrem non substituere posse impuberi, nisi sibi prius testamentum faciat, & primo sibi, deinde impuberi heredem scribat, L. 2. §. 4. §. ult. ff. h. t. §. 2. Inst. h. t. IX. Casu existente, substitutum non modo bona a patre profecta, sed & reliqua omnia aduentitia, (§. 442. IV.) accipere, adeoque omnes alios, ipsamque matrem, excludere, L. 8. §. 5. ff. de inoff. test. quippe quae ne legitimam quidem petere potest *), L. 8. §. 15. ff. eod. X. Vnde & infirmato patris testamento **), substitutio, quae eius sequela est, corrui. §. 5. Inst. L. 2. pr. ff. h. t.

Cap. 1. de
test. in VI

*) Aequitas tamen, & argumentum ex L. 30. §. L. 32. §. de inoff. test. ductum, suadere videtur, vt matri salua esse iudicetur legitima ex bonis filii aduentitiis. vid. Westenberg. Princ. Iur. sec. ord. Dig. h. t. §. 40. §. Dist. fert. 2. de port. legit. cap. 3. §. 6.

**) Prae-

** Praeterquam si paternum testamentum rescindatur querela in officiosi. Nam tunc capita omnia, praeter heredis institutionem, salua manent. Nov. 115. cap. 3. §. ult.

§. 509. Ad exemplum pupillaris substitutionis & alia inuenta Lege 9. C. de imp. Et al. Substitutio ex-emplaris.
 26 subst. quam EXEMPLAREM, QVASI PVPILLAREM, itemque IVSTINIANEAM vocant. Quum enim furiosi & mente capti testari non possint, (§. 467. I.) eosque parentes intestatos mori nolent: Iustinianus concessit parentibus, tamquam qui naturali ^(amore) σοφῶν induciti optime de sanguine suo iudicare censentur, vt eiusmodi liberis substituere possint, in eum casum, si in eo statu decesserint. §. 1. Inst. h. t.

§. 510. Ergo huius substitutionis fundamentum non est patria potestas, (§. 505. I.) sed σοφῶν. Eius fundamentum
 Ex eoque sequitur, I. vt ita recte substituantur parentes vtriusque sexus. II. Vt substituantur liberis dementibus, institutis saltem in legitima, non exheredatis, §. 1. Inst. h. t. d. L. 9. C. de impub. Et al. subst. III. Vt bene consulere teneantur posteritati suae, adeoque primo substituantur furiosi vel mente capti liberos, deinde his non exstantibus, eiusdem fratres & sorores, & his denique deficientibus, quem lubet. d. L. 9.

§. 511. Quumque ob eam causam inuenta sit Quo modo ipsi fiat?
 haec substitutio, quod huiusmodi liberi testari

ipsi nequeunt: (§. 509.) inde inferendum, I. quod substitui possit non solum furiosis & mente captis, verum etiam II. prodigis, III. surdis & mutis, (§. 467.) etiam puberibus: & IV. quod ea substitutio euanescat, postquam furiosus resipuit vel prodigo bonorum reddita administratio, vel surdus & mutus mentem declarare didicit. *d. l. 9.*

Substitutio militaris §. 512. De SVBSTITVTIONE MILITAI obseruandum est, militem, cum omnibus legibus circa testamenti factionem solutus sit, (§. 452.) nec obstringi regulis de substitutione. Ex quo consequitur, I. vt miles & liberis vltra pubertatem, & II. extraneis in casum, quo heredes futuri sint, III. quandocunque, vel si intra certum tempus decesserint, substituere possit in iis bonis, quae ab eo ad heredem profecta sunt. *L. 15. ff. de vulg. & pup. subst. L. 6. C. de testam. mil. L. 8. C. de imp. & al. subst.*

(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)

TIT. XVII.

QVIBVS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTVR.

§. 513.

Testamenta infirmantur variis modis, quos **Modi, quibus testata iureconfulti, verborum curiosissimi.** totidem vocabulis distinguere solent. Aliud enim testa-

testamentum I. NVLLVM est, aliud II. INIVS-mentum
 TVM, aliud III. RVPTVM, aliud IV. IRRI- infirma-
 TVM, aliud V. DESTITVTVM, aliud VI. RES- tur.
 CISSVM vocatur.

Missignat
 §. 514. I. NVLLVM est, quod ab initio non Testa-
 subsistit, vel 1) ob defectum in heredis institu- mentum
 tione, v. c. si liberi sui nati praeteriti; L. I. ff. nullum.
de iniust. rupt. irr. fact. test. vel 2) ob inha-
 bilitatem testatoris (§. 465, sequ.) L. I. ff. h. t.

missignat
 §. 515. II. INIVSTVM dicitur; quod itidem Iniuf-
 ab initio non subsistit, quia non rite & iure tum.
 factum, atque omissae in eo sunt sollemnitates
 (§. 444, sequ.) L. I. ff. de iniust rupt. irr. test.

§. 516. Eiusmodi testamenta nulla & iniusta Nulla &
 tota corruunt, & ne legata quidem aliaque ca- iniusta
 pita subsistunt. Iniusta tamen aliquando sustinen- plane
 tur per clausulam codicillarem, de qua paulo post. corru-
 unt.

synonyma sunt
 §. 517. III. RVMPITVR testamentum, quum Testa-
 in eodem statu manente testatore ipsius testa- mentum
 menti ius vitatur. §. 1. Inst. h. t. Idque fit ruptum
 I. per agnationem postumi, vel naturalem, si per ag- natio-
 nus heres post testamenti factionem nascitur, nem
 vel civilem, si testator vel arrogat, vel descen- postumi
 dentem adoptat, vel naturalem legitimat, vel
 nepos succedit in locum sui heredis. §. 1. 2. Inst.
 de exh. lib. §. 1. Inst. h. t. §. 2. Inst. de her.
 quae ab intest. def.

§. 518. Idem fit II. mutata testatoris volun- Per tes-
 tate, siue ipse nouum testamentum iure perfecto tamen-
 con-

tum
poste-
rius.

condat; (§. 442. VI. *) §. 2. *Inst. h. t. L. 1. Et 2. ff. de iniusto, rupto, irr. test.* siue prius testamentum coram tribus minimum testibus reuocarit, accesseritque lapsus decennii; *L. 27. C. de testam.* siue prius aboleuerit, deleuerit, induxerit, superscripserit. *L. 1. ff. de his quae in test. del.*

*) *axioma est: testamentum semel ruptum semper ruptum manet. — quod nullum est, nullum produci potest.*

*) Prius testamentum rumpitur per posterius, quamuis I. heres in posteriori nominatus repudiet hereditatem, aut ante testatorem mortuus sit, §. 2. *I. h. t.* vel II. testator posterius sustulit, eo consilio, vt prius valeret; *L. 11. §. 2. D. de B. P. sec. tab.* vel III. priori adiecta sit clausula derogatoria. *L. 6. §. 1. D. de iur. codicill.* Contra prius testamentum non rumpitur, I. si posterius nullum aut iniustum sit. *L. 16. §. 1. ff. de vulg. Et pupill. subst.* II. Si posteriores tabulae vacuae sint. *L. 11. de iniust. rupt. irr. test.* III. Si conditio de praesenti, vel praeterito, (493. l.) inserta posteriori, non existat. *L. 16. ff. cod.* Denique IV. si testator in posterioribus tabulis aliquem ex re certa instituerit, & addiderit, etiam priores valere debere: heres in re certa scriptus rogatus censetur, vt reliqua heredi in prioribus tabulis scripto restituat. §. 3. *Inst. h. t.* Nonnumquam ex utroque B. P. datur, tamquam ex vno, si duo codices simul signati sunt. *L. 1. §. 6. D. de B. P. sec. tab.*

Quatenus & id ruit, nisi sustineatur beneficio Praetoris, qui bonorum possessionem etiam ex rupto testamento dare solet, I. si postumus, qui rupit, (§. 517.) viuo testatore decessit; *L. 12. ff. de iniust. rupt. irr. test.* II. si testator tabulas posteriores incidit,

*si ius praetori
und semper
provalat iur.
civili. L.*

dit, vt priores supremas relinqueret. L. 11. §. 2. ff. de bon. poss. sec. tab.

§. 520. IV. IRRITVM *fit testamentum*, si testator statum civilem amittit, qui ad testamenti factionem requiritur, id est, si is vel maximam, vel mediam, vel minimam capitis deminutionem patitur. §. 4. Inst. h. t. L. 6. §. 5. ff. de iniust. rupt. irr. test. Quum enim per capitis deminutionem maximam fiat seruus; per mediam peregrinus; per minimam filiusfamilias; (§. 188.) & nec seruus, (§. 465. I.) nec peregrinus, (§. 465. III.) nec filiusfamilias; (§. 466. IV.) testamentum condere possit: facile patet, testamentum ita incidere in casum, a quo incipere non possit. L. 98. pr. ff. de V. O. *quod si testator incidit an- tulum non potest incipere, toties testamentum antea conditum, si irritum.*

ratione est, si testamen- tum de meliori tem- factum semper irritum manet.

§. 521. Et hoc tamen testamentum nonnisi quam sustinet Prætor & scripto heredi dat bonorum possessionem secundum tabulas, dum testator tempore mortis ciuis Romanus & suae potestatis fuerit. §. 6. Inst. h. t. L. 12. pr. ff. de iniust. rupt. irr. test. & si minima capitis deminutio testamentum irritum fecit, noua voluntatis testatio accesserit. L. 11. §. 2. ff. de bon. poss. sec. tab.

§. 522. V. DESTITVTVM dicitur testamen- tum, ex quo heres non existit, siue nolit hereditatem adire, siue ob mortem, vel deficientem conditionem, non potuerit. §. 7. Inst. de hered. quae ab intest. Ergo his casibus res ad causam intestati redit. pr. Inst. eod. L. 181. ff. de R. I.

Testa- mentum destitu- tum.

Rescisum per querelam inofficiosi §. 523. Postremo VI. RESCINDITVR testamentum facto iudicis, per querelam inofficiosi, de qua titulo sequente.

[S. I. S. I. S. I. S. I. S. I. S. I. S. I. S. I. S. I. S. I. S. I.]

TIT. XVIII.

Officiosa iniqua v. s. *Officiosa*
INOFFICIOSO TESTAMENTO.

§. 524.

Effectus praeteritionis & exheredationis, de quo hoc titulo agendum, (§. 475.) est: vt praeteritus exheredatusve aut rumpat testamentum, (§. 517.) aut nullum dicere; aut bonorum possessionem contra tabulas petere; aut denique si alia actio non suppetat, querelam inofficiosi instituere possit. *Postumus rumpit, nullum dicit, emancipatus b. p. c. tab. petit.*

Axiomata de his actionibus §. 525. De his actionibus sequentia sunt obferuanda axiomata I. si quis tempore testamenti conditi adest, qui necessario ex ipsis legibus civilibus est instituendus aut exheredandus, nec tamen institutus riteve exheredatus, sed praeteritus est: testamentum est nullum. II. Sin verotalis post conditum demum testamentum existat: testamentum rumpit. (§. 517.) III. Qui praeteritus est, cum tamen ex Edicto Praetoris necessario aut instituendus aut exheredandus esset, bonorum possessionem contra tabulas petit. Denique IV. si quis licite praeteritus est, h. e. si talis sit

fit praeteritus, qui neque civili neque Praetorio iure abscisse instituendus aut exheredandus fuit; aut si quis *rite* exheredatus sit: (§. 476.) iure Codicis ad *querelam inofficiosi* ipsi est con- fugiendum. *)

*) Dixi iure Codicis. Secundum Nov. 115. exhe- redatio *liberorum & parentum cum elogio*, h. e. expressione iustae causae fieri debet, alias testamentum *quoad institutionem corrumpit*. Hoc casu ergo *querelam nullitatis iuris noui* obtinere, verius videtur. Certe vsus fori ita seruat. Stryk in vsu mod. Pand. h. t. §. 2.

§. 526. Si autem quaeritur, quaenam perso- nae instituendae aut exheredandae sint, quaeue praeteriri possint: multum discrepat ius antiquum a Iustiniano. Iure enim ueteri magnum erat discrimen I. inter liberos & parentes fratresque; II) inter patrem & matrem; III) inter suos & emancipatos; IV) inter naturales ac adoptiuos; V) inter filios & filias; (§. 476.) VI) inter li- beros primi & vltiorum graduum (§. cit.) ac denique VII) inter natos & postumos. vid. tit. D. de lib. & post. tit. I. de Exhered. lib. *)

*) Faciem iuris antiqui pleni delineauimus in ta- bella I. libro adiecta.

§. 527. Sed nouo iure I) sublata est in totum Secun- differentia quinta & sexta §. 5. I. de exhered. dum ius lib. L. 4. C. de lib. praeter. II) Aliquatenus nouum? sublata est differentia prima. Parentes enim & hodie praeteriri possunt, vt olim; non tamen

Quinam
institu-
endi aut
exhere-
dandi se-
cundu-
m ius an-
tiquum?
Posthumus
Sle-
us est, qui viro
testatore natus
in ipsius patre
potestatis im-
diato fuit.

aliter, quam allegata iusta causa. Nov. 115. c. 3.
 III) Cessat quodammodo differentia *secunda*.
 Namque matri etiamnum praeterire licet liberos;
 at iustam tamen causam exprimere tenetur.
Nov. 115. c. 3.

Quid iuris ergo si pater aut ascendentes patris liberos suos naturales. natos praeterirent aut exheredarent? §. 528. Iure ergo nouo I. pater & ascendentes patris liberos suos, naturales, tempore testamenti conditi natos, praeterire non possunt. Praeteritio enim testamentum reddit nullum *pr. I. de lib. exhered. L. 30. D. de lib. & post L. 1. D. de iniusto, rupt.* II. Si liberos tales exheredant, at non rite: itidem testamentum est nullum (§. 476.) L. 1. 2. 3. D. de lib. & post. *pr. & §. 5. I. de lib. exhered.* III. Exheredatione rite facta, sed non expressa causa, aut expressa quidem sed non iusta causa: testamentum quoad institutionem corrumpit. Nov. 115. c. 3. Denique IV. querela inofficiosi experiendum est, si iusta quidem causa in testamento sit allegata, quae tamen vera non est, h. e. ab herede scripto probari nequit. *Nov. alleg. Cap. 3. & 4. in fine ubi dicitur: Si haec omnia, non fecerint observata, nullam vim huiusmodi, quod iustum ad*
 Quid si emancipatos. §. 529. V. Emancipati praeteriti petunt bonorum possessionem contra tabulas, & quidem cum re §. 3. I. de lib. exhered. Eadem datur illis, si non rite exheredati sunt L. 4. 6. 8. D. de bon. poss. c. t. Sin rite exheredatio facta: bonorum possessionem petunt sine re, eo effectu, ut testamentum ex Nov. 115. impugnare aut querelam inofficiosi mouere possint. Nov. 115. c. 3.

§. 530. VI. Si pater aut ascendentes paterni **Quid si**
 liberos naturales *postumos* praetereunt: hi vel **postu-**
 sui sunt, vel emancipati. In emancipatis idem **mos?**
 est iuris, quod in iam natis emancipatis. (§. 529.) Postumi sui praeteriti aut non rite exhe-
 redati rumpunt testamentum. Si rite exheredan-
 tur, idem repetendum, quod de liberis tempore
 testamenti facti iam natis (§. 528. n. III. & IV.)
 diximus. L. 10. D. de lib. & post §. 1. I. de lib.
 exhered. L. 1. & 2. D. de bon. poss. c. 1. L. 2.
 Cod. eod.

§. 531. VII. Adoptivus, imperfecte talibus, **Quid si**
 nihil debetur; nec magis adoptatis perfecte aut **adopti-**
 arrogatis, cum ante mortem testatoris sunt eman- **uos?**
 cipati. Si emancipati non sunt, idem circa illos
 iuris est, quod circa naturales. (§. 528.) §. 5. I.
 de lib. exhered. L. pen. C. de adopt. (§. 149.)

§. 532. VIII. Mater ac ascendentes materni **Quid**
 si excludunt naturales liberos; siue praetereant, **obser-**
 siue exheredent, iustam causam eamque veram, **vandum**
 in testamento exprimere tenentur. Si enim cau- **a matre**
 sam non exprimant, aut legibus non probatam: **& ascen-**
 testamentum quoad institutionem corrumpit. Sin **dentibus ma-**
 causa falsa sit: querela inofficiosi locum habet. **ternis?**
 Nov. 115. c. 3. A patre adoptatis mater & ascen-
 dentes materni nihil debent. L. 5. Cod. de adopt.

§. 533. IX. Si parentes a liberis praeterean- **Quid iu-**
 tur aut exheredentur, causa legibus probata al- **ris, si pa-**
 leganda est. Quodsi nulla allegata, aut talis, **rentes**
 quam lex non probavit, testamentum quoad in- **aut fra-**
 tres

praeter-
reantur
aut ex-
here-
dantur.

stitutionem corrumpit. Si causa falsa est, querela inofficiosi obtinet Nov. 115. c. 3. X. Fratres denique siue exheredentur siue praeterantur, turpi persona, prae aeta, querela inofficiosi utuntur, modo exclusi, nem ab hereditate non meruerint, §. 1. I. h. t.

*) Ius nouum circa exheredationem, & praeteritionem adumbratum est tabula II. in calce libri.

Querela
inoffi-
ciosi
quid sit?

§. 534. QVERELA ergo INOFFICIOSI est actio, qua illi, quibus debetur portio legitima, rite exheredati aut licite praeteriti sunt, agunt contra heredem scriptum, ad testamentum rescindendum, & concedendam ipsis successionem ab intestato. *)

*) Hanc querelam ex moribus & interpretatione prudentum esse docuimus in antiquit. rom. h. t. §. 5. Quum enim iniuste exheredatis nec lex, nec praetor, succurreret: callide iureconfulti uti eos iubebant colore furoris; ac si pater integrae mentis non fuisset, qui tam maligne de sanguine suo iudicasset Bynkersh *Obs. lib. 2. cap. 12.* Hanc ergo actionem vocabant QVERELAM, quia cognati proprie non accusare & litigare, sed *conqueri* inter se dicebantur. Voss. *Inst. Orat. Lib. 1. cap. 6. §. 2.* Vocabant querelam INOFFICIOSI, quia, quemadmodum *beneficia alienorum sunt*: ita officia eorum, quos *necessitudo suscitatur*, & *opem ferre iubet.* Senec. *Lib. 3. de Benef. cap. 18.*


Quando
collet
querela
quis

§. 535. Quum itaque agi consueuerit eo colore, ac si testator emotae mentis fuisset: sequitur I. ut non solum heredis institutio, sed & reliqua capita testamenti rescissi corrumpantur; quod ta-

men

men iure nouo mutatum. *Nov. 115. cap. 3. § 4.* eius ef-
 II. vt odiosa habeatur haec querela. Et inde est, *fectus?*
 1) quod non detur, nisi in subsidium, si aliud
 remedium desit; *§. 2. Inst. h. t.* 2) quod non
 detur exheredati heredibus, nisi praeparata; *L. 6.*
§. fin. ff. L. 5. C. h. t. praeterquam quod ex-
 heredatus interea, dum heres scriptus deliberat,
 mortuus, etiam non praeparatam hanc querelam
 transmittit; *L. 34. C. h. t.* 3) quod non detur
 elapso quinquennio; *L. 8. §. ult. ff. L. 34. C. h.*
t. 4) nec si exheredatio bona mente facta; *L. 18.*
ff. de lib. § postum. 5) Quod, qui in hac que-
 rela succumbit, legata relicta amittat. *) *L. 8.*
§. 14. ff. h. t. Denique obseruandum, excludi a
 querela, qui voluntatem testatoris vel expresse
 vel tacite agnouit. *L. 17. pr. L. 10. ff. h. t.*

*) Quod tamen secundum ius nouum dubium
 est, eeu obseruat Io. Christoph. Koch in *spe-*
cim. comp. Pandectar. Med. 5.



TIT. XIX.

D E

HEREDVM QUALITATE
 ET DIFFERENTIA.

§. 581.

Heredes duplicis sunt generis; alii enim si-
 ue velint, siue nolint heredes sunt; alio- *Heredes*
 rum vero arbitrio relictum est, vtrum heredita- *vel ne-*
 tem. *cessarij*

0 4

vel voluntarii. tem acquirere an omittere velint. Illi NECESSARIi, hi VOLUNTARIi dicuntur *pr. I. h. t.* Necessarii vel SVI ET NECESSARIi, vel NECESSARIi TANTVM sunt.

Heredes necessarii. §. 537. NECESSARIi heredes sunt *serui proprii instituti; qui, siue velint, siue nolint, a morte testatoris & liberi sunt, & ipso iure heredes.* §. 1. *Inst. h. t. L. 57.* §. 2. *ff. de acquir. vel omit her.*

Sui & necessarii. §. 538. SVI & NECESSARIi sunt liberi, qui in patria potestate morientis fuerunt, & tempore delatae hereditatis proximi in familia sunt *) §. 2. *Inst. h. t. L. 33.* §. 1. *ff. de test. mil. conf. Vinn. ad §. 2. h. t.* SVI ergo dicuntur partim, quia in potestate parentis sunt, (§. 99.) partim, quod viuo patre quodammodo domini habentur, (**), & hinc sibi ipsis veluti succedere & *αὐτοκληρονόμοι* esse censentur. §. 2. *Inst. h. t.* NECESSARIi autem, quia & ipsi iure ciuili, siue velint, siue nolint, heredes parentum ex testamento & ab intestato fiunt. §. 2. *Inst. h. t.*

*) Si enim recidunt in potestatem patris, adeunt hereditatem iussu patris: adeoque non sunt ipso iure heredes.

**) Hinc & *heri minores* dicuntur. Eleganter apud Plautum *Trinum. Act. 2. scen. 2. v. 48.* Lyfiteles patri, quaerenti, an de suo benefactorus sit Lesbónico? respondet:

De MEO, nam quod tuum est, meum est, omne meum autem tuum.

§. 539. Hi ergo sunt *ipso iure*, & *necessario* Beneficium ab-
 heredes. Sed Praetor illis dedit BENEFICIUM *stinendi.*
 ABSTINENDI, impuberibus, etiam si se immis- *Beneficium ab-*
 cuerint, puberibus, si se non immiscuerint, *stinendi.*
 nec per eos factum fuerit, quo quid ex ea here- *Beneficium ab-*
 ditate amoueretur. §. 2. *Inst. h. t. L. 57. pr.* *stinendi.*
 L. 11. L. 12. L. 71 §. 3. ff. de *acquir. vel op.*
her. Hoc facto, *necessitas* quidem habendi here- *stinendi.*
 ditatem sublata, non vero *ius sui heredis* cessat;
 sed *sui* etiamnum hereditatem *ipso iure* acqui-
 runt. §. 3. *L. de hered. quae ab intest. def.*

§. 540 Ex quo consequitur, I. vt non adeant *Suitatis*
 hereditatem, sed statim a morte testatoris in eius *effecta.*
ius succedant. d. §. 3. *Inst. de hered. quae ab in-*
test. II. Vt non dicantur PRO HEREDE GE-
 RERE, sed SE IMMISCERE. III. Vt hereditatem
 non REPVDIASSE dicantur, sed ab eadem AB-
 STINVISSE. IV. Vt hereditatem etiam non adi-
 tam ad heredes transmittant. L. 3. *C. de iure delib.*

§. 541. VOLUNTARIII sunt quibus extranei, *Heredes*
 qui hereditatem sibi delatam suo arbitrio & ad *volun-*
quirere, & omittere possunt. sic emancipati. *tarii.*

§. 542. ADQVIRVNT ergo hereditatem ad-
 eundo, *) §. 5. *I. h. t.* ADITIO autem est li-
 bera & pura declaratio heredis ipsius, quod in
 omne ius defuncti succedere velit; quae, si ex-
 presse fit, ADITIO, stricte, sin tacite PRO HERE-
 DE GESTIO vocatur. *Pro herede ergo gerere*
 dicitur, *qui aliquid quasi heres & animo here-*
dis facit, v. c. agros colens, pecuniam faenori

locans, credita exigens; §. ult. Inst. h. t. nisi
 vel ex testatione, vel aliis argumentis, adpareat,
 eum id non animo heredis fecisse. L. 20. pr. §.
1. ff. de adq. vel om. her.

*) Hereditas nondum adita iacens dicitur, & vi-
 cem defuncti sustinet. L. 37. D. de A. & D.

Qui adire pos-
 sunt?
 VII. 30.

§. 543. Ex definitione aditionis (§. 542.)
 fuit I. pupillum ipsum hereditatem adire debere,
 auctore quidem tutore. L. 5. C. de iure delib.
 Infans vero pro herede se gerere videtur tutore
 auctore. L. 35. §. 3. D. ad SC. Trebell. II. Do-
 minum & patrem adire non posse hereditatem
 seruo aut filio familias delatam, sed ipsum ser-
 vum & filium iussu domini & patris adire L. 1.
§. 1. seqq. L. 26. D. si quis. omiffa. L. 36. L. 62.
§. 1. D. de acquirend. vel omittend. hered. III.
 Furiosos & mente captos nullo modo, L. 63. D.
ead. IV. minores autem & prodigos non nisi
consentiente curatore adire posse. arg. L. 18. §.
fin. C. de iure delib. L. 6. D. de verb. oblig.
iunct. L. 8. D. de A. vel O. H. Iure tamen non
permiffum est tutori, nomine pupilli, nec non
patri, nomine infantis, adire hereditatem. L. 18.
C. de iure delib. Si vero furioso vel mente cap-
 to hereditas desertur, pater aut curator bono-
 rum possessionem furiosi aut mente capti nomine
 petunt. *) Filio denique familias, siquidem ius-
 tae sit aetatis, concessum est, & iuuito patre he-
 reditatem adire. L. ult. pr. §. 1. 2. C. de bon.
quat. lib.

pr. 61 92.
 VI. 61.

*) Ita

*) Ita tamen ut furiosus, si ad sanam mentem pervenerit, hereditatem a curatore aditam recipere possit; si vero in furore decesserit, nec voluntatem habendi hereditatem declaraverit, hereditas ad eius heredes non transmittatur L. fin. C. cit. conf. tamen Gust. Bern. Becmanni *diff. de acquisitione hereditatis dementi delatae.* (Goett. 1772.) §. 32.

§. 544. Ex eadem sequitur: V. ut aditio vltro fieri, adeoque vis & coactio abesse debeat. L. 6. §. vlt. ff. de acqu. vel om. her. L. 16. C. de iur. delib. VI. Ut adiri debeat hereditas tota, non pars, (§. 442. III.) L. 1. L. 2. L. 55. ff. eod. VII. Ut quidem ea declaratione institutus fiat heres, sed possessionem non adquirat, nisi naturaliter adprehensam. L. 23. pr. ff. de acquir. vel amitt. possess. (§. 281.) VIII. Ut hereditas non possit adiri per procuratorem. Is enim, qui mandat procuratori, ut adeat, eo ipso iam adiisse censetur. L. 90. D. de acquir. vel om. hered. Contius *lect. subseciv.* L. 2. C. 17. Dissent. Fachinaeus *Lib. 6. controuers. Cap. 96.* aliique. (*respicitur S. 433. in fine*)

Quo-
modo
adeunda
heredi-
tas?

(365)

§. 545. Nec minus IX. inde inferitur, hereditatem adiri non posse sub conditione. L. 51. §. vlt. ff. de acqu. vel omitt. her. L. 77. ff. de R. I.

Adiri
non po-
test sub
condi-
tione.

§. 546. Cum vero per aditionem hereditas adquiratur: (§. 542.) consequens est, X. ut hereditas non adita non transmittatur, L. vn. §. 5. C. de Caduc. toll. nisi a liberis sui iuris, qui ad descendentes tantum eam transmittunt, quae

Aditio-
nis ef-
fectus.

trans-

VI. 52
l. 18. §. 1. Cod.
De iure delib.
vt. 30.

l. 22. §. 1. Cod.
cod.

§. 951.

transmissio vocatur *Theodosiana. L. vn. C. qui ante apert. tab. hered. transmitt.* XI. vt heres post aditam hereditatem aes alienum quantumcunque soluere teneatur pro portione hereditaria; licet hereditas soluendo non sit. *L. 10. C. de iur. delib.* XII. Vt is, qui hereditatem adiit, cum legatariis & fideicommissariis quasi contraxisse censeatur, atque inde hi legata & fideicommissa actione personali ex testamento ab eo petere possint. §. 5. *Inst. de oblig. quae quasi ex contr. Vulgatum iuris est. hereditatis aditus in soluit quasi contractum.*

Beneficia heredis conditio, hinc duplex proditum est beneficium, alterum a Praetore, quod **IVS DELIBERANDI**; alterum a Iustiniiano, quod **BENEFICIUM INVENTARII** dicitur.

§. 548. **IVS DELIBERANDI** est spatium heredi instituto concessum ad deliberandum, vtrum adire hereditatem, an eandem repudiare consultius sit. §. 5. *Inst. h. t. L. 9. C. de iur. delib.* Quodsi nimirum hereditas alicui defertur, & I. nemo vrget, vt adeat repudietue; intra XXX. annos adire potest *L. 8. C. de iur. delib.* Cum autem II. vel substitutus, vel heredes ab intestato vel creditores vrget; heres intra annum, a die, quo hereditatis delationem scierit, declarare debet, vtrum an *adire*, an *repudiare*, an *deliberare* velit. III. Si nullum ex his fecerit & annus sit elapsus: hereditas ratione substituti & heredum ab intestato repudiata, *L. 69. de A. vel*

Ius deliberandi.

Deliberandi =
synonyma

O H. ratione creditorum adita censetur. L. 22 §. 14. *Cod. de iure delib.* Si vero IV. intra hunc annum moritur absque declaratione, heredes eius intra reliquum tempus voluntatem declarare possunt. L. 19. *C. de iur delib.* Denique V. si heres intra praedictum annum declaraverit, se deliberatione vsurum esse: spatium deliberandi aut a Principe aut a magistratu petere debet. L. 22. §. 13. *C. eod.* VI. Elapso hoc spatium concessio, hereditas itidem aut adita aut repudiata habetur (vid. h. §. n. III.) VII. Decedente vero herede intra hoc spatium, pariter, ut sub n. IV. dictum, heredes eius intra tempus, quod reliquum est, adire possunt. *)

*) Terminus ergo in L. 19. *Cod. all.* concessus legalis est, eoque heres gaudet, si vel maxime spatium deliberandi non petit. Si autem illis ad finem properante, heres longiori mora sibi opus esse existimet, petere tenetur spatium aut a Principe aut a magistratu, idque ad summum vel anni est vel novem mensium. Sic concilianda videtur d. L. 19. *cum*, L. 22. §. 13. *eod.* Caeterum transmissio eius quod ex termino legali aut spatio ad deliberandum concessio reliquum est, in heredes, vocari solet: *transmissio Iustiniana.*

§. 349. BENEFICIUM INVENTARII est ius, quo heres, rite confecto inventario, post aditum in-
tam hereditatem ultra vires hereditatis non tene-
tur. §. 6. *Inst. h. t. L. ult. §. 2. 3. 4. C. de Beneficium Inventarii*
iur. delib. Rite autem fit inventarium, I. si intra
triginta dies a momento notitiae inchoetur, II.

tamenti continentur: tractationem de his Iustianus doctrinae de testamentis intermiscet.

§. 552. Est vero LEGATVM *ultima voluntas, qua alicui titulo singulari verbis directis aliquid relinquitur.* Quod si nimirum in ultima voluntate quid relinquitur: id aut verbis *directis* s. imperatiuis fit, aut *obliquis* s. precatiuis. Si verbis imperatiuis relinquitur, aut *vniversitatem rerum* in aliquem confero, aut *rem singularem.* Ille HERES, & quidem DIRECTVS; (§. 441.) hic LEGATARIVS vocatur. Sin vero verbis *precatiuis* alicui relinquo emolumentum, FIDEL. COMMISSVM adest; & quidem VNIVERSALE, si heres rogatur, vt *vniversitatem rerum* restituat; SINGVLARE, si *res singularis* *) restituenda est.

*) *Vniuersitatem rerum* consequi dicitur, qui aut in omnia bona, aut in partem *quotamcumque* iure accrescendi in casu coheredis deficientis.

§. 494; simul vero in obligationes defuncti succedit. *Rem singularem* contra adipiscitur, qui solam rem sibi relictam capit, siue res unica sit, siue summa, siue pars hereditatis; ita ut neque iure accrescendi, deficiente herede, gaudeat, neque obligationes & debita defuncti suscipiat.

§. 553. Olim magna erat inter *legata & fidei-commissa singularia* differentia. Nam I. illa testamento, vel codicillis testamento confirmatis; haec codicillis etiam non confirmatis, immo nullis; Vlp. tit. 25. §. 3. 8. II. illa non nisi *Legatine*, haec *fideicommissa*.

Quid legatum & fideicommissum?

§. 392.

*Amungu' huius
= uafur!*

obligationis fidei

tine, haec & Graecae relinquebantur; Vlp. tit. 25. 9. III. illorum strictior, horum benignior erat interpretatio. L. 16. C. de fideic.

Legata
quotu-
plicia.

§. 554. Legata erant quadruplicia. Alia enim I. per VINDICATIONEM relinquebantur, verbis: *Do, lego, sumito, capito, habeto*. Alia II. per DAMNATIONEM, verbis: *Heres damnas esto dare, dato, facito; eum dare, facere iubeo*. Alia III. per PRAECEPTIONEM, verbis: *Heres praecipito, praecipuam rem accipito*. Huiusmodi enim legatum tantum vni ex coheredibus relinquitur. Alia IV. SINENDI MODO, verbis: *heres finito legatarium sumere vel habere*. §. 2. Inst. h. t. Vlp. tit. 24. §. 2. sequ.

Hæc dif-
ferentia
sublata.

§. 555. Sed iure nouo discrimen non modo legatorum & fideicommissorum singularium, §. 3. Inst. h. t. L. 1. ff. de legat. 1. L. 2. C. comm. de legat. & fideic. sed & ipsorum legatorum per vindicationem, damnationem, praecceptionem & sinendi modo relictorum, quod ad effectum, prorsus sublatum est. §. 2. Inst. h. t. L. 15. C. de test. L. C. comm. de legat. & fideic.

Axioma-
mata de
legatis.

§. 556. Vnde obseruanda axiomata: I. Omnia legata & fideicommissa singularia, quibuscumque relicta verbis & formulis, eiusdem hodie effectus sunt. d. §. 2. Inst. h. t. & L. 1. C. comm. de leg. II. Legata quoque & fideicommissa singularia per omnia æquata sunt. §. 3. Inst. h. t. III. Legata & fideicommissa hodie triplici modo relinqui possunt, a) testamento b) codicillis, & c)

orete.

oretenus, si haeres praefens est. Primo casu opus est sollempnibus testamenti; (§. 471. sqq.) altero requisitis codicillorum; (§. 665. sqq.) tertio nulla sollempnitas requiritur. §. ult. l. de fideic. hered. l. att. Cod. de Fidei-Comm.

§. 557. Quum vero legatum sit ultima voluntas (§. 552.), sequitur I. vt legare & fideicommittere possit, qui potest testari L. 2. L. 114. pr. & §. 1. ff. de leg. 1. II. Vt eo iure destituantur omnes, quos testamenta facere non posse diximus. (§. 465. sequ.)

§. 558. Hinc & legata & fideicommissa relinqui possunt III. omnibus, qui iure capiunt ex testamento, (§. 483. seqq.) non incapacibus, excepto legato alimentorum L. 11. de alim. leg. Ergo etiam recte relinquuntur IV. personis incertis. (§. 485.) §. 25. Inst. h. t. V. pauperibus, (§. eod.) L. 24. C. de episc. VI ecclesiis (§. eod.) L. 1. C. de eccles. VII. civitatibus, (§. eod.) L. 117. ff. de leg. 1. VIII. collegiis licitis (§. eod.) L. 1. §. 15. ff. ad SC. Trebell. IX. postumo alieno, §. 26. seq. Inst. h. t. Inutiliter autem X. legatur ipsi heredi ex assie instituto, imo & seruo heredis, nisi sub conditione §. 32. Inst. h. t. arg. L. 116. §. 1. ff. de legat. 1.

§. 559. Quia deinde omnium legatorum & fideicommissorum singularium hodie eadem natura est: (§. 556. l.) sequitur, I. vt legari possit ab omnibus, ad quos quidquam a testatore pervenit;

venit; L. 92. §. ult. ff. de legat. 1. adeoque non solum ab herede, sed et a legatario & fideicommissario, eorumue heredibus, pr. Inst. de sing. reb. per fideic. relic. L. 2. D. commun. de legat. dum ne onerentur ultra, quam honorati sunt, §. 1. Inst. eod. aut legatario res sua legetur, quod legatum est inutile, licet viuo testatore eam alienauerit ob regulam Catonianam (§. 465.) nisi sub eadem conditione legatum relictum sit. L. 1. §. ult. ff. de reg. Caton.

Quae-
nam res? §. 560. Ex eodem axioma sequitur, II. vt legari possint res omnes, quae in rerum natura existunt, vel existere possunt, tum corporales, tum incorporales, modo sint in commercio saltem legatarii. L. 49. §. 2. 3. ff. de legat. 2. arg. L. 34. ff. de verb. obi. L. 40. de legat. 1.

Etiam
futurae. §. 561. Ergo legari possunt III. res non solum praesentes, verum etiam futurae, veluti fructus in fundo nascituri. *) §. 7. Inst. h. t. L. 24. pr. ff. de legat. 1. & L. 17. pr. ff. de leg. 3.

*) Tunc vero, si fundus adiectus demonstratio-
nis causa, in diuersa propositione, veluti:
Amphoram vini do lego, quae ex vinea Tus-
culana sumetur, legatum, etiamsi nihil nasci-
catur, debetur, L. 12. ff. de alim. leg. L. 13.
ff. de trit. vin. ol. leg. sin taxationis causa
in vna eademque propositione, veluti: Am-
phoram vini ex vinea Tusculana do lego: si
nihil natum, nihil debetur, L. 5. ff. de trit.
vin. ol. leg. 8. §. 2. ff. de leg. 2.

Contrarium
aspicit
Höpfner.

§. 562. Legari possunt IV. non solum pro- Et alie-
priae testatoris res, sed & alienae; eo effectu, nae.
vt heres aut eas redimat, aut, si non possit, aesti-
mationem praestet arbitrio iudicis, nisi testator

eas alienas esse ignorauerit. §. 4. *Inst. h. t. §. 620.*

§. 563. Quumque & res incorporales recte Immo
legentur. (§. 560.) nemo dubitat, quin VII. & res in-
legatum NOMINIS & VIII. LIBERATIONIS vti- corporales. Le-
le sit. Illo enim testator in legatarium confert, gatum
quod sibi a tertio debetur, §. 21. *Inst. h. t. L. 3.* nomis
§. 6. L. 75. §. 2. ff. de legat. 1. hoc here- & libera-
dem obligat ad reddendum chirographum. L. 3. tionis.

§. 2. ff. de liber. leg. *Nonnulli huiusmodi adiri solent in iura 2^a*

§. 564. Utile quoque est IX. legatum DEBI- Lega-
TI, id est, quo testator creditori suo legat, quod tum de-
ei debet, dummodo plus sit in legato, quam in bito.
debito; v. c. si pure legatum, quod sub condi- *Nonnulli huiusmodi adiri solent in iura 2^a*
tione vel ex die debebatur, §. 14. *Inst. h. t. Ita*
& creditor chirographarius hoc legato ius hy- *non pariter solent adiri in iura creditor.*

pothecae consequitur; vel, si ei probationes de- } *Effectus.*
sint, rem ex testamento petere potest.

§. 565. Eiusdem naturae est X. praelegatum Prael-
DOTIS; partim quia sic vxor eam statim petere gatum
potest, quum alias annum expectare teneatur, dotis.

si dos sit mobilis; §. 15. *Inst. h. t. L. vn. §. 6. V. 13.*
C. de rei vx. act. partim quod non obstricta est *nonnulli huiusmodi adiri solent in iura 2^a*
vxor legataria ad probationem illatae dotis; *nonnulli huiusmodi adiri solent in iura 2^a*
dummodo maritus testator certam quantitatem

expresserit & eum heredibus mariti, non cum

creditoribus agatur. d. §. 15. L. 1. §. 7. sequ.
ff. de dot. prael.

Speciei, §. 566. Recte etiam legatur XI. non solum
partis SPECIES, sed & XII. PARS QVOTA heredita-
quotae, tis; XIII. QVANTITAS, & XIV. GENVS. SPE-
quanti tatis, ge- CIES iureconsultis est indiuiduum, v. c. *Tuscu-*
neris. *lanum, Stychus, bucephalus;* GENVS iis est,
quod philosophis species, vti *praedium, feruus,*
equus. QVANTITAS genus numero definitum,
vti *quadriga, centum aurei.* PARS QVOTA
hereditatis dicitur, pars, quae non nisi relative
ad totam hereditatem determinata est. e. g. *lego*
quartam, quintam partem hereditatis.

Circa le- §. 567. Et legatum quidem SPECIEI id habet,
gatum I. quod ea non heredi, sed legatario, perit, nisi
speciei illius culpa vel leuissima intercedat; §. 16. *Inst.*
quid iu- h. t. L. 47. §. pen. ff. de leg. 1. II. quod dua-
ris? bus speciebus legatis, si vtraque res principalis
sit, vna, viuo testatore, extincta altera debea-
tur; sin altera principalis, altera fit accessoria,
illa extincta, haec non debeatur. §. 17. *Inst. h. t.*
III. Quod vniuersitate legata, & incrementum
& decrementum legatario in lucrum & damnum
cedat; adeoque, grege legato, & vna ovis su-
perstes debeatur. *) §. 18. 19. 20. *Inst. h. t. L.*
22. ff. de leg.

*) Quod secus in vsufructu gregis, siquidem vna
oue superstitite vsufructus non constat. L. ult.
ff. quib. mod. vsufr. amitt.

§. 568. Si pars quota hereditatis legatur: (§. 566.) legatum dicitur PARTITIONIS & legatarius PARTIARIUS. §. 5. *I. defideicom. hered. Vlpian. Tit. 24. §. 25.* Talis legatarius admitendus quidem est in partem rerum hereditarium; attamen, quia non est successor vniuersalis sed singularis: (§. 552.) iuris successor non est, neque actiones hereditarias exercere, iisue a creditoribus conueniri potest; verum hae in solidum permittuntur heredi, isque vicissim creditoribus solus respondere compellitur. Cum tamen pecunia hereditaria, cuius pars debetur legatario, exactis debitorum nominibus augetur, & contra dimissis creditoribus minuitur: incrementum illud pariter ac decrementum ad legatarium quoque spectat. Ea propter stipulationibus mutuis, quas PARTIS ET PRO PARTE dixere veteres, heres & legatarius sibi inuicem prospicere solent. §. 5. *I. cit. Vlp. l. c. l. 8. §. fin. de legat. 2. conf. Voorda diss. de legato partitionis.*

§. 569. De legato GENERIS obseruandum. Quid circalegatum generis? I. illud vtile esse, si genus non summum sit, ita vt species plane inutiles complectatur. Alias legatum inutile est. *L. 24. §. 3. L. 71. pr. ff. de legat. 1.* II. Electionem tunc esse penes legatarium, nisi aliud testator sanxerit, dummodo non optimum eligat. §. 22. *Inst. h. t. L. 37. pr. §. 1. ff. de legat. 1.*

Et legatum optionis.

§. 570. Vnde adparet, quid interfit inter legatum GENERIS & OPTIONIS vel ELECTIO. NIS, quum testator legatarium aliquem ex rebus suis diserte eligere iubet: tunc enim eligit legatarius (eiusue heres, *L. ult. C. comm. de leg.*) etiam optimum. §. 23. *Inst. h. t. L. 2. §. 1. ff. de opt. leg. L. 19. §. 1. ff. de dol. nec tamen, quod semel elegit, repudiare, aliudque praeferre potest. L. 20. ff. de opt. leg.*

Quid legat. generis & quantitat. commune habeant?

An & facta legentur?

Quotupliciter possit legari?

Subconditione.

Subdemonstratione.

§. 571. ² Commune id est legatis generis & quantitatis, quod nec genus, nec quantitas, perire intelligantur.

§. 572. Denique & XV. FACTA recte legantur, in quorum praestationem heredem damnauit testator; modo sint honesta, quia alias euasidum esset legatum. *L. 112. §. 3. ff. de leg. 1.*

§. 573. Potest porro legari vel PVRE, vel IN DIEM vel EX DIE, vel sub CONDITIONE, vel sub DEMONSTRATIONE, vel sub CAVSSA, vel sub MODO. *L. 1. pr. ff. de cond. & dem. L. 17. pr. & §. ult. L. 72. §. 6. ff. eod.*

§. 574. De CONDITIONALI legato eadem obseruanda, quae diximus supra. (§. 492. sqq.) Hinc etiam legatum sub conditione negatiua potestatiua relictum, non suspenditur, dum caueat legatarius, se conditioni pariturum. (§. 493. VII.)

§. 575. Sub DEMONSTRATIONE legatur, quoties vel personae vel rei legatae additur de-

scrip.

Scriptio, qua ea tanto certius designetur. v. c. ^{mit vinnor} Strichum, quem a Mevio emi, do lego, L. 34. pr. ^{Legisimulmuy} ff. de cond. & dem. De ea notandum, quod falsa demonstratio non magis legatum perimat, L. 17. pr. L. 34. pr. L. 40. §. 4. ff. eod. quam error admissus in nomine, §. 30. Inst. h. t. L. 4. ff. de legat. 1. (488. §.)

§. 576. SVB CAVSSA legatur, quoties Sub tor causam impulsivam adscribit, e. c. Titio, causla. quia negotia mea gessit, do lego, §. 31. Inst. h. ^{mit vinnor} ^{Legisimulmuy} t. L. 72. §. 6. ff. de cond. & dem. Etiam haec, tamenti falsa, non vitiat legatum; d. §. 31. Inst. h. t. L. 17. §. 2. de cond. & demonstr. nisi ab herede possit probari, testatorem, si causam falsam scivisset, non fuisse legaturum, tunc enim doli exceptio locum habet. L. 72. §. 6. ff. de cond. & dem.

§. 577. SVB MODO denique legatur, quoties Sub mo- fnis, ad quem legatum, exprimitur, v. c. Ti. do. do lego, vt aedes suas reficiat. L. 17. §. ult. ff. eod. ^{mit vinnor} ^{Legisimulmuy}

§. 578. In hoc legato legatarius cauere tene- Quid tor, se modum impleturum, modo aut testato- circu ris aut heredis, vt impleatur, interfit. L. 40. §. hoc le- gatum ius? elt. L. 80. D. eod.

§. 579. Ita iure legatur. Non autem leges Legata nostrae sustinent legata CAPTATORIA: v. c. captato- ria & le- Titio, si mihi totidem legaverit, lego mille. ^{mit vinnor} ^{Legisimulmuy}

gata L. 64. ff. de leg. i. sustinent tamen legata POE-
 poenae NAE NOMINE relicta, nisi turpe quid heredi
 nomine. iniungatur, v. c. *Heres meus, nisi Seium occi-*
derit, Maevio mille dare damnas esto. Nam
 alias ex Iustiniani voluntate tamquam conditio-
 nalia valent. §. ult. Inst. h. t. Sed confer tu
 sis, Corn. van Bynkershoek *Exerc. de legatis*
poenae nomine relicta. comparatis tamen, quae
 movet Ev. Otto ad d. §. ult. ult. & Gust. Bern.
 Becmann. *diff. de ead. materia.* §. 26.

5. Ius ac- §. 580. Vti inter heredes (§. 494.): ita &
crescen- inter legatarios coniunctos valet IVS ACCRE-
di. SCENDI, quod est ius acquirendi portionem col-
auspelli legatarii coniuncti deficientis ab ipso non ad-
quisitam.

a, quid
 b, Requisite *) Ergo diuersa huius iuris ratio est in heredi-
 tibus & legatis. In hereditatibus illud obti-
 net ex iuris necessitate, quia nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest. (§. 442. III.) Vnde nec testator id ius prohibere potest. (§. 494.) In legatis contra ex praesumpta testatoris voluntate, qui deficientem partem creditur ad eum potius, cui rem eandem legauit, quam ad heredem, a quo legauit, voluisse deuolui. Hub. *Pract. h. t.* §. 23. extr. *Pulgatum iuris est: presumptus credit hereditati.*

b, Requisite §. 581. Vt ergo locum habeat ius istud subti-
 ta vt lo- lissimum, requiritur, I. vt legatarii sint coniun-
 cum ha- cti, id est, ad eandem rem vocati non adiectis
 beat. partibus realibus. L. 1. l. 1. ff. de usufr. accresf.
 L. 89. de Alias enim deficientis personae legatum extinguitur. L. vii. §. 2. C. de caduc. toll. II. Vt
 ly: 3^o colle.

collegatarius deficiat; III. deficiens nondum ad-
 quisiverit portionem suam. Hoc enim facto le-
 gatam ad heredes suos transmittit. L. vii. §. 5.
 C. de cad. toll. L. 5. pr. quando dies leg. ced.

§. 582. Duæ quaestiones circa legata super-
 sunt, notatu dignae. *Prima*: quando dies le-
 gatorum cedat & veniat? *Alter*a: a quo tem-
 pore legatarius dominium rei legatae consequatur?
Cedere autem dicitur *dies*, quando lega-
 tum deberi incipit; *venire*, quando peti potest.
 L. 213. D. de V. S.

§. 583. Quod ad priorem attinet, obserues
 velim: I. In legatis puris, quae ad heredes le-
 gatarii transeunt, dies cedit a tempore mortis
 testatoris; L. 5. §. 1. quando dies leg. ced. in
 illis, quae ad legatarii heredes non transmittun-
 tur, cedit demum ab adita hereditate, L. vii. §.
 2. D. quando dies ususfr. leg. ced. L. 8. quan-
do dies leg. ced. Ab eodem quoque tempore
venit, nisi sub modo legatum fit; (§. 577.)
 tunc enim venit demum dies, quando legatarius
 modum implet aut cauet. (ibid). II in conditio-
natis legatis dies neque cedit, neque venit; nisi
 existente conditione. L. 5. §. 2. D. quando dies
leg. ced. III. Si in diem certum legetur: (§.
 573.) dies cedit & venit vt in legato puro, (n.
 I. h. §.) IV. Cum legatur ex certo tempore,
 dies quidem cedit, vt in legato puro, (n. I. h.
 §.) venit autem demum tempore lapso. L. 21.
 pr. L. 22. §. 1. D. cod. V. Si dies, ex quo
 lega-

Quando
 dies le-
 gato-
 rum ce-
 dat &
 veniat?

legatur, omnino incertus, aut saltim incertum an exsisturus sit: eodem modo ut in heredis institutione, (§. 491.) pro conditione est. L. 75. D. de cond. & demonstr. L. 22. pr. quando dies legat. (n. II. h. §.). Sumamus denique VI. legari ex die, de quo certum est, quod venturus sit, incertum quando. Hic, siquidem ipsi legatario adscribitur, v. c. Tullio do lego centum, die, quo ipse morietur: equiparatur diei omnino certo; (n. IV.) sin tertio adiciatur, v. c. Tullio lego centum die, quo Seius morietur: pro conditione est. L. 4. §. 1. D. eod. (n. II. h. §.) *

*) Licet enim certum sit, quod Seius morturus sit, incertum tamen est, an vivo legatario Tullio mors eius continget. Atqui si Tullius ante Seium decedit, legatum non capit. (§. 493. VI.) Idem supra (§. 491. *) de heredis institutione dictum est.

A quo tempore legatarius fiat dominus?

§. 484. Quoad posteriorem vero quaestionem (§. 582.) notandum est: I. Antequam dies legati cessit, legatarius dominium non habet. II. Si vero dies cessit: aut species legata est, aut genus. (§. 569.) Genere legato, legatarius dominium demum consequitur, si heres ipsi rem tradit. L. 1. C. com. de legat arg. L. 6. D. de rei vend. Speciei & quidem alienae, legatae dominium adipiscitur, quando heres eam acquirit & tradit. Cum denique species testatoris propria legata est: legatarius a tempore mortis defuncti ipso iure dominium acquirit, sub tacite tamen

con-

conditione, si non repudauerit. L. 77. §. 3. L. 80. D. de legat. 2. L. 86. §. 2. D. de legat. 1.

§. 585. Quam legatorum pure relictorum dies statim cedat: (§. 583. I.) consequens est, ut ea cum fructibus, accessionibus, & usuris a tempore morae L. 39. §. 1. ff. de leg. 1. L. 42. ff. de usur. peti possint I. rei vindicatione, ex quo dominium rei legatae ad legatarium transit; (§. 584. II.) L. 80. ff. de leg. 2. II. actione in personam ex testamento, quia heres adeundo hereditatem cum legatariis quasi contraxisse censetur; (§. 546. XI.) §. 5. Inst. de obl. quat quasi ex contr. nasc. III. actione hypothecaria, quia bona hereditaria legatariis & fideicommissariis tacito obligantur pignore. L. 2. C. comm. de legat.

Quibus actionibus legata petantur?

TIT XXI.

Ad demptionem DE ADEMPTIONE LEGATORVM.

§. 586.

Quia voluntas hominis ambulatoria est usque ad mortem (§. 518.) facile patet, legata ac fideicommissa & adimi & in alios transferri posse. L. A. in fine. h. t.

Legata adimuntur & transferuntur.

587. ADIMVNTVR. quoties testator legato rio id, quod ei destinatum, conferri non vult, eaque ademptio vel IPSO IVRE fit, vel OPE EXCEPTIONIS.

§. 588.

Adimuntur ipso iure, I.

Verbis **§. 588. IPSO IVRE** legata adimuntur vel
 & factis. **VERBIS**, si vel testamento, vel codicillis dicat,
Ammissio se quod Titio dederit, legauerit, iam non dare
 legare; *Ammissio* pr. Inst. h. t. vel **FACTIS**, veluti si le-
 gatum induxerit; *Ammissio* L. 16. ff. h. t. rem legatum
 corruperit; *Ammissio* L. 65. §. 2. ff. de legat. 1. in aliam
 formam redegerit, ut ad priorem speciem re-
 ducere nequeat; *Ammissio* L. 88. §. 2. ff. de legat. 3. prae-
 ter necessitatem destraxerit, donarit legatum
 nomen exegerit. §. 12. Et 21. Inst. de legat.
Ammissio L. 18. h. t.

Per ex- **§. 589. OPE EXCEPTIONIS** eadem adimun-
 ceptio- tur, quoties mutatae voluntatis luculenta ex-
 nem. stant indicia; veluti, si capitales inimicitiae in-
Ammissio ter testatorem & legatarium intercesserint, nec
 reconciliatio sit sequuta; *Ammissio* L. 3. §. ult. L. 4. ff.
 h. t. vel si testator coram duobus testibus *),
 vel in scheda, contrariam voluntatem signifi-
 carit. *Ammissio* L. 13. ff. h. t. L. 27. C. de fideic. VI. A2.

*) Conf. Crell. diff. ad I. 3. §. 11. de adim. vel
 transfer. leg. Frid. El. de Pufendorf. T. 2.
 Obs. 116.

II.

Transfe- **§. 590. TRANSFERVNTVR** legata vel I. mu-
 runtur. tato legatario; v. c. Fundum, quem Titio *)
Ammissio legaueram, Maecio do lego; vel II. mutata
Ammissio persona, a qua legatum; v. c. Fundum, quem
 Titio a Scio herede legaueram, iam a Sempro-
 nio do lego; vel III. mutato ipso legato, v. c.
 Titio pro fundo, quem legaueram, mille do le-
 go; vel IV. mutato denique modo legandi, v. c.
 Titio, cui fundum pure legaueram, iam co le-

ge eundem do lego, si in hanc urbem migrauerit. §. 1. Inst. L. 6. ff. h. t.

*) Huius nomen necessario exprimendum est. Alioquin non erit translatio legati, sed Titius & Maenius in eo pro coniunctis habebuntur. L. 33. pr. ff. de leg. 1. L. 89. de leg. 3.

§. 591. Quum vero translatio legati, simul sit Quod ademptio, simul noui legati constitutio: L. 5. ff. tunc h. t. facile patet, ad eam requiri ea, quae ad nouum legatum constituendum requiruntur; (§. 556. III.) alias recte quidem ademptum esse legatum, sed non recte translatum, adeoque neutrum valere. L. ult. §. Cod. de Cod. VI. 36.

III

§. 592. Exstinguuntur etiam aliquando legata, praeter voluntatem testatoris, veluti I. si legatarius ante testatorem mortuus, collegatarium, quocum coniunctus fuerit, non habeat; (§. 580.) L. vn. §. 2. C. de cad. toll. II. Si ante existentem conditionem decesserit. (§. 574.) L. 5. §. 2. ff. quando dies leg. ced. III. Si res aliena legata iam ante mortem testatoris ex causa lucratiua ad legatarium peruenerit; §. 6. Inst. de legat. IV. Si res legata perierit sine culpa heredis; (§. 567. I.) §. 16. Inst. eod. V. si testamentum ruptum, (§. 517.) aut irritum factum; (§. 520.) aut destitutum; (§. 522.) L. 17. ff. de iniust. rupt. irr. testam. non si rescisum sit. (§. 535. I.) Nov. 115. cap. 3. §. ult. cap. 4. §. ult. VI. si conditio defecerit. (§. 493. V.) L. 3. L. 27. in fin. ff. de cond. instit.

Legata quomodo extinguuntur?

§. 18. Inst. de leg. §. pen. Inst. de usuf.

II Legata §. 593. Aliquando etiam legata PRO NON
 pro non SCRIP^TIS HABENTVR. Aliquando legatariis,
 scriptis, vt INDIGNIS ERIPIVNTVR. De causis ad Di-
 habita, gest. Lib. 34. tit. 8. Et sequ. erit agendum.
 & erep- *1. ff. qui de his que ut ind. erip.*
 ta in- **II** dignis.

TIT. XXII.

DE

LEGE FALCIDIA.

§. 594.

Legis
 Falcidiae
 historia
 & mate-
 ria.

Ad legata etiam pertinet LEX FALCIDIA,
 lata a P. Falcidio, Tribuno plebis, anno
 ab V. C. 714. Cn. Domitio Caluino & C. Afinio
 Pollione Coß. Dio Cass. L. 48. p. 436. qua cau-
 tum, vt nemini liceret vltra dodrantem legare,
 & si vltra quid legatum, heredi tantum retinere
 liceret, vt quartam partem hereditatis habeat salu-
 uam. Cai. *Inst. lib. 2. tit. 8. L. 1. pr. ff. h. t.*

Causa
 huius le-
 gis.

§. 595. Quum enim lege XII. tabularum pa-
 trifamilias ius esset, legandi pro lubitu: (§. 438.)
 & saepe testatores ita legatis onerarent heredes,
 vt iis vix quidquam lucri superesset: *pr. Inst. h. t.*
 variis quidem legibus heredi prospectum, *) qua-
 rum nulla tamen praeter Falcidiam sufficere visa
 est coercendae testatorum licentiae. *d. pr. Inst.*
h. t. L. 120. ff. de V. S.

*) Primum lata LEX FVRIA, a C. Furio, Trib.
 plebis, qua cautum, ne cui liceret vltra mille
 asses

asses legare, praeterquam cognatis, aliisque quibusdam personis. Vlp. *Fragm. tit. 18. §. 7.* Quum vero ita non quidem vni ultra mille asses, sed tamen eadem summa eo pluribus legaretur: anno. V. C. 584. Q. VOCONIVS SAXA, Trib. pleb. nouam rogauit legem, qua cautum, ne quis census plus vlli legaret, quam ad heredem heredesue perueniret. Verum quum ita quoque minima saepe pars hereditatis ad heredem perueniret, & plei ique instituti recusarent pro nullo aut minimo lucro hereditatem adire: fieri non potuit, quin plurima testamenta destituerentur, adeoque his legibus ad rei consummationem parum proficeretur. *pr. Inst. h. t.*

§. 596. Ex hac itaque lege. I. oportet heredem quartam bonorum saluam habere, & II. si eam saluam non habeat, tantum cuique legatorum pro rata detrahit, quantum quartae deest. *Quid vel lex Falcidia? axiomata.*

(§. 595.) $2. 1200 - \frac{3}{4} - 900 - \frac{1}{4} . 300.$

§. 597. Ergo eam quartam deducit heres grauatus, (§. 596. II.) & ex legis quidem intentione testamentarius, sed ex interpretatione D. Pii detrahit etiam legitimus. L. 18. *pr. ff. h. t.* Ex quo conlequitur, I. vt, si plures coheredes sint, in singulis heredibus Falcidiae ratio ponenda sit. §. I. *Inst. h. t. L. 77. ff. eod.* II. Vt, si a legatario vel fideicommissario legatum, ii, quantumuis grauati, quartam detrahere nequeant. L. 47. §. 1. *ff. h. t. (§. 300*) (§. 39.)*

§. 598. Quumque quarta bonorum salua heredi esse debeat: (§. 596. I.) sequitur, I. vt in quantitate patrimonii exquirenda mortis tempus ea com- *Quomodo Specte-*

putan-
ta?

spectetur, §. 2. *Inst. h. t.* L. 56. *pr. ff. eod.* adeoque II. nec subsequens incrementum hereditatis legatariis profit: nec decrementum iisdem obfit. L. 73. *pr. ff. eod.* III. Vt non ponatur quartae ratio, nisi deducto aere alieno, (sine cuius deductione bona non intelliguntur, L. 39. §. I. *ff. de V. S.*) deductisque funeris impensis, deductis pretiis feruorum manumissorum, & impensis in hereditatem suscipiendam factis, §. 3. *Inst. L. 18. C. h. t. L. vii. §. 9. C. de iur. delib.* IV. Vt non imputetur in hanc quartam, nisi quod titulo institutionis ad heredem peruenit. *) L. 74. L. 76. *ff. h. t. L. 48. ff. h. t.*

*) Secus ac in fideicommissis vniuersalibus. In Trebellianicam enim omnia computantur. (§. 614. I.)

Quibus
detrahi-
tur?

§. 599. Detrahitur quarta I. legatariis; (§. 596.) adeoque, quum legata & fideicommissa per omnia exaequata sint, (§. 556. II.) II. etiam fideicommissariis singularibus; L. 18. *pr. ff. h. t.* immo ex interpretatione III. etiam donatariis, quibus quid mortis causa destinatum; L. 5. *C. h. t.* non quibus inter viuos donatum, praeterquam coniugibus inter se donantibus, L. 12. *C. eod. VI. 50.*

Exemplum

bona 12000
1/4 . . . 3000
3/4 indisp. 9000
legata . . 10000
aereus 1000

Legata	Summa	Deductenda	Reste
A.	6000.	600	5400.
B.	3000	300.	2700.
C.	1000.	100	900.
	10,000	1,000	9000.
heres		2,000 =	7000.
			12,000.

TIT.

TIT. XXIII.

D E

FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBVS, ET AD SC. TREBELLIANVM.

§. 600.

Hactenus de *hereditatibus & legatis*, in quibus desiderantur verba directa & imperativa: (§. 441. * 522.) sequuntur FIDEICOMMISSA, quae verbis obliquis, seu precatiuis, relinquuntur.

Con-
nexio.
Quid fi-
deicom-
missum?

§. 601. Ea vel VNIVERSALIA sunt, vel SINGULARIA. De illis hoc; de his sequente titulo agitur. VNIVERSALIA ergo sunt, quando hereditas eiusue pars, ab herede directo relinquuntur verbis praecatiuis tituloque vniuersali. §. 2. *Inst. h. t.*

Quotu-
plex?

§. 602. Quum ergo haec fideicommissa verbis precatiuis relinquuntur: (§. 601.) sequitur, ut adesse oporteat I. *fideicommittentem*, II. *heredem fiduciarium*, qui rogetur, ut restituat; quique stricto iure heres permanet, etiam facta restitutione §. 3. *Inst. h. t. L. 88. ff. de hered. Inst. III. fideicommissarium*, cui hereditas e fideicommissio restituenda.

Quod
personae
requi-
rantur?

Q

§. 603.

Fidei-
commil-
sum ex-
pressum
& taci-
tum.

§. 603. Restitutio vel EXPRESSE iniungitur fiduciario, v. c. *Titius heres esto, eimdem vero rogo, ut hereditatem Sempronio restituat;* vel TACITE iniuncta censetur, veluti si testator dixerit: *Rogo heredem, ne hereditatem alienet, sed relinquat familiae.* L. 69. §. 93. ff. de leg. 2. vel: *rogo, ne testamentum faciat, donec liberos susceperit;* L. 74. pr. ff. de SC. Treb. vel: *rogo, ut testamento suo Seium heredem faciat* L. 17. pr. ff. eod. Unde fideicommissa vel EXPRESSA, vel TACITA esse, patet.

Quis
possit
fidei-
commil-
tere?

§. 604. Quum vero hoc modo hereditas eiusue pars, titulo vniuersali relinquatur: (§. 601.) sequitur, I. vt fideicommittere possint, qui possunt testari, L. 2. ff. de legat. 1. II. Vt possint fideicommittere ab omnibus, qui heredes sunt, & ad quos hereditas eiusue pars peruenit; L. 1. §. 17. ff. de SC. Treb. L. 9. C. de fideic. adeoque etiam a fideicommissariis. §. 11. Inst. h. t. Quamuis huiusmodi fideicommissarias substitutiones ad quartum gradum restringat. Nov. 159. III. Vt iis restitui queat, cum quibus est testamentifactio *) L. 76. §. 3. ff. ad SC. Treb.

*) Ita iure nouo. Olim enim, qui ex testamentis capere non poterant, iis fideicommissa relinquebantur. §. 1. Inst. h. t. Vlp. tit. 25. §. 16. Exempla sunt apud, Cic. de fin. lib. 2. cap. 58. Quinctil. Declam. 324. Val. Max. Lib. 4. cap. 2. §. 7.

A qui-
bus &

605. Ex positione II. antecedentis paragraphi denuo fluit, IV. fideicommittere posse non solum
in

in testamento, verum etiam ab intestato. §. 10. qua for-
Inst. h. t. Heredes enim legitimos testator sa-
 tis honoravit, dum non exclusit. L. 1. §. 6.
ff. de legat. 3. L. 8. §. 1. ff. de iur. codicill.
 adeoque adhibitis quinque testibus, nisi moriens
 viva voce heredi fideicommissum, quo casu &
 sine testibus fideicommissum ratum est. §. *ult.*
Inst. h. t.

§. 606. Quumque heredi fiduciario iniungatur restitu-
 tio, & fiduciarius heres maneat etiam hereditate restitu-
 ta, (§. 638. II.) sequitur, Vt hereditas per fideicommissum non modo *pu-
 re & sub conditione*, verum etiam, quod in di-
 recta institutione non licet, (§. 491.) *ex certo die* relinqui queat: §. 2. *Inst. h. t.*

§. 607. Quandoquidem vero fideicommissa *Ex fi-*
 verbis praecatiuis relinquuntur (§. 600.) ea *deic. he-*
 ro, nisi accedat promissio, obligationem haud *res olim*
 producant: inferebant veteres, fiduciarium *non ob-*
 vinculo iuris, sed solo pudore, ad praestan- *ligaba-*
 dum fideicommissum adstringi. §. 1. *Inst. h. t.*
Vlp. Fragm. tit. 25. §. 1.

§. 608. Sed iisdem, inter exempla probitatis *Augus-*
 & perfidiae fluctuantibus, necessitatem iuris ad- *tus iis*
 didit AVGVSTVS, consulibusque id dedit *neceffi-*
 gotii, vt fiduciarios heredes fideicommissa praec- *tatem*
 stare cogerent. Quo consilio postea & duos *ruris ad-*
 didit. Praetores fideicommissarios constituit *didit.*
 CLAVDIVS. L. 2. §. 31. *ff. de orig. iur. §. 1. Inst. h.*
t. pr. Inst. de codicill. Saet Claud. cap. 23.

Hinc saepe fidei-
 duciarii heredi-
 tatem repudia-
 bant.

§. 609. Quia vero heres fiduciarius stricto iure, restituta etiam hereditate, heres permanet, (§. 602. II.) adeoque omne aes alienum solvere tenetur, (§. 546. XI) & tamen saepe totam hereditatem cogebatur restituere: (§. 601.) eveniebat, quod in legatis accidisse diximus, (§. 595*) ut recusarent heredes pro nullo aut minimo lucro hereditates, aliis restituendas, adire, & creditoribus obligari. L. 1. §. 3. ff. ad SC. Treb.

SC. Trebelliana.
 §. 610. Hinc primo sub Nerone*) conditum SC. TREBELLIANVM, eoque cautum, ut si hereditas ex causa fideicommissi restituta sit, omnes actiones, quae iure civili heredi vel in heredem competere, ei & in eum, cui ex fideicommissio restituta sit hereditas, darentur. §. 4. Inst. h. t.

*) A. V. C. 814. 8. Kal. Sept. L. Annaeo Seneca & Trebellio Maximo Cof. suffectis L. 1. pr. ff. ad SC. Treb.

SC. Pegasianum.
 §. 611. Quia vero ne sic quidem vllum lucrum ad heredem redibat, & hinc nihilominus fideicommissa pleraque exstinguebantur: (§. 609) sub Vespasiano, Pegaso & Pusione Cof. suffectis PEGASIANO SCTO cautum, ut rogatus hereditatem restituere, perinde quartam retinere posset, ac ex legatis per legem Falcidiam (§. 5. Inst. h. t.) & si quis, hoc lucrum adspersus, adiret nollet, is ad adeundum restituendumque cogeretur. §. 6. Inst. eod.

§. 612. Cui ergo quarta salva erat, is restituere solebat hereditatem ex SC. Trebelliano, & tunc in utrumque dabantur actiones hereditariae pro rata portionis ad utrumque pervenientis. Cui vero quarta salva non erat, is ex SC. Pegasiano, detracta quarta, hereditatem restituerebat, & stipulationibus interpositis, quodam partem aeris alieni soluere teneretur, sibi cauebat. §. 6. Infl. h. t.

Quando alterutro opus esset?

§. 613. Sed Iustinianus, expulso Pegasiano, SC. Trebellianam auctoritatem attribuit, §. 7. Infl. h. t. vel potius utrumque ita in unum conflavit, ut retento nomine SC. Trebelliani, utriusque materia coniungeretur.

SC. Trebellianum & Pegasianum in unum conflata

§. 614. Ex quo sequitur I. ut hodie fiducia *) semper liceat quartam partem hereditatis, quae olim Pegasiana, nunc Trebellianica vocatur, saluam non habenti, eam liceat retinere.

Quarta detractio.

§. 7. Infl. h. t. imputatis tamen in hanc quartam omnibus quocumque titulo a defuncto acceptis, etiam fructibus ex bonis post aditam hereditatem, ante restitutionem perceptis: L. 18. §. 1. L. 22. §. 2. ff. ad SC. Treb. secus, ac in quarta Falcidia. (§. 598. IV.)

*) Non vero detrahit fideicommissarius, rogatus, ut hereditatem a fiduciario acceptam, aliter restituere. L. 22. §. ult. L. 55. §. 2. ff. ad SC. Treb.

§. 615. Ex eodem fluit, II. semper hodie obligationes tum activas, tum passivas, inter heredes neminem in redem

ter fidu- redem fiduciarium & fideicommissarium pro ra-
 ciarium ta diuidi. §. 7. *Inst. h. t. L. I. C. de SC. Treb.*
 & fidei- III. Heredem fiduciarium ad adeundum restitu-
 commif- dumque cogi posse. §. 7. *I. h. t.* quo tamen
 sarium opus non est iure novissimo; quia Iustinianus
 diuisio. *S. 1. Nov. I. cap. I.* ipsi fideicommissario permisit,
 renitente fiduciario, hereditatem adire.

(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)*(*)

TIT XXIV.

D E

SINGVLIS REBVS PER FIDEL-
 COMMISSVM RELICTIS.

§. 616.

Fidei- **H**aec de fideicommissis *vniversalibus*; se-
 commif- quantur SINGVLARIA, (§. 601.) quibus
 la singu- *quaeuis res singulari titulo singulari, verbis pre-*
 laria. *catiuis relinquuntur. pr. Inst. h. t. 4. 392.*

Ea lega- §. 617. Ergo *verborum formulis etiam* au-
 tis. ex- *differunt legata & fideicommissa, re ipsa & ef-*
 aequata. *fectu per omnia exaequata sunt;* (§. 556. II.)
 vt adeo hic omnia repetenda sint, quae titulo
 de legatis diximus *)

*) Remanfit haec vnica *differentia*, quod legata
 libertas immediate seruo competat, & hinc
 ille nulla iura patronatus heredi debeat; per
 fideicommissum relictam libertatem seruus ab
 herede accipiat, eique debeat iura patronatus.
 §. 2. *Inst. n. t.* (§. 81.)

TIT.

TIT. XXV.

D E

CODICILLIS.

§. 618.

Vltima voluntas aut heredis directi institutio-
nem continet, aut minus. Si prius testa-
mentum, (§. 440.) si posterius *codicilli* vocatur.

§. 619. CODICILLI veteribus nihil aliud erant, Codicil-
quam epistolae. Cic. *Lib. 4. ad fam. epist. 12.* li quid
Lib. 6. epist. 18. Lib. 12. ad Att. epist. 8. maxi- veteri-
me a praesentibus ad praesentes scriptae. Lips. bus?
Inst. epist. cap. 2. Hinc Seneca *epist. 53.* *Video*
te, mi Lucilli, quum maxime audio, adeo te-
cum sum, ut dubitem, an incipiam non episto-
las, sed CODICILLOS tibi scribere.

§. 620. Tales codicillos saepe & moribundi Mos ad
ad heredes suos scribebant, quibus, quid fieri heredes
ab illis vellent, significabant. Unde plerumque scriben-
formam epistolae prae se ferebant. *) *L. 56. ff. di.*
de fideic. libert. L. 37. §. 2. ff. de legat. 3. L.
30. §. 1. ff. de adim. vel transfer. leg.

*) Immo passim in iure nostro vocantur EPIS-
TOLAE. *L. 89. pr. ff. de legat. 2. L. 41. §.*
2. ff. de legat. 3. & EPISTOLAE FIDEICOM-
MISSARIAE. L. 7. C. qui testam. fac. poss.

Q 4

§. 621.

Quid iuris ex codicillis.

§. 621. Et epistolae quidem hae olim non magis heredibus imponebant legem, quam ipsa fideicommissa. (§. 607.) Sed occasione L. *Lentuli* *), cuius ex persona & fideicommissa coeperunt, etiam codicillis addita est iuris auctoritas. *Augustus* enim, consilio *C. Trebatii Testae*, statuit, ut si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Post quae tempora, quum & *Labeo* codicillos fecisset, nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur. *pr. Inst. h. t.*

*) Est is L. *Cornelius Lentulus*, quem *Steph. Vin. Pighius* *Coffum.* Sigon. in *Fast.* pag. 351. *Cnaeum* perperam vocat, quemque anno v. c. 751. cum M. Valerio Messalino Consulem fuisse, vel ex *Reinesii Inscr. Class.* 10. n. 3. p. 597. & postea Africae pro consule praefuisse, satis constat.

Codicilli quid?

§. 622. CODICILLI ergo sunt ultima voluntas, in qua disponitur, quod non pertinet ad heredis directi institutionem.

Quotuplices?

§. 623. Dicimus esse voluntatem ultimam. Unde codicilli vel sunt SCRIPTI, vel NVNCVPATIVI. L. 13. C. de SS. eccl. L. ult. §. ult. C. h. t. Porro diximus codicillos non continere heredis directi institutionem; heredem ergo directum supponunt, & ad eum diriguntur. Dirigi autem possunt ad testamentarium non minus, quam legitimum. Priori casu vocantur TESTAMENTARIUM s. AD TESTAMENTVM FACTI, posteriori codicilli AB INTESTATO. Hi per

axioma est: hereditas codicillis nec directe dari, nec directe adimi potest.

se subsistunt, & ad quemcunque heredem legitimum directi censentur. *L. 3. pr. L. 8. pr. §. 1. D. h. t.* Illi vim testamenti sequuntur, & cum eo subsistunt ac corrunt, *L. 3. §. ult. L. 16. D. h. t.* Duplicis autem generis sunt. Namque vel CONFIRMATI sunt in testamento, vel NON CONFIRMATI. Priores aut confirmati sunt IN PRAETERITVM aut IN FUTVRVM. conf. omnino Georg. Ludov. Boehmeri progr. *de quatuor modis conficiendi codicillos, in Electis iur.*

ciy, T. I, n. 8. Codicilli testamentarii proprie
testamenti habentur. l. 2. §. 2. h. t. — Artych. usus mor. par. 6. §. 3. h. t.

§. 624. Nihil eorum continent codicilli, quae ad heredis directi institutionem pertinent (§. 622) Hinc codicillos quidem facit, qui & testamentum facere potest; *L. 6. §. 3. L. 8. §. 2. ff. h. t.* sed I. non potest quis in codicillis heredem directe instituere, exheredem scribere, substituere, §. 2 *Inst. L. 6. pr. L. 10. ff. L. 2. C. h. t.* verum II. fideicommittere, legare, tutorem dare, &c.

Quid in codicillis disponi possit?

§. 625. Inde etiam III. codicillos quis facere potest plures, modo sibi inuicem non aduersentur; §. 3. *Inst. L. 6. §. 1. ff. L. 3. C. h. t.* quum tamen nemo paganorum cum duobus testamentis decedere possit. (§. 442. V.)

Et plures codicilli valent.

§. 626. Hinc & IV. nec ea exigitur sollemnitas ordinationis, quae ad testamenta requiritur. §. 3. *Inst. h. t.* Sufficit enim veritas actus, *L. 3. §. ult. C. h. t.* & quinque testium. *) etiam non rogatorum, praesentia, qui in codicillis scriptis

An testes requirantur.

nomina subscribunt, L. 20. §. 6. ff. qui test. fac. poss. L. ult. §. ult. C. h. t. imo & codicilli, vti testamenta, publice fieri possunt. (§. 443.)

L. 18. de iur. cod.
J. C. Col. de Codic. vt. 36. Strickius in litem mod. pand. h. t. §. 3.

*) Dubium est I. an in codicillis testamento confirmatis (§. 623.) opus sit testibus? Negant Iust. Henning Boehmer in aus. de coarctatis absque testibus validis, & Georg. Ludov. Boehmer in praef. ad. Tom. V. exercitatio- num paternar. §. 15. seqq. Aientem sententiam tuctur Dunius in libro de veteri ac nouo iure codicillorum. p. 184. seqq. Porro H. disputant Doctores, an mulieres testium officio in codicillis fungi queant? Argumenta pro feminarum testimonio collegit Gottl. Aug. Ienichen in obseruat. de efficaci mulierum testimonio in codicillis. Contra sententiam rationes autem exponit Georg. Aug. Spangenberg in commentat. de muliere ob testium solemnitatem testimonii ferendi in codicillis experte. Quae sententia verior videtur. L. 8. cod. qui test. facere poss.

Quid clausula codicillaris?

§. 627. Solent etiam codicilli iungi testamento, quando illi inseritur **CLAUSVLA CODICILLARIS**: Si testamentum non valebit tanquam testamentum, volo, ut valeat iure codicillorum, L. 41. §. 3. ff. de vulg. & pup. subst. L. 3. fin. ff. de test. mil.

Quid operetur?

§. 628. Quodsi ergo I. testamentum, cui haec clausula adiecta, omnibus in testamento valido requisitis instructum est: clausula est otiosa. Si porro II. ne quidem codicillorum requisita obseruata sint, clausula nullius est efficaciae. Cum vero III. testamento quaedam desunt, quibus valido

valido testamento opus est, ast codicillorum ta-
men requisita adsunt: clausula codicillaris susti-
net testamentum in vim fideicommissi. L. 29. §.

1. D. qui test. fac. poss. *Requiritur, ut clausula codi-
cillaris in testamento sit expressa, tacite non
subintelligitur.* l. 1. §. 1. n. 5.

LIB. III. TIT. I.

DE

HEREDITATIBVS QVAE
AB INTESTATO DEFERVNTVR.

Gayatziglin. Insuper.
§. 629.

Supra de hereditatibus, quae testamento dese-
runtur. Nullo existente testamento, vel, nexio,
eo infirmato, locum habet SVCCESIO LEGI-
TIMA AB INTESTATO, (§. 437.) de qua iam
agitur prioribus titulis libri tertii.

i. Ius Vetus

§. 630. Eius alia ratio fuit iure veteri, quod Succes-
in Institutionibus exponit Iustinianus, alia est iu-
re novo per Nov. 118. Nos praemissa paucis ve-
teris iuris historia, de noua succedendi ratione
plenius agemus. Succes-
sio in-
testato-
rum an-
tiqua &
nova.

A. Succesio livilis

§. 631. Fundamentum successionis veteris erat
ius agnationis l. familiae. Ergo ii tantum suc-
cedebant, qui erant pars familiae: non emanci-
pati & cognati. Veteris
succes-
sionis
funda-
mentum

§. 632. Quum ergo proximi in familia essent
vel SUI HEREDES, tamquam vivo patre quo-
dammodo Succes-
sio ab
intesta-
to

primo
sui.

dammodo domini, & *heredes domestici* (S. 538.)
legibus XII. tabularum cautum fuerat: Si *intef-*
tato moritur, cui suus heres nec escit, agnatus
proximus familiam habeto. L. 9. §. 2. ff. de lib.
Et postum. Vlpian. Fragm. tit. 26. §. 1.

Quo-
modo et
qui libe-
ri suc-
cesserint

§. 633. Idcirco primo heredes erant LIBERI
SUI *) (S. 538.) cum naturales, tum adopti-
ui, §. 12. 7. *Inst. h. t.* & proximi quidem gra-
du in capita, remotiores in stirpes. §. 6. *Inst.*
h. t. Non ergo emancipati emancipatae, (S.
631) §. 9. *Inst. h. t.* quos tamen praetor, na-
turali aequitate motus, ad bonorum possessio-
nem vocabat edicto *unde liberi.* §. 9. *Inst. h. t.*
L. 1. §. 7. 9. L. 2. L. 4. ff. *unde liberi.*

*) Adeoque etiam uxores, quae in manum con-
uerant, quippe quae filiarum familias loco erant,
κοινωνοὶ ἀπαντῶν χρημάτων τε καὶ ἰσῶν,
omnium bonorum sacrorumque factae parti-
pes. (S. 128. *) Dionys. Halicarn. Lib. 2. p. 95.

TIT. II.

DE

LEGITIMA AGNATORVM.
SUCCESSIONE.


§. 634.

Suis non
exstanti-
bus suc-
cede-
bant ag-
nati.

Quum vero & agnati essent eiusdem familiae
ac nominis; eadem lex XII. tabularum,
liberis non existentibus, vocabat AGNATOS
PROXIMOS. (S. 632.) §. 635.

§. 635. Ex quo fequebatur I. vt soli succederent, qui per virilis sexus personas agnatione defuncto iungebantur, non cognati: (§. 631.) & agnati quidem in infinitum; agnae non vltra sorores, §. 3. *Inst. h. t.* quamuis & has remotiores Praetor vocaret edicto *unde cognati* §. 2. *Inst. h. t.* II. Vt eiusdem iuris essent agnati naturales, & per adoptionem facti. §. 2. *Inst. h. t.* III. Vt semper proximus excluderet remotiorem, adeoque nec ius repraesentationis locum haberet, nec propiore repudiante remotior admitteretur; §. 5. §. 7. *Inst. h. t.* quamuis & hos denuo Praetor vocaret edicto *unde cognati*, & Iustinianus eos pleno iure admitteret, §. 7. *Inst. h. t.*

§. 636. Pater filio suo non succedebat, quia An & ascenden-
vetere iure filiusfamilias, nihil habebat proprii, dentes suc-
(§. 425.) Emancipato succedebat, non tanquam cesserint?
agnatus, sed tanquam manumissor filii, iure pat-
ronatus. §. *ult. Inst. h. t.* Mater, quia inter
agnatos non erat, plane non succedebat liberis,
quemadmodum nec liberi matri. *pr. Inst. de SC. Tertull.* Vtrisque tamen postea consultum est
primum a Praetore, qui has personas edicto
unde cognati vocabat, ac deinde *SCtis Tertu-*
liano, de quo *tit. 3. & Orphitiano*, de quo *tit.*
4. pr. Inst. de SC. Tert.



TIT. III.

DE

SC. TERTVLLIANO.

§. 637.

SC. Ter-
tullia-
num de
succes-
sione
matri
deferren-
da.


SC. nimirum TERTVLLIANO sub Hadriano cautum, vt mater, (non auia,) ingenua trium; libertina quatuor liberorum ius habens, ad bona filiorum filiarumque siue legitime, siue vulgo quaesitorum quaesitarumque ab intestato admitteretur, dummodo, si ipsa mater in potestate esset, eius, cuius in potestate erat, iussa adiret. §. 2. §. 7. *Inst. h. t. L. 2. pr. §. 1. seq. ff. h. t. Vlpian. Fragm. tit. 26. extrem. Paull. sent. recepti. lib. 4. tit. 9.*

Quo-
modo
succedat
mater?

§. 638. Succedebat ergo I. mater non omnis, sed liberorum iure subnixa, II. non liberis omnibus, sed intestatis, III. & liberos non relinquentibus, quippe qui matri praeserebantur. §. 3. *Inst. h. t.* Immo IV. non semper, sed si non adessent propiores. Praeserebantur enim matri & nepotes ex defuncto filio vel filia, pater, fratres germani & consanguinei, non simpliciter sorores, quae & cum matre, & cum fratribus consanguineis simul admittebantur. §. 3. *Inst. h. t.* Quod tamen ita mutauit Iustinianus, vt ma-
ter,

ter, etiam si liberos vel pauciores, vel nullos, enixa, & cum fratribus sororibusque defuncti, & cum illis quidem in portionem virilem, cum his in partem dimidiam, simul admitteretur, S.

4. 5. *Inst. h. t.*



TIT. IV.

DE

SC. ORPHITIANO.

S. 639.

Quum ergo mater hoc modo succederet liberis; æquum videbatur, & liberos succedere matri, quia successione iura regulariter sunt reciproca. *L. 11. C. de legit. heredit. VI.*

Vt mater liberis, sic liberi matri succedere.

§. 640. Et ita cautum SC. ORPHITIANO anno v. c. 931. Vettio Iuliano Rufo & Cornelio Scipione Orphito Coss. Henr. Noris. *in Epist. consular. p. 462. edit. Graev.* quo censuit ordo amplissimus, ut, legitima hereditas matris, siue ingenuæ, siue libertinae, liberis tam legitimis, quam vulgo quaesitis, quamvis in alterius potestate constitutis, ab intestato deferretur. *pr. Et §. 4. Inst. h. t. L. 1. pr. §. 1. sequ. L. 3. §. 1. ff. de SC. Tertull.* Quod ius ne capitis quidem deminutione expirabat: *S. 2. Inst. h. t.*

Ex SC. Orphitiano.

§. 641. Id vero postea & ad nepotes neptesque productum est constitutionibus principum. *S. 1. Inst. h. t.*

Immo & nepotes neptesque.

TIT.

TIT. V.

DE

SVCCESIONE COGNATORVM.

§. 642.

Deficientibus
agnatis
succedebant
gentiles

Deficientibus agnatis, ex lege XII. tabularum non cognati, (§. 631.) sed GENTILES, vocabantur. Cautum enim illis fuerat: Si *agnatus nec esset, gentiles familiam habento*, Vlpian. *Fragm. tit. 26. l. Cic. de Orat. lib. 1. cap. 38.* Quia sint gentiles, diximus supra. (§. 114. *)

Postea
cognati
admissi
ex edicto
praetoris.

S. 3. inst. h. t.
S. 4. Inst. h. t.

§. 643. Sed Praetor edicto *unde cognati*, deficientibus agnatis etiam cognatos, id est per muliebris sexus personas cognatione iunctos, (quibus & agnatos, minimam capitis diminutionem passos, & vulgo *quaesitos*, accensuit,) ad successionem vocavit, ad septimum vsque gradum. *pr. & §. seq. Inst. h. t. S. 5. inst. h. t.*

TIT. VI.

DE

GRADIBVS COGNATIONVM.

§. 644.

Computatio
gradu-
um.

Quam ergo ad certum gradum daretur haec bonorum possessio: (§. 643.) Iustinianus hic agit de computatione graduum cognationis. Sed

Sed eam doctrinam certis regulis inclusam iam exposuimus sub titulo de nuptiis. *) (§. 115. seq.)

*) Hic tantum obseruandum, in successione computationis canonicae, respectus parentelae, lineae aequalis & inaequalis rationem non haberi. Exceptionem vid. apud Feltn. *de feud. cap. 8. §. 1.*

TIT. VII.

DE

SERVILI COGNATIONE.

§. 645.

Quamuis vero nuptiis & seruilis cognatio impedimento esset: (§. 114.) eius tamen ratio non habebatur in successione, etiamsi cognatus cognatae seruilis conditionis manumissus manumissaue esset. *pr. Inst. h. t. L. vii. §. 5. ff. de grad. & adfin.* Hinc e. g. ancilla cum liberis manumissa, his neque SC. Tertulliano succedebat, nec ad bonorum possessionem ex edicto unde cognati vocabatur.

Seruili-
cogna-
tionis
nulla hic
habita
ratio.


§. 646. Sed Iustinianus constitutione, quae hodie non exstat *), sanxit, vt & parentes liberis, & liberi parentibus post manumissionem succederent, ipsisque patronis praerentur ad similitudinem successione inter parentes liberosque legitimos receptae *d. pr. Inst. h. t.*

Iustinia-
ni con-
stitutio.

R

) P

*) Partem tamen eius constitutionis ex vetustis membranis, partem ex Basilicis restituit Iac. Cuiac. *Obs. Lib. 20. cap. 34.*



TIT. VIII.

D E

SVCCESIONE LIBERTORVM.

§. 647.

Patroni **Q**uum & patroni^{is} liberto vice parentis, vel cur succederent agnati essent: (§. 81.) consequens erat, libertis? vt & ille liberto succederet. (§. 82. III.)

Lex XII. §. 648. Eam in rem lege XII. tabularum can-
tabularum. tum fuerat: *Si libertus intestato moritur, cui suus heres nec escit, est patronus patroniue liberi escint, ex ea familia in eam familiam proximo pecunia ditor.* Vlpian. *Fragm. tit. 27. §. 1. Et tit. 29. §. 1.*

Quando §. 649. Succedebant ergo I. patronus, eoque patro-
nus ad- praemortuo II. eius liberi superstites proximi, mittatur cessante hic iure repraesentationis, Vlp. *ibid.* Paul. *Sent. recept. Lib. 3. tit. 2. §. 1. L. 23. §. 1. ff. de don. libert.* & quidem III. ab intestato: (vnde patronus testamento liberti iure excludebatur) & IV. eo quidem casu, si libertus non reliquisset suos heredes. §. 1. *Inst. h. t.* Vlp. *tit. 29. §. 1.*

§. 650.

§. 650. Sed Praetor patrono, testamento ex-
 cluso, dabat honorum possessionem contra tabu-
 las, vsque ad partem hereditatis dimidiam, mo-
 do naturales liberos libertus non reliquisset. §.
 1. *Inst. h. t.* Vlpian. *ibid.* §. 1. 3. Si adoptiui
 exstabant, & intestatus decesterat libertus, eius-
 dem dimidiaie partis bonorum possessionem da-
 bat. *d. §. 1. Inst. h. t.*

§. 651. Postea lege Papia Poppaea cautum, Lex Pa-
 vt si libertus, siue testatus, siue intestatus, cen-
 tum sestertium millia, & pauciores, quam tres
 liberos, reliquisset, patrono virilis pars tanquam
 legitima deberetur. §. 2. *Inst. h. t.*

§. 652. Denique Iustinianus constituit, I. vt Iustinia-
 si libertus non esset centenarius *), possit pa-
 tronum testamento excludere, intestatus vero, si
 non exstantibus liberis, patronum heredem legi-
 timum haberet. II. sin esset centenariò maior,
 eius liberi patrono praeferrentur, his vero non
 exstantibus, patroni quidem ab intestato heredes
 essent, testamento vero exclusi bonorum posses-
 sionem tertiae partis consequerentur, vel minus
 relictam esset testamento, id eis ex constitutione
 repletur. §. 3. *Inst. h. t.*

*) Centenarius est Imp. qui habet centum au-
 reorum patrimonium. Aureus vero erat cen-
 tum sestertium. Adeoque cum tempore Au-
 gusti locuples esset libertus, qui centum sestertium
 millia, id est mille aureos, reliquerat; tempore
 Iustiniani diues videbatur, cui centum
 aureorum esset patrimonium. *d. §. 3. Inst. h. t.*

TIT. IX.

D E

ADSIGNATIONE LIBERTORVM.

§. 653.

Adsignatio li-
berti
quid

Quamvis vero patronorum liberi gradu proximi, acque ac ipsi patroni, libertis ab intestato succederent: (§. 648.) id tamen eam habebat exceptionem, nisi patronus vni ex liberis suis *) cuiuscunque gradus, aut sexus, §. 1. *Inst. h. t.* libertum vel testamento, vel sine eo, adsignasset, ut is solus patronus esset: quod licebat ex SC. Velleio Ruso & Oforio Scapula Coss. facto anno v. c. 798. *pr. Inst. h. t.*

*) An etiam emancipatis? Ita visum fuit Modestino L. 9. ff. h. t. At Iustinianus contra adsignationem perimi ait, si filius, cui libertus adsignatus, emancipetur. §. 2. *Inst. h. t.* Sed videtur vterque locus conciliari posse. Potest pater & emancipato adsignare: sed si suo adsignarit, eumque postea emanciparit, mutasse videtur voluntatem Merill. *Obs. Lib. 7. cap. 13.*

Eius ef-
fectus.

§. 654. Quum itaque is, cui adsignatus libertus fuerat, solus haberetur patronus; (§. 653.) sequebatur, I. ut solus, exclusis fratribus, in bonis liberti succederet, eoque extincto, liberi eius. II. Ut reliqui fratres nihil iuris haberent in bonis liberti, nisi extincto sine liberis eo, cui libertus adsignatus fuerat. *d. pr. Inst. h. t.*

TIT.

TIT. X.

D. E.

BONORVM POSSESSIONIBVS.

§. 655. *B. Successio Praetoria*

Omnes successiones vniuersales, de quibus Bonohactenus actum, ex legibus ciuilibus sunt. rum posses.
 Sequitur successio praetoria, tamquam secundus sio.
 per vniuersitatem adquirendi modus. (§. 391.

II.) Quum enim Praetor aequitatis obtentu multa mutasset: suo more nouum vocabulum callide inuenit, (§. 52.) & se non hereditatem, sed BONORVM POSSESSIONEM, daturum edixit,

ne leges de successione euertere videretur. *verus est, quod non callide nouum vocabulum inuenit, sed hoc propter aequitatem naturalem factum est.*

§. 656. BONORVM itaque POSSESSIO nihil Eius de
 aliud est, quam ius, quod Praetor lexue noua finitio.
 ad Praetoris similitudinem in hereditatem con- *L. 3. §. 1. 2. h. t.*
 cedit, iure ciuili incognitum. Hoc vel iuri *L. 119. de P. S.*

hereditario ciuili quoad effectus simile est, & nomine tantum ab eo differt; vel consistit tantum in iure possidendi hereditatem, ex praesumpto iure hereditario, ad effectum alimenta ex hereditate percipiendi. Si prius, bonorum possessio EDICTALIS, si posterius DECRETALIS vocatur.

Io. Christoph. Koch in libro de successione ab intestato, §. 122. Decretalis vel ex EDICTO CARBONIANO est vel VENTRIS NOMINE datur. *L. 1. pr. L. 3. D. de Carb. edict. L. 1. D.*

si ventr. nomine.
L. 1. §. 19. de ventru. in poss. mittendor. L. 7. pr.
§. 657.
§. 658.

Ordinaria & extraordinaria. §. 657. EDICTALIS vel ex edicto praetoris defertur, vel ex lege, SC. seu constitutione principis. Prior ORDINARIA; posterior EXTRAORDINARIA vocatur. §. 3. 4. *Inst. h. t.*

Ex testamento vel ab intestato. §. 658. ORDINARIA, exemplo successione civilis, (§. 437.), vel datur FACTO TESTAMENTO, vel ab INTESTATO, L. 6 §. 1. ff. h. t. & priore casu vel CONTRA, vel SECVNDVM TABVLAS.

Contra tabulas. §. 659. CONTRA TABVLAS dabatur bonorum possessio praecipue liberis emancipatis, a patre neque institutis, neque eheredatis, sed praeteritis. §. 3. *Inst. de exh. lib.* L. 2. §. 6. L. 3. §. 10. ff. de bon. possess. contra. tab. (§. 529.)

Secundum tabulas. §. 660. SECVNDVM TABVLAS Praetor dat bonorum possessionem, I. si existent tabulae testamenti supremae, saltim septem testium signis obsignatae, (. §. 439.) L. 7. L. 9. ff. de bon. poss. sec. tab. heredibus scriptis in eo testamento, L. 2. pr. §. 4. ff. eod. §. 1. *Inst. h. t.* non nuncupatiuis, quibus postea demum prospectum. L. 8. *vt. ff. L. 2. C. de bon. poss. sec. tab.* Sed hodie haec sollemnitas non sufficit. (§. 439. seqq.) II. Si *postumus suus* in testamento praeteritus, ante patrem decedit. L. 12. pr. D. de iniust. rupt. irr. (§. 519. I.) III. Si filius iam natus, in testamento praeteritus ante patrem moritur, L. 2. pr. de B. P. sec. tab. vel IV. praeteritioni consentit. L. 6. §. 6. de B, P. contr. tab. V.

Si testamentum per capitis deminutionem irritum factum, testator autem tempore mortis ciuis romanus, & suae potestatis fuit (§. 521.) VI. Si testator posteriores tabulas incidit, ea mente, vt priores valeant. (§. 519. II.) VII. Si duo testamenta reperiuntur, nec constat quodnam sit prius. (§. 518. *) VIII. Si heres sub conditione affirmatiua instituitur: illa pendente B. P. petit, praestita cautione. *L. 2. §. 1. L. 6. D. de B. P. sec. tab. (§. 493. VII.)*

§. 661. AB INTESTATO quatuor potissimi Bonorum *) erant gradus bonorum possessionis: primus ex edicto VNDE LIBERI; alter ex edicto VNDE LEGITIMI; tertius ex edicto VNDE COGNATI; quartus ex edicto VNDE VIR ET VXOR. §. 3. *Inst. h. t.*

*) Olim plures, veluti ex edicto *unde decem personarum*, ex edicto *tum qui ex familia*; ex edicto *unde patroni*, *patronaeque liberi* & *parentes eorum*; ex edicto *unde cognati manumissoris*. Sed eas bonorum possessiones sustulit Iustinianus. *d. §. 4. Inst. h. t.*

§. 662. Primo ergo praetor EDICTO VNDE LIBERI vna cum suis vocat emancipatos, quibus alioquin nullum ius esset ex legibus ciuilibus succedendi. (§. 633.) §. 9. *Inst. de her. ab intest. L. 1. §. 7. 9. L. 2. L. 4. ff. unde liberi.* Hac iure nouissimo non amplius emancipatis opus est. *Nov. 118. c. 1.*

Vnde legitimi. §. 663. Edicto VNDE LEGITIMI vocabantur agnati omnes, qui ex legibus potuere esse heredes, petentes hanc bonorum possessionem §. 1. 2. *Inst. h. t. L. 5. §. 1. L. 1. L. 4. ff. vnde legitimi.*


Vnde cognati. §. 664. Ex edicto VNDE COGNATI admittuntur per feminini sexus personas coniuncti, gradu proximi, quippe quibus alias ex iure civili nullum erat ius succedendi. (§. 642.) *L. 1. pr. §. 3. L. 2. ff. vnde cognati.* Et hic locus erat successorio edicto, quo vno liberorum intra tempus legitimum non petente, eius portio aderebatur reliquis; liberis & parentibus non petentibus, admittebantur proximi agnati, cum eodem accrescendi iure: his non petentibus, agnati remotiores, his non petentibus, cognati, & sic porro. *L. 1. §. 11. ff. de succ. edict.*

Vnde vir & vxor. §. 665. Desicientibus cognatis, praetor edicto VNDE VIR & VXOR vocabat virum & vxorem, dum mortis tempore in iusto matrimonio vixissent. §. 3. *Inst. h. t. L. vn. pr. §. 1. ff. L. vn. C. vnde vir & vxor.*

Quando petenda §. 666. Tempus, intra quod liberi & parentes petunt, est annus utilis *); reliquis centum dies vtilis dati. §. 4. & 6. *Inst. h. t. L. 1. §. 9. ff. de succ. edicto.*

*) Solent iura distinguere inter annos, vel menses, *continuos & vtilis*. Tempus continuum sine interruptione currit, siue dies sint facti, siue nefacti. *L. 7. ff. quemadm. serv. amitt.*
Tem-

Tempus vtile est, quando ii tantum numerantur dies, quibus iudex sui copiam facit, & ius dicit, quibusque agi, vel peti, potuit. L. 2. ff. de diuers. & temp. praeser. Unde ex anno vtili non modo dies nefasti eximuntur, verum etiam ii, quibus quis ex ignorantia rei agere, vel petere, non potuit. L. 2. pr. ff. quis ordo in possess. ser.



TIT. XI.

DE

ADQVIVITIONE PER ADROGATIONEM.

§. 667.

Hactenus de duobus modis per vniuersitatem acquirendi actum, id est, de hereditate & bonorum possessione: sequitur tertius PER ADROGATIONEM. (§. 391. III.)

Adquisitio per adrogationem.

§. 668. Adrogatione paterfamilias transibat in Eius patriam alterius potestatem. (§. 144.) Quum fundamentum ergo pater veteri iure indistincte per filium acquireret: (§. 425.) sequebatur, I. vt adrogatori omnes res corporales & incorporales, quaeque filio debebantur, pleno iure acquirerentur, §. 1. Inst. h. t.

§. 669. Quumque adrogatio esset capitis deminutio: (§. 191. I.) consequens erat, II. vt Quae per adrogationem ea iura non acquirerentur adrogatori, quae capitis

non ad- quisita? pitis deminutione tollebantur, vt obligationes operarum officialium, patrono deuitarum, (§. 82. VI.) ius agnationis, (§. 186.) immo olim & vfus & vfusfructus, quod tamen a Iustiniano mutatum (§. 377. II.) §. I. *Inst. h. t. l. 16. §. 2. C. de usufr.*

An pater ad- optati conueniri poterit? §. 670. Quia porro obligationes personarum non egrediuntur: (§. 284.) III. adrogator ex debito filii ipso iure conueniri non poterat. §. *ult. Inst. h. t.*

Ius a Iul- giniano inue- ctum. §. 671. Sed quum ius de adqueſtu per liberos nouo iure in multis mutatum fit: (§. 426.) conſultiffima iuris ratione ſtatuit Iuſtinianus, I. vt adrogator, viuo filio adrogato, non niſi vfumfructum bonorum aduentitiorum haberet: (§. 433.) II. vt adrogator a creditoribus filii eius que nomine conueniri poſſet: ſiquē hunc defendere nollet, creditoribus bona filii, quorum vfumfructum pater habiturus fuiſſet, poſſidere permitteretur. §. *ult. Inst. h. t.*

TIT. XII.

DE

EO CUI LIBERTATIS CAUſſA
BONA ADDICVNTVR.

§. 672.

Adquiſ-
tio per
addicti-
onem
hono-
rum li.

Quartus modus acquirendi vniuerſalis (§. 391) eſt ADDICTIO BONORVM LIBERTATVM SERVANDARVM CAUſſA, quae ex

rescripto Marci Imp. descendit. §. 1. *Inst.* bertatis
h. t. causa.

§. 673. Quum enim testator obaeratus servos
 quosdam manumississet testamento, & nemo ex
 eo testamento heres esse vellet: fieri non po-
 tuisset stricto iure, quin omnes hae libertates
 corruiissent, & bona veniissent, (§. 522.) L. 2.
C. de testam. manum. L. 1. *C. de fideic. libert.*
 Eius
 causa.

§. 674. Ast Marcus Imp. permisit, ut bono Eius in
 vniuersa libertatum tuendarum causa vel servis doles.
 manumissis, vel eorum vni, vel extraneo, addi-
 cantur, modo satisdetur creditoribus de solido,
 quod cuique debetur, soluendo, seruique ex
 testamento manumittantur. §. 1. *Inst. h. t. L.*
ult. C. de testam. manum.

~~~~~  
 TIT. XIII.

DE

SVCCSSIONIBVS SVBLATIS,  
 QVAE FIEBANT PER BONORVM  
 VENDITIONES, ET EX SC. CLAVDIANO.

§. 675.

Quintus modus acquirendi vniuersalis erat Adquisi-  
 SECTIO vel VENDITIO BONORVM. tio per  
 (§. 391. V.) *Secare* enim veteribus erat bona bono-  
 auctione vendere, *Sectio* auctio. Byakeri. *Obs.* rum  
 vendi-  
 tionem.  
 Lib. I. Cap. I.

§. 676.

**Eius modus.** §. 676. Si quis enim obaeratus non erat solvendo: bona eius possidebantur a creditoribus. Hinc constituebatur magister a Praetore, qui illa distraheret, addiceretque emtori uniuersa, qui tamquam successor uniuersalis vel in solidum satisfacere creditoribus, vel transigere cum illis tenebatur. Theoph. *pr. Inst. h. t. Antiq. nostr. Rom. Lib. 2. tit. 18. 19. §. 11.* Sed hodie creditores bona ex edicto possessa, prout utile videtur, disponant, cessante successione uniuersali per venditionem. *pr. Inst. h. t.*

**SC. Claudianum.** §. 677. Postremus per uniuersitatem acquirendi modus erat ex SC. CLAUDIANO, cuius historia est apud Tacit. *Lib. 12. Ann. cap. 53.* Eo enim SC. cautum fuerat, vt libera mulier, feruili bacchata amore, quae post trinam denunciationem in eo contubernio perseveraret, ad iudicationem praetoris serua fieret domini, cuius seruo succubisset. Paull. *Rec. Sent. Lib. 2. tit. 21.*

**Eius effectus.** §. 678. Quam ergo serui & ancillae nihil haberent proprii, sed omnia acquirerent dominis: (§. 423.) omnem substantiam huiusmodi mulieris per uniuersitatem acquirebat dominus. §. 1. *Inst. h. t.*

**Iustiniani institutio.** §. 679. Sed Iustinianus hunc acquirendi modum, tamquam indignum suis temporibus, iustulit. *L. vn. C. de SC. Claud. toll. d. §. 1. Inst. h. t.*

**Vfus horum omnium** §. 680. Talis erat successio vetus, tum civilis tum praetoria. Tales modi acquirendi per uniuersum

uer.

uerfitatem, quae hodie vix vllius vsus sunt. Hinc hodie ad vtiliora properantibus iam paullo plenius agendum nobis erit de successione ab intestato nova, a Iustiniano inuenta, & sancita Nouella 118.

DE SVCCESIONE AB INTESTATO

SECUNDVM NOV. cxviii.

ii, Ius Sororum

*§. 681. Nimirum iure nouo, ab intestato I. succedunt omnes consanguinei, ita vt emancipatio hoc ius succedendi minime tollat, nec amplius differentia sit inter agnatos & cognatos. Nov. 118. c. I. §. 4. \*) II. Aliae quaedam personae ex speciali fundamento; ita quidem vt successio ex iure consanguinitatis eam, quae in speciali fundamento nititur, ordinario praecedat & excludat. \*\*)*

De success. ab intestato sec. Nov. 118.

\*) Ad finibus ex affinitatis iure non competit ius succedendi. L. 7. C. commun. de success.

\*\*) Diximus ordinario. Infra enim (§. 702. & 703.) exceptiones tradentur.

§. 682. Antequam autem successionem iuris noui adgrediamur, quidam explicandi sunt termini in hoc argumento Ictis familiares. I. IVS REPRESENTATIONIS est ius capiendi hereditatem, quam defunctus ascendens fuisse habiturus. II. Successio aut fit *in capita*, aut *in stirpes*, aut *in lineas*. IN CAPITA succeditur, si tot sunt portiones, quod personae adfunt succedentes; IN STIRPES si plures iure representacionis succedentes, eam capiunt portionem quam

Quid ius repraesentatio nis, successio in capita, stirpes, lineas?

*Nov. 118. §. 4.*  
*Nov. 118. §. 4.*

quam habiturus fuisset is, quem repraesentant;  
 IN LINEAS denique succedunt ascendentes, si  
 hereditas in duas partes diuiditur, quarum altera  
 ascendentibus lineae paternae, altera ascendenti-  
 bus ex linea materna obuenit.

*uelfimian*  
 Duæ  
 quæstio-  
 nes in  
 succ. ab  
 intesta-  
 to.

Qua-  
 tuor or-  
 dines in  
 succes-  
 sione ex  
 iure san-  
 guinis.

§. 683. Deinde obseruandum, in omni succes-  
 sione ab intestato duas quæstiones esse deciden-  
 das, *prima*: quis succedat? *altera*: in quantum?  
 A. B.

§. 684. Successio ex iure sanguinis fit secun-  
 dum quatuor ordines siue classes. IN PRIMO  
 ORDINE succedunt omnes descendentes; in SE-  
 CVNDO: ascendentes propiores, fratres sorores-  
 que bilaterales, & eorum earumque filii, filiae-  
 que; IN TERTIO: fratres sororesque unilatera-  
 les, nec non eorum aut earum liberi, filii filiae-  
 que; IN QVARTO denique reliqui consanguini  
 gradu propiores. Harum classum ea est  
 ratio, vt praecedens excludat sequentem; perso-  
 nae autem ad eandem classem relatae, se in-  
 uicem non excludant, sed simul ad successionem  
 vocentur.

#### L. DE SVCCESIONE DESCENDENTIVM.

*Descendens omnis succedit in ordine suo*

A  
 Quis  
 succedat  
 in prima  
 classe?

§. 685. Ergo primo omnium & ante omnes  
 succedunt DESCENDENTES, modo quoad suc-  
 cessionem sint legitimi. Sunt enim descendentes  
 vel LEGITIME NATI, vel LEGITIMATI, vel  
 ADOPTIVI, vel ILLEGITIMI.

Legiti-  
 mi.

§. 686. Et LEGITIMOS quidem omnes, siue  
 masculos, siue feminas, siue suos, siue emanci-  
 patos \*)



patos \*), lex ad debitam successionem quorum-  
nis ascendentium \*\*) vocat, quocumque gra-  
du sint \*\*\*), dum eos nemo antecedit. Nov.

118. cap. I.

\*) Ergo iam derogatum legi XII. tabularum, de  
qua (§. 632. sequ.) neque iam amplius eman-  
cipatis opus est honorum possessione ex edicto  
unde liberi (§. 662.)

\*\*) Ergo & matris, aviaeque maternae; ut adeo  
opus non sit successione ex SC. Orphit (§. 640.)

\*\*\*) Ius ergo repraesentationis (§. 682.) in hac  
classe in infinitum obtinet.

§. 687. Si liberi adsint, ex diversis nati ma-  
trimoniis, communi parenti omnes succedunt ex di-  
aequaliter; proprio quique separatim, ita tamen, uerfis  
ut hi praecipuum habeant, quod ex priore ma-  
trimonio ad parentem communem pervenerat. \*)  
matrimoniis.

L. 3. §. 1. C. de sec. nupt. Nov. 22. cap. 46.

F. 9.

\*) Quia in his bonis communis parens tantum  
habuit usufructum, qui morte usufructuarii  
expirat (§. 377. I.) Vnde hanc portionem  
magis tamquam domini retinent, quam tam-  
quam heredes capiunt. l. 51. de Reg. jur.

§. 688. LEGITIMATH. per subsequens ma-  
trimonium (§. 139.) eodem iure succedunt ac mati.

legitimi. §. 2. Inst. de her. ab intest. II. per

rescriptum principis plene legitimati (§. 141.)

admittuntur, si soli sint, Nov. 74. cap. 1. Nov.

89. cap. 9. aut cum legitime natis concurrant,

Si

Si enim legitimatio fiat post legitimorum natiuitatem: legitimati cum legitime natis ex veriori sententia non succedunt. Pufendorf *T. 1. Obs. 241.*

Adoptiui.

§. 689. I. Adoptiui perfecte tales & arrogati succedunt patri adoptiuo, non vero naturali. *L. 10. C. de adopt. \** II. Arrogatus succedit quoque patris arrogantis ascendentibus masculis, si hi in arrogationem consenserunt; vxori eius, matri & auiae non succedit §. 7. *I. de adopt.* III. Mimus plene adoptatus succedit patri adoptiuo & naturali, non vxori adoptantis, nec eius ascendentibus *L. 10. cit.* Tollitur autem IV. omnium adoptiuorum & arrogatorum ius succedendi per emancipationem. *L. cit. (§. 531.)*

\*) Iure nouellarum aliud statuendum videtur. Vid. Io. Christoph. Koch *in tr. de success. ab intest.* §. 40. 41.

Illegitimi.

*mit minor Concubin  
vergnüß*

§. 690. ILLEGITIMI, & quidem I. ex incestis nuptiis nati neque patri neque matri succedunt. *Nov. 89. cap. ult.* II. Naturales succedunt matri; adulterini vero, vulgo quaesiti & spurii matri non illustri succedunt indistincte, illustri tunc demum, si liberos legitimos non relinquit.

*§. 689. 108*  
*3. 1.* L. 2. *D. unde cognati.* L. 5. *C. ad SC. Orphis. 77.*

III. Patri succedunt naturales, si neque vxor legitima neque liberi legitimi adsint, in sextantem, cum matre diuidendam. *Nov. 89. cap. 12. §. 1.*

*auth. licet  
cod. de natu.  
lib. v. 27.*

IV. Adulterini contra, spurii & vulgo quaesiti ad patris successionem non admittuntur.

§. 691.

B.

§. 691. Quamuis vero quocumque gradu In quantum  
sint descendentes, succedant: gradus tamen dis- tum suc-  
crimen statuit ratione portionum. Primi enim cedant  
gradus liberi succedunt *in capita*, vltiorum in descen-  
*stirpes*; (§. 682.) siue hi soli sint, siue cum def-  
cendentibus primi gradus concurrant.

II. DE SVCCESIONE ADSCEN-  
DENTIVM, FRATRVM BILATERALIVM ET  
FRATRIS BILATERALIS LIBERORVM.

*Ascendens propior germanus, filius eius*  
§. 692. Descendentibus nullis exstantibus: ad Succes-  
ADSCENDENTES propiores, (§. 684.) FRA- sio ad-  
TRES GERMANOS \*), eorumque si praede- scenden-  
functi sint, FILIOS FILIASQVE deuoluitur he- tium.  
reditas. Ascendens ergo propior remotiores  
excludit.

*Nulli in linea Propioris Ascendens.*

\*) FRATRES GERMANI sive BILATERALES  
hoc loco non habentur, nisi qui vtrumque pa-  
rentem communem habent, & vtrique plene  
succedunt. Fratres ergo ab eodem patre, ex  
eadem concubina procreati non sunt germani,  
quia matri quidem plene succedunt (§. 690.  
II.) non autem patri (§. 690. III.)

§. 693. Omnes germani fratres in hac classe An om-  
legitimi sunt quoad successionem; non vero om- nes ger-  
nes ascendentes nec omnes fratrum liberi. De mani &  
his enim regula est, fratrum liberi, qui in primo ascen-  
ordine non succedunt parentibus, nec in hoc ordi dentes  
dine secundo ad hereditatem thii admittuntur. sint legi-  
De ascendentibus autem obseruandum est axio- timi?  
ma: quod *iura successionis ordinario sunt reci-  
proca.*

S

proca.

*proca.* Si ergo descendens praedefuncto ascenden-  
 ti successisset in primo ordine: (§. 685. sqq.)  
 etiam huic descendenti praemortuo succedit as-  
 cendens. \*)

\*) Hinc parentes succedunt liberis per subse-  
 quens matrimonium, & per rescriptum Prin-  
 cipis *plene* h. e. ad effectum successionis legi-  
 timatis. (§. 143.) Adulterini non succedunt  
 parentibus, ergo nec ipsis parentes. (§. 690.  
 I.) Matri succedunt naturales & spurii, hinc  
 & his mater heres est, (ibid. II.) Patri suc-  
 cedunt naturales, non existantibus liberis legi-  
 timis & vxore legitima. Igitur & defunctus  
 naturalibus pater succedit, modo ipsis vxor  
 legitima non sit. (ibid; III.) *Nov. 89. c. 13.*

B.


In quan-  
 tum suc-  
 cedatur  
 in hac  
 classe?

§. 694. Successio ascendentium ordinario in  
 hoc ordine *in lineas* fit, fratrum in capita, fra-  
 tris liberorum *in stirpes*. *Nov. 118. c. 2. § 3.*  
*Nov. 127. cap. 1.* (§. 682.) Sunt tamen quae-  
 dam huius regulae exceptiones. Nam I. ascen-  
 dentes cum fratribus, eorumque liberis succeden-  
 tes *in capita* succedunt. II. *Eodem modo* suc-  
 cedunt fratrum liberi, si soli sint, nec ascenden-  
 tes aut fratres cum illis concurrant. *LL. cit.*

Modus  
 succe-  
 dendi  
 adscen-  
 dentium

§. 695. Ex his principiis sequitur, I. vt pater  
 & mater soli superstites luctuosam hereditatem  
 inter se aequa lance diuidant, & auos auiasque  
 excludant. II. Vt alteruter solus superstes soli-  
 dum capiat; & auos similiter excludat. III. Vt  
 si soli remotioris gradus ascendentes adsint, suc-  
 cedant in lineas, adeoque si v. c. superstites sint  
 auia paterna, & auus auiaque materni, auia pa-  
 terna

terna sola semissem; auus auiaque materni simul alterum semissem capiant, sine bonorum discrimine. d. Nov. 118. cap. 2. v. si autem.



§. 696. Inde porro inferitur IV. germanos, **Conti-** si soli adsint, succedere in capita. V. Eadem ra- **nuatio.** tione succedere filios germanorum filiasque, si neque ascendentes neque germani existant. VI. Cum autem fratres superstites cum praedefunctorum liberis concurrant, illos in capita, hos in stirpes succedere. VII. Si denique concurrant ascendentes, fratres, & fratrum liberi: ascendentes in capita, fratres itidem in capita, fratrum liberos in stirpes succedere.

### III. DE SVCCESIONE FRATRVM SORO-

#### RVMQVE VNILATERALIVM.

*Tunc lateri ex uno frater, quoque filius eius.*

§. 697. Deficientibus personis in secundo ordine succedentibus, (§. 692.) ad **FRATRES SORORESQUE VNILATERALES**, & eorum earumque **FILIOS FILLASQUE** deuenitur. (§. 684.)

§. 698. **FRATRES SORORESQUE VNILATERALES** nimirum dicuntur, quibus vnicus solam parens est communis, cui plene succedunt. **Quid sint fratres vnilaterales?** Hicque omnes quoad successionem legitimi sunt. Ast eorum liberi tunc demum succedunt, si in primo ordine iure succedendi parentibus gaudent.

\*) Fieri ergo potest, vt liberi, qui patrem & matrem communem habent, fratres sint vnilaterales e. g. fratres ex eodem concubinato procreati (§. 692. \*)

B.

In quantum succedant?

§. 699. Ipsi fratres sororesque unilaterales in capita, praedefunctorum filii filiaeque in stirpes succedunt, nisi soli sint, quo casu successio in capita locum habet. Succeditur autem sine discrimine bonorum, paterna illa an materna sint.

Nov. 118. c. 3. Quamvis usus fori aliud statuatur.

ratio est: *presumptum votum parentum*

IV. DE SVCCESIONE RELIQUORVM COLLATERALIVM.

Denique proximior reliquorum quisque superiorum.

Reliquorum cognatorum

§. 700. His quoque deficientibus proximi, siue cognati, siue agnati, sine discrimine sexus admittuntur, ita tamen I. vt propior excludat remotiores, e. gr. patruus patruales, II. vt qui eiusdem gradus sunt, simul in capita admittantur, III. vt nec duplicitatis vinculi amplius habeatur ratio ultra fratrum liberos. Nov. 118. c. 4.

V. DE SVCCESIONE EX SPECIALI FVNDAMENTO.

Succesio coniugum vetus.

§. 701. Ex speciali fundamento I. succedunt SOCII LIBERALITATIS PRINCIPALIS L. vn. C. X.

si liber. Imp. soc. fin. hered. II. CONIUGES.

Et olim quidem demum deficiente omni cognatione, coniuges superstites vocabantur ex edicto unde vir & uxor. (§. 665.)

\*) Quamvis enim olim, quum uxores in manum convenirent, eae succederent tamquam suae & filiae familias; (§. 128. \*) tamen quia, exolescente in manum conventionione, ex iure civili coniugibus nihil iuris esset ad successionem, Praetor iis succurrere hoc edicto debuit.

§. 702.

*Nullum in high*

*ad conortem pietatis oblatum, quam ad provisionem aliam pars succedentis pertinet.*

§. 702. Sed iure nouissimo, etiam cum des. Noua.

gentibus, nedum cum ascendentibus & colla-

teralibus coniux superstes pauper \*) succedit

locupletis, & quidem si plures sint, quam tres

heredes, in portionem virilem; si pauciores,

in quartam; ita, vt si cum liberis aut nepotibus

fuis concurrat, in portione sua tantum vsum-

fructum habeat; si cum aliis personis succedat,

eam pleno iure capiat. Nov. 117. cap. 5. Auth.

Præterea C. unde vir & uxor.

+3. - Portio virili  
-3. - 1/4.  
succedit  
cum descendentes -  
-ibus - usq  
cum aliis -

\*) Non solum vxor, sed & maritus. Nov. 53. cap. 6. Quamuis enim ei nouellæ plerique derogatum esse dicant per Nov. 117. cap. 5. Vid. Wissenb. Disp. ad Inst. 30. th. 51. tamen de eo casu intelligendum esse, si mulier a viro iniuste matrimonio eiecta fuerit, luculenter ostendit Huber. Prælect. ad Inst. ib. §. 18.

§. 703. Deficientibus quoque coniugibus, III. ad

successionem vocantur COLLEGIA ET CORPO-

RA, quibus hoc ius priuilegio est indultum. L. 20.

C. de episc. & cler. L. 1. 2. C. de hered. decur-

rior. IV. Qui furiosum, ab heredibus ab intestato neglectum, praeuia denunciatione suscepit,

& ad mortem vsque aluit. Nov. 115. c. 3. Denique nemine horum omnium extante V. FIS-

CVS bona vacantia intra quadriennium agnita occupat. L. 1. pp. ff. de succ. edict. L. 1. L. 4. ff. de bon. vac. L. 1. §. 2. ff. de iure psci. L. 2. 4. 10. C. de success. edict.

Succe-  
fio col-  
legio-  
rum,  
alentis  
furio-  
sum &  
fisci.

## DE HEREDITATIS PETITIONE ET DIVISIONE.

Actio ex iure hereditario? §. 704. Absoluto iure hereditario de actione inde oriunda tractandum est, quae hereditatis petitio vocatur.

A. Hereditatis petitio quid? §. 705. Est autem HEREDITATIS PETITIO, actio uniuersalis mixta, quae datur heredi, aduersus eum, qui pro herede vel pro possessore possidet, ad id, ut actor heres declaretur, ipsique hereditas cum omni causa restituatur, L. 25. §. 18. D. de hered. petit.

2. Actio mixta de illa. §. 706. De ea sequentia notanda sunt: I. ex iure hereditario oritur, quod inter iura in re est (§. 286.) Quia vero possessor hereditatis etiam ad praestationes personales tenetur, recte actio mixta dicitur. L. 7. C. de pet. her. II. Datur tam heredi ex testamento, quam ab intestato. L. 1. 2. 3. D. de hered. petit. L. 9. C. eod. III. Cum uiuentis non sit hereditas, nec locum habet hereditatis petitio, antequam de morte eius constet, cuius bona petuntur. Mors ergo in hac actione est probanda, nisi absentem, de cuius vita non constat, LXX. annis maiorem esse, doceri possit. Leyser Med. ad P. Sp. 96. IV. Instituitur contra eum, qui pro herede aut pro possessore, non aduersus eum, qui titulo singulari possidet. L. 9. 10. L. 25. §. 17. D. de hered. petit. L. 7. C. eod. Qui dolo possidere desit, pro possessore habetur. L. 131. L. 157. §. 1. D. de R. I. V. Bonae fidei possessor restituit res, quia dolo rem representat, ratio rationis est: modum doli.



quas adhuc possidet, & ex quibus locupletior est, mala fide possidens non solum ea, quae possidet, sed & illa, quae amisit, perdidit, aut lucrari neglexit. (§. 332.) L. 20. §. 12. L. 25. §. 2. D. de hered. petit.

§. 707. Species hereditatis petitionis praeter Species eius. illas, quas supra (§. 473. \* III. §. 524. & §. 534.) exposuimus, sunt I. PARTIARIA HEREDITATIS PETITIO, sive actio si pars hereditatis petatur, quae datur coheredi ad ius cohereditarium declarandum. L. 1. D. si pars hered. petat. II. POSSESSORIA HEREDITATIS PETITIO, quam instituit heres praetorius & bonorum possessor, (§. 656.) qui bonorum possessionem agnovit, L. 2. D. de possessor hered. petit. III. HEREDITATIS PETITIO FIDEICOMMISSARIA, qua heres fideicommissarius (§. 602.) cui hereditas non realiter, sed verbis tantum est restituta, aduersus eum, qui pro herede aut possessore eam possidet, experitur L. 2. D. de fideicommissar. hered. petit.

*L. ult. Cod. qui adm. ad b. p. poss. VI. §.*

§. 708. Si hereditas, ad plures coheredes Quid actio familiae hereticundae? spectans, hactenus indiuisa fuerit, & coheres diuisionem fieri velit: agit actione FAMILLAE HERESCIVNDAE, quae datur coheredi contra coheredem (non aduersus possessorem, qui titulo singulari res hereditarias tenet,) ad communem hereditatem (exceptis nominibus, quae ipso iure inter coheredes diuisa sunt: L. 2. §. ult. L. 4. pr. ff. L. 6. C. fam. tré nec non verbis pro-

§ 4      libici

Nomina & debita hereditaria ipso iure sunt diuisa.

hibiti vsus, L. 4. §. 1. 2. ff. eod. & <sup>3</sup> instrumentis communibus, L. 5. ff. eod.) diuidendam, & praestationes personales, veluti impensaram damni-que restitutionem consequendam. L. 16. §. 4. sequ. L. 17. L. 25. §. 16. L. 29. L. 44. §. 3. & §. ult. ff. eod.

Quid collatio?

*intra non  
Rapport.*

§. 709. In diuisione hereditatis aliquando facienda est COLLATIO, quae est actus, quo liberi parentibus succedentes ea, quae a parentibus viuis acceperunt, in communi conferunt, vt aequalitas conseruetur \*).

\*) Ansam ipsi dedit bonorum possessio emancipatis liberis iure praetorio data. (660. & 662.) Cum enim sui omnia patri, emancipati vero sibi ipsis acquirerent, aequum visum est, vt emancipati adquisita conferrent. Iure non ius illud per liberos acquirendi quidem imminutum, (§. 426.) collatio tamen bonorum, quia in summa aequitate nititur, in aliis casibus retenta est.

Quomodo fiat?  
vt. 20.

§. 710. Fit ergo collatio i. inter liberos parentibus, siue ab intestato siue ex testamento succedentes. Auth. ex <sup>test.</sup> causa C. de collat. II. in bonis, quae a parentibus inter viuos in liberos profecta, quo peculium profectitium, dos & donatio propter nuptias pertinent, L. 17. C. eod. non vero in iis, quae mortis causa adquiruntur. L. 16. C. eod. nec magis in illis, quae proprio iure ad liberos spectant; quorum in censum quoque bona castrensia & quasi castrensia referuntur. L. f. C. eod. L. 14. C. fam. hercisc. Nec deni-

*terius donationes simplices id est, quae non ob causam acceptas liberi non*

que III. conferuntur, quae parens ea mente liberis dedit, vt praecipua habeant, velut donatio simplex, L. 18. C. eod. aut ea, quorum collationem parentes prohibuerunt. Nov. 18. c. 6.

DE IVRE PIGNORIS.

§. 711. Absolutis tribus iuris in re speciebus, Con- dominio, seruitute & iure hereditario, ad ius nexio, ad rem prouehitur Imperator. Nos autem antea de quarta specie, iure pignoris (§. 286.) scilicet, quaedam praelibabimus.

§. 712. PIGNORIS vocabulum multifariam sumitur. Denotat enim I. contractum, quo alicui res traditur in securitatem crediti, ita vt soluto debito in specie restituatur, §. ult. I. quib. mod. re. Differt ergo contractus pignoris ab HYPO- THECA, quae ICTIS significat pactum, quo ius in re in securitatem crediti absque rei traditione datur. §. 7. I. de act. L. 9. §. 2. D. de pign. act. L. 238. §. 2. D. de V. S.

Pignus pro contractu quid?   
 1, quid   
 2, differt   
 3, constitutio   
 4, finis   
 5, effectus & actiones.

§. 713. II. Pignus ius illud in re significat, Pignus quod in securitatem crediti constituitur, & ita pro iure & pro re. quidem vt stricte ius pignoris vocetur, cum res traditur; ius hypothecae, si sine traditione est. Denique III. etiam res, in qua creditor ius in re consequitur, pignus adpellatur, stricte & proprie quidem si res tradita fuerit; hypotheca, si minus \*). Nos hoc loco pignus pro iure accipimus, & latiori quidem sensu eodem vtemur, vt hypothecae ius sub illo complectamur.

\*) Ergo & vocabulum hypothecae triplicem significatum admittit. Denotat enim aut *patium*, (§. 712.) aut *ius in re*, aut *rem ipsam*.

Ius pignoris quomodo constituitur?

§. 714. Pignoris ius vario modo constitui potest. Si ex consensu debitoris constituitur, VOLUNTARIUM, si citra eum ex necessitate, NECESSARIUM vocatur. Voluntarium aut CONVENTIONALE aut TESTAMENTARIUM est, quorum utrumque in EXPRESSUM & TACITUM abit. *L. 20. Cod. de adm. tut. V. 34. L. A. 7. in 3. m. b. Caus. pignoris vel hyp. Tacit.*

Pignus necessarium quotuplex?

§. 715. Necessarium vero in LEGALE, PRAETORIUM & IUDICIALE dispefcitur, Legale s. <sup>immediati</sup> tacitum est, quod lex ipsa <sup>disponit</sup> constituit; praetorium, quod a Praetore per missionem in bona debitoris, contumaciae coercendae causa *L. 26. pr. D. de pign. act. iudiciale*-demique, quod iudicati exsequendi ergo ab eodem datur. *L. 1. C. si in caus. iudic. VIII. 23.*

Pignus vel publicum vel priuatum.

§. 716. Pro diuersa auctoritate, qua pignus nititur, aut PVBLICVM aut PRIVATVM est. Illud dicitur, quod in iudicio apud acta consensu debitoris expeditur, vel coram tribus testibus masculis integrae existimationis concinnatur; \*) *L. VIII. 18. C. qui pot. in pign. & hoc priuato praefertur. L. II. cit.*

\*) Haec distinctio ergo non nisi in pignora conventionalia quadrat.

Vel generale vel speciale.

§. 717. Ratione obiecti pignus in GENERALE & SPECIALE abit. Generale omnia bona, *L. ult. C. quae res pignori, speciale* certa tantum

tum bona adfcit. L. 1. §. 1. L. 15. §. 1. L. 13.  
L. 34. D. de pignor.

§. 718. Denique pignus, si effectum eius respicimus, vel eo gaudet privilegio, vt aliis licet tempore prioribus, aut publicis pignoribus praeferatur, vel minus. Prius PRIVILEGIATVM, siue QUALIFICATVM, siue CVM IVRE PRAELATIONIS CONIUNCTVM, posterius SIMPLEX vocatur. *L. 5. §. 6. qui potione in pignore. §. 9. qui credit in reflectionem ad iur.*

Vel privilegiatum vel simplex.

§. 719. Pignus simplex ergo per se & ob suam naturam aliis non praefertur; sed ius prioritatis extrinsecus aut per *publicam fidem*, (§. 716.) aut per *tempus ipsi conciliandum est.*

Discrimen vtriusque.

§. 720. Soluitur ius pignoris I. sublato debito principali. L. 43. D. de solut. pr. I. quibus mod. toll. oblig. II. Remissione expressa L. 5. pr. L. 7. L. 8. quib. mod. pignus vel hyp. solv. aut tacita L. 3. D. de pact. L. 4. §. 1. L. 12. pr. D. quib. mod. pign. L. 6. 8. C. de remiss. pign. III. Soluta iure constituentis. L. 31. D. de pignor. L. 4. §. 3. D. de in diem addit. IV. Lapsu temporis L. 6. pr. quib. mod. pign. V. Extincta re oppignorata. L. 8. pr. eod. aut VI. ita mutata, vt ad priorum formam reduci nequeat. L. 18. §. pen. D. de pign. Act.

Quomodo pignus solvatur?

4.

§. 721. Efficit ius pignoris I. *ius retinendi* rem oppignoratam. II. *ius agendi* contra quemcumque eius possessorem. Quem in finem datur

Effectus iuris pignoris

5.


tur actiones SERVIANA & QVASI SERVIANA nec non INTERDICTVM SALVIANVM & QVASI SALVIANVM, de quibus Lib. 4. TIT. 15. III. *Ius distrahendi.* (§. 420.)

Serui- §. 722. SERVIANA datur locatori praedii  
na. rustici aduersus colonum & quemcunque posses-  
forem rerum pro mercede pignori obligatarum  
ad res illas persequendas. §. 7. *I. de action.*

Quasi §. 723. Quemadmodum vero haec actio tan-  
seruiana tum ad vtilitatem locatoris praedii rustici com-  
parata est: ita QVASI SERVIANA vel HYPO-  
THECARIA generalis est, & datur pignore iam  
constituto cuiuslibet creditori contra debitorem  
vel quemcunque rem oppignoratam vel hypo-  
thecam possidentem, ad rem illam vna cum fruc-  
tibus & accessionibus persequendam. §. 7. *I. de  
action. L. 16. §. 3. sequ. D. de pign. et hypoth.*

*Obligatio*

- 1. ex contractu §. 724.
- 2. ex quasi-contractu §. 723.
- 3. ex delicto §. 725.
- 4. ex quasi-delicto §. 726.



TIT. XIV.

OBLIGATIONIBVS.

*A. quae ex contractu nascuntur*

§. 724.

Con-  
nexio.  
Quid ius  
ad rem?

**H**actenus de iuribus in re actum. Nunc ergo  
ad ius ad rem transeundum est. Quod  
quum sit facultas, competens in personam, vt  
haec aliquid dare vel facere teneatur: (§. 284.)  
sequitur vt omne ius ad rem nascatur ex OBLI-  
GATIONE, §. 725.

§. 725. OBLIGATIO est necessitas a lege personae imposita, aliquid praestandi. *arg. pr. Inst. h. t.* Ex quo fluit axioma, obligationem personam non egredi, adeoque actionem aduersus tertium non producere. L. 25. pr. ff. de O. & A.

Quid obligatio?

§. 726. Necessitas illa rei alicuius praestandae a lege siue iure imponitur, & quidem vel a solo naturali; L. 95. §. 4. ff. de solut. vel a solo iure civili; vel ab aequitate naturali & iure civili simul. Primi generis obligationes MERE NATVRALES; secundi MERE CIVILES; terti MIXTAE adpellantur \*) §. 1. Inst. de fideiuss. L. 1. ff. de nouat. L. 3. §. 1. ff. de pec. const. §. 1. Inst. de except.

Eius diuisio I. prima a fundamento remoto.

\*) Sic aequum est filium familias expungere nomen, etiam sine iussu patris contractum; sed huic naturali obligationi non adhsit ius ciuile. Iure naturae pacta sunt seruanda; sed huic obligationi non omnino adhsit iura nostra, quippe quae ex pacto nudo non dant actionem. Adeoque hae sunt obligationes MERE NATVRALES. Iure ciuili & qui metu coactus promittit, obligatur; sed haec obligatio est MERE CIVILIS. Denique venditor & iure naturali & ciuili ad rem tradendam obstrictus; haec ergo obligatio MIXTA est.

L. 27. §. 5  
quod metus causa.  
L. 4. Cod.

de his quos iudicis causa  
§. 20.  
Obligatio natu-

§. 727. Obligatio naturalis aliquando a lege ciuili plane destruita est, ita vt nullos omnino in ciuitate producat effectus \*); aliquando non quidem confirmata est, nec tamen penitus sublata \*\*). Vfus huius distinctionis infra in articulis de pignore (§. 793.), fideiussione (§. 839.)

con-

condictione indebiti, (§. 9. 955.) & compensatione (§. 979.) patebit.

\*) Talis est obligatio mulieris ex intercessione L. 16. §. 1. D. ad SC. Vellei. obligatione prodigi L. 6. D. de V. O. Plura exempla habet Westenberg diss. I. de caus. obligat. cap. 4. §. 9. seqq.

*Sct. Mac.\*\*)* Huc pertinet obligatio ex nudo pacto, L. obligatio. 7. §. 5. L. 45. D. de pact. filiifamilias ex mutuo L. 10. D. ad Sct. Maceol.  
*nam natu. ualem filiifamilias salutem relinquunt.*

Necnon §. 728. MERE CIVILIS obligatio nonnumquam efficacem actionem producit. Sic depositarius depositum miserabile negans solo iure civili ad duplum praestandum obligatus est, L. 1. §. 1. D. de pos. (§. 785.) & ita quidem, ut cum effectu de illo conueniri possit \*). Nonnumquam vero Praetor obligationem mere civilem data exceptione elidit. Exemplum habes in L. 44. §. 1. D. de O. & A. §. 3. I. de verb. obl. Hinc non desunt Icti, qui obligationem mere civilem in EFFICACEM & INEFFICACEM dispescunt.

\*) Exempla plura praebet Westenberg loc. laud. §. 31.

Etiam §. 729. MIXTAE obligationes praeter naturale vinculum vel legibus civilibus sustinentur, ut duplex? contractus; vel iurisdictione Praetoris, ut obligatio ex constituto. Illae CIVILES, hae PRAETORIAE adpellantur. §. 1. Inst. h. t.

Diuisio §. 730. Omnes obligationes ex lege sunt; obligatio enim necessitas a lege imposita est. (§. II. a fun. 725.)



725.) Sed tamen aliae IMMEDIATE ex lege damen-  
nascuntur, aliae MEDIATE, accedente facto ob- to prox-  
igatorio, e. c. pater filio obligatur ad alimenta imo.  
immediate ex lege, nullo licet accedente facto,  
obligatorio; possessor ei, cuius interest, ad ex-  
hibendum immediate, nullo accedente facto, te-  
netur. At contrahentes & delinquentes immedia-  
te obligantur ex facto suo, mediate ex lege.

§. 731. Factum obligatorium (§. 730.) aliud Quarta.  
licitum est, aliud illicitum: illud dicitur CON-  
VENTIO; hoc DELICTVM vel MALEFICIVM.  
De hoc infra erit dicendum; (L. IV. Tit. I.) de  
illa hic differendi locus est.

§. 732. CONVENTIO s. PACTIO s. PAC. Quid  
TVM sensu lato est promisso acceptata L. I. §. con-  
2. D. de pact. Dicitur autem OBLIGATORIVM, ven-  
tio?  
si obligatio illo constituitur, LIBERATORIVM, Non Anny  
si obligatio & actio tollitur, L. 6. D. eod. \*)  
Consensus duorum vel plurium in idem)

\*) In pactis distinguenda sunt ESSENTIALIA a:  
NATVRALIBVS & ACCIDENTALIBVS. Ista  
ad negotii naturam ita requiruntur, vt abesse  
nequeant; illa licet abesse possint, locum ta-  
men habent in pacto, nisi expresse remouean-  
tur, & adesse praesumuntur, vt contrarium as-  
serenti probatio incumbat; haec denique or-  
dinario absunt, neque aliter locum inveniunt,  
quam si expresse adiciantur. L. 11. §. 1. D.  
de Act. emt. & vendit. L. 27. D. de R. I.

§. 733. Ex ipsa natura conventionis (§. 732.) Axio-  
mata fluunt axiomata. Nimirum I. conventio- mata de  
nes sine consensu non intelliguntur. II. Ineun- ea.  
tur inter plures personas. III. Per pacta inten-  
dunt

dunt partes sese obligare, & ius in alterum transferre. IV. Pacta inuenta sunt, vt quisque suum commodum promoueat. V. Eo, quo pacifcentes sese obligare volunt, modo, non aliter obligantur.

*prædictum est. lex specialissima  
j<sup>mo</sup> loco inspicienda — in inter Contractus*

Requiri. §. 734. Ex primo axiomate, quod pacta re-  
tur con-  
sensus. quirant consensum (§. 733. I.) sequitur, vt qui consentire non potest, veluti infans, furiosus, summe ebrius, nec possit pacisci. L. 18. §. 3. C. de iure delib. L. 1. §. 12. de O. & A. §. 8. Inst. de inutil. stip. II. Vt illi, quorum iudicium imperfectum est, quales sunt impuberes, alios quidem sibi, non autem sese aliis ciuilitur obligare possint \*) nisi auctore tutore (§. 208.) III. Vt surdi & muti pacisci possint, si animi sensa exprimere valeant. L. 4. §. 1. D. de pact. IV. Vt quod impedit consensum, etiam impediatur pactum. Hinc a) pactum, in quo dolus interuenit, aliquando nullum est. (vid. infra §. 1008.) L. 7. pr. D. de dolo malo. L. 12. D. de iure dot. Nec valet b) pactum, si pacifcentes circa personam, rem ipsam aut maximam eius partem erauerunt. L. 34. pr. de contr. emt. L. 21. §. 2. de act. emt. & vend. Denique c) is, qui vitia rei latentia reticuit, ad redhibendum potest compelli, actione redhibitoria; aut ad partem eius, quod accepit, restituendam, actione quanti minoris. L. 21. 23. 25. D. de acdilit. edicto.

\*) An vero naturaliter obligantur ex pactis suis? In varias sententias discedunt Icti. Eorum sententia,

tentia, qui pupillos *pubertati proximos* naturaliter obligari contendunt, non vero *proximos infantiae*, verior videtur. Cuiac. L. 14. Obs. 4. D' Arnaud var. coniect. l. 29 c. 27. *de dolo malo.*

§. 735. Consensus autem ille fit, *I. liber.* Eius ratio. Hinc rata non habentur pacta metu extorta. L. *quisita.*

136. D. de R. I. L. 3. D. de resc. vend. L. 1. 60. quot met. caus. (vid. infra §. 1006.) II. *Specialis.*

Valet tamen indiscreta dotis promissio a patre facta, L. 1. C. de dote promissa. III. *Mutuum;*

pactum ergo *a nudis tractatibus differt.* L. 1. §. 3. D. de pactis, & pollicitatione \*). IV. *Sincerus,*

remota simulatione, L. 54. de O. & A. V. *Certus,* hoc est aut *expresse* aut *tacite* declaratus \*\*). Inde vero pacta in *EXPRESSA & TA-*

*CITA* abeunt. L. 2. pr. & §. 1. D. de pact.  *nihil conueniunt tam contrarium est, quam*

\*) *POLLICITATIO* est promissio non acceptata. L. 3. pr. D. de pollicitat. Actionem producit, si Deo vel ecclesiae est facta, quo casu dicitur *VOTVM*; L. 2. pr. D. *ibid.* II. si reipublicae fit ex iusta causa, L. 1. §. 1. 5. L. 4.

L. 6. L. 9. eod. \*\*) Addunt nonnulli consensum *praesumptum,* & in eo quasi contractuum fundamentum quaerunt. (§. 934.)

§. 736. Cum pacta inter *personas* ineantur, *Inter & quidem plures;* (§. 732.) II.) prono fluit alioquo, I. ut pacisci non possit pater cum filiofamilias; (§. 101.) L. 7. D. de O. & A. §. 6. I. de *inut. stip. nisi* de rebus castrensibus & quasi castrensibus. L. 2. D. ad SC. *Maced.* II. Ut nec duo filii familias in eiusdem patris potestate con-

*l. 12. §. 1. de dolo malo.*  
*liber.*  
*Eius ratio.*  
*quisita.*  
*136. D. de R. I. L. 3. D. de resc. vend. L. 1. 60. quot met. caus. (vid. infra §. 1006.) II. Specialis.*  
*Valet tamen indiscreta dotis promissio a patre facta, L. 1. C. de dote promissa. III. Mutuum;*  
*pactum ergo a nudis tractatibus differt.*  
*L. 1. §. 3. D. de pactis, & pollicitatione \*). IV. Sincerus,*  
*remota simulatione, L. 54. de O. & A. V. Certus,*  
*hoc est aut expresse aut tacite declaratus \*\*). Inde vero pacta in EXPRESSA & TA-*  
*CITA abeunt. L. 2. pr. & §. 1. D. de pact. nihil conueniunt tam contrarium est, quam*  
*\*) POLLICITATIO est promissio non acceptata.*  
*L. 3. pr. D. de pollicitat. Actionem producit, si Deo vel ecclesiae est facta, quo casu dicitur VOTVM; L. 2. pr. D. ibid. II. si reipublicae fit ex iusta causa, L. 1. §. 1. 5. L. 4. L. 6. L. 9. eod.*  
*\*\*) Addunt nonnulli consensum praesumptum,*  
*& in eo quasi contractuum fundamentum quaerunt. (§. 934.)*

*L. 1. §. 1. 5. L. 4. L. 6. L. 9. eod.*  
*\*) POLLICITATIO est promissio non acceptata.*  
*L. 3. pr. D. de pollicitat. Actionem producit, si Deo vel ecclesiae est facta, quo casu dicitur VOTVM; L. 2. pr. D. ibid. II. si reipublicae fit ex iusta causa, L. 1. §. 1. 5. L. 4. L. 6. L. 9. eod.*  
*\*\*) Addunt nonnulli consensum praesumptum,*  
*& in eo quasi contractuum fundamentum quaerunt. (§. 934.)*

§. 736. Cum pacta inter *personas* ineantur, *Inter & quidem plures;* (§. 732.) II.) prono fluit alioquo, I. ut pacisci non possit pater cum filiofamilias; (§. 101.) L. 7. D. de O. & A. §. 6. I. de *inut. stip. nisi* de rebus castrensibus & quasi castrensibus. L. 2. D. ad SC. *Maced.* II. Ut nec duo filii familias in eiusdem patris potestate con-

*Inter & quidem plures;* (§. 732.) II.) prono fluit alioquo, I. ut pacisci non possit pater cum filiofamilias; (§. 101.) L. 7. D. de O. & A. §. 6. I. de *inut. stip. nisi* de rebus castrensibus & quasi castrensibus. L. 2. D. ad SC. *Maced.* II. Ut nec duo filii familias in eiusdem patris potestate con-

stituti pactum inire possint. L. 38. D. de condict. indeb. III. Ut serui se paciscendo obstringere nequeant. L. 14. D. de O. & A. L. 21. D. de pact.

1) Qui pacifici non possint?  
2) Obiectum pactorum.  
3) pactum legale

§. 737. Ex axiomate tertio (§. 732. III.) colligimus I. quod illi, qui non habent liberam administrationem rerum, nec possint de patrimonio suo pacisci, veluti *minores*, L. 3. C. de in integr. rest. & prodigi L. 40. de R. I. II. Quod pacta iniri debeant de obiecto in potestate pacipientium posito, L. 46. D. de pact. siue vere existat, siue speretur. L. 46. cit. L. 8. pr. §. 1. D. de contr. emt. Non ergo a) valent pacta inita de rebus, quae extra commercium sunt; L. 38. §. 5. de V. O. nec b) si obiectum est impossibile; L. 31. de O. & A. L. 185. de R. I. ita tamen, vt promittens, si solus impossibilitatem sciuerit, aut culpa sua effecerit, ad id quod inter est teneatur. Porro c) pacta de rebus \*) aut factis \*\*) alienis non praecipiant tertio. III Quod pactum legi contrarium obligationem non producat (§. 725.). Hinc pacta successoria de hereditate pacipientis, aut tertii, certi, viuentis, nec consentientis non valent; L. 15. §. ult. C. de pact. nec magis pacta super re litigiosa t. t. Pand. de litigios.

\*) Conuentio tamen de re aliena inita inter ipsos pacipientes aliquando valet. L. 28. D. de contr. emt. L. 15. L. 16. D. commodati. (vid. §. 912.)

\*\*) De his pactis notes velim. I. Valere pactum si promittam, me omnem operam adhibiturum esse, vt tertius aliquid praestet, nec

non II. hocce: *me effecturum, ut tertius praestet.* §. 3. I. de inutil. stip. III. Pacto vero huius argumenti: *Ego promitto, tertium tibi quid praestitutum esse, nulla vis inest obligandi.* §. 3. I. cit. L. 38. pr. L. 83. de V. O. L. 65. D. de fideiussor. Hodie tamen hanc conventionem merito sic interpretamur, ac si promissem: *me effecturum, ut tertius praestet.* conf. Hert. in diss. de obligat. alium daturum facturumve, Sect. 1. §. 8.

§. 738. Quia pacta in eum finem inventa, ut quisque propriis commodis inservire possit: (§. 733. IV.) de iure romano nemo pacisci potest in gratiam tertii; L. 73. in f. de R. I. L. 11. de O. & A. L. 11. §. 6. de pign. act., nisi ipsius promissarii interfit, tertio praestari. §. 19. I. de inutil. stip. Si ergo quis sibi & tertio stipulatur: pro parte promissarii tantum valet promissio. §. 4. I. cod. Contra si quis sibi aut tertio dari stipulatus est, is totam obligationem sibi acquirit, quamvis tertio, (qui adiectus vocatur, L. 59. D. de solut.) etiam invito, promissario, solvi possit. §. 4. cit. L. 7. D. de constit. pecun. L. 10. D. de solut. Hodie pactum in gratiam tertii initum valere, verius est. I. H. Boehmer diss. de iure ex pacto tertii quaestio cap. 2. l. 3. Cod. de don. quod sub modo.

§. 739. Cum denique paciscentes ita, ut voluerint, obligentur (§. 733. V.) sequitur, pacta iniiri posse sub CONDITIONE, MODO & DIE. Modi ineundi pactum.

§. 740. Conditio, quam supra definiimus, (§. 492.) in pactis aut resolutiva est, aut suspensiva. PACTVM SVB CONDITIONE resolutioes

1173  
 1181  
 1172  
 1173  
 1174  
 tiva est, quod statim obligationem producit, sed  
existente conditione retro nullum est. L. 19. D.  
de usurp. L. 6. §. 1. D. de diuers. temp. prae-  
script. pactum vero SVB CONDITIONE SVS-  
PENSIVA dicitur, quod non nisi conditione exi-  
stente obligat. De hoc tenendum, I. quod con-  
 ditio impossibilis natura tali, affirmative ad-  
 iecta promissionem vitiet. §. 1. I. de inutil. stip.  
 L. 26. L. 27. L. 123. D. de V. O. Sin negatiue  
 adicitur, conuentio pura censetur. §. 11. I. de  
inutil. stip. II. Qui sub conditione impossibili  
moraliter tali promittit, non obligatur, siue  
 conditio affirmatiua sit, siue negatiua. L. 7. §. 3.  
 D. de pact. III. Pendente conditione possibili,  
 dies neque cedit, neque venit. d. L. 123. Sper,  
 tamen ex conuentione tali oritur, debitum iri,  
 neque viuo promissario interuertenda facto aut  
 poenitentia alterius, L. 8. pr. D. de peric. &  
commod. rei vend. neque morte promissarii ex-  
 spirans, sed in heredes eius transiens. §. 4. I. de  
verbor. oblig. §. 25. I. de inutil. stip. IV. Con-  
 ditio existens retrotrahitur ad initium actus. L.  
 78. pr. de V. O. L. 18. de R. I. V. Deficiente  
 denique conditione possibili, conuentio retro  
 nulla est. L. 37. D. de contrah. ent. d. L. 8. pr.  
 D. de peric. & commod. rei. vend. \*)

\*) Si obiectum promissum non nisi conditione  
 casuali existente praestandum est, pactum vo-  
 catur conuentio de spe, quae diuidi solet in  
 eam, quae est de spe proprie sic dicta, & con-  
 uentionem de re sperata. Prior est, si alter  
 pacifcentium sub conditione casuali promittit,  
 alter

alter pure, velut si quis iacum retis emit. L. 12. D. de act. emt. Posterior vocatur, si primus sub conditione casuali se obligat, secundus vicissim quid promittit, at non nisi eum in casum, si obiectum a primo promissum praestabitur; v. c. emō fructus nascituros, ita vt nisi nascantur & praestentur, pretium non solvam.

§. 741. MODVS est clausula actui benefica 2. Sub adiecta, qua illi, in quem beneficium confertur, aliquid agendum vel non agendum praescribitur. Hic non suspendit quidem obligationem, nec ipso iure eius vim resoluit, si non impletur; at ex illo tamen actio ad implendum oritur. L. 1. §. 1. ff. de leg. 1. L. 1. §. 2. L. 44. de manumiss. test. Vid. Christ. Frid. G. Meister in diff. de eo, quod inter conditionem resolutiuam & modum interest; in opusc. T. 2. p. 142. seqq.

§. 742. DIES pacto adiectus, siue omnino, 3. Sub siue quoad quaestionem an, incertus, pro conditione habetur. L. 75. D. de condit. & demonstr. Cum certus est, vel ex die promittitur, vel in diem. Si prius, statim quidem credit, sed non venit nisi tempore lapsō L. 213. de V. S. Si posterius, dies statim credit & venit, sed obligatio tempore lapsō expirat; L. 52. in f. D. de pact. nisi conuentio solennibus verbis inita sit, de qua re infra §. 808. dicetur.

§. 743. Effectus conuentionis validae est, vt I. non solum paciscentes, sed & eorum heredes uentig obligentur. L. 7. §. 8. de pact. modo pactum sit in rem, quod in dubio praesumitur, non in lectu. vid. definitiones heredis.

T 3  
axioma est: Paciscimur nobis et heredibus nostris tam active quam passive.

*c. g.  
emptor  
sonator  
legatar.*

personam. L. 13. C. de contr. stip. Successorem singularem pacta non obligant iure romano. L. 2. pr. D. de polli. L. f. D. de contr. emt. Obligantur autem II. ad praestandum id, quod in conventionem est deductum; nec praestando id, quod interest, liberantur. L. II. §. 2. D. de act. emt. Thomasi *diss. an, qui factum promisit, liberetur praestando id, quod interest?*

Arrha  
quid?

*Gotth. Fullan*

§. 744. Pactis accedere solet ARRHA, quae est, id, quod tamquam signum iuris pactitis datur. Haec aliquando antequam pactum perfectum est, aliquando pacto iam perfecto datur. Posterior vel in signum iuris poenitendi datur, quo casu Doctores eam vocant POENITENTIALEM; vel in signum, quod conventio sit irrevocabilis, quae CONFIRMATORIA dici solet. Si arrha pacto adhuc imperfecto, aut in signum iuris poenitendi datur: dans resilire potest, modo arrham perdere velit; accipienti vero poenitere licet, si duplum eiusdem restituat. pr. I. de emt. & vend. L. 17. C. de fid. instr. IV. 21.

Con-  
ventio-  
nis dis-  
tinctio  
in pac-  
tum &  
contrac-  
tus.

§. 745. Quamvis autem omnia omnino pacta, modo pacifcentes consentire potuerint, & libere consenserint, obligent iure naturali: Romanae tamen leges non omnibus hisce conventionibus adstant. \*) Inde illa maximi momenti distinctio inter CONTRACTVS & PACTA *sensu stricto* (§. 732.) oritur.

\*) Nimirum Romani non negabant, pacta esse servanda, immo potius improbum eum putabant, qui



qui fidem datam liberare nollet, Sed actionem non dabant ex pactione nuda, quia saluti ciuium aduersari existimabant, si omnes conuentiones, quarum haud paucae festinanter, nec serio & deliberato animo ineuntur, ciuiliterv validae habeantur.

§. 746. CONTRACTVS nimirum est conuen- Vtrius-  
tio, cui subest causa ciuilis, h. e. conuentio an- que defi-  
tiquitus adprobata communibus iuris ciuilis nitio,  
regulis; PACTVM, quod hac causa caret. Con-  
tractus  
sa vero triplex est. Obligat enim conuentio I. quotu-  
si formula, siue scripta siue ore nuncupata, ini- plices.  
tur; II. si alteruter paciscentium promissa praes-  
tat; III. si ex quinque illis est, quae exigente sic  
necessitate & vtilitate publica solo consensu per-  
ficiuntur, hoc est, aut emptio venditio, aut lo-  
cacio conductio, aut societas, aut mandatum,  
aut emphyteusis. Primi generis conuentiones,  
CONTRACTVS FORMVLARI, secundi REA-  
LES, tertii CONSENSVALES adpellantur.

*omnes contractus consensuales sunt bonae fidei.*  
§. 747. Licet autem pacta antiquitus, & con- Pactum  
munibus, iuris ciuilis regulis non sint probata, quotu-  
(§. 746.) quaedam tamen eorum extra ordinem, plex?  
ob auxilium quoddam speciale obligatoria, &  
ad agendum efficacia sunt. Hinc pacta in NVDA  
& NON NVDA diuiduntur. Nudum actionem  
non producit, sed solam exceptionem ex edicto  
Praetoris. L. 7. §. 4. ff. de pact. L. 10. L. 21.  
L. 28. C. eod. Non nudum actionem producit  
(\*), vel quia speciatim ei lex noua, vel quia  
Praetor adfuit, L. 6. ff. de pact. vel quia con-  
tractus

tractui bonae fidei in continenti adiectum est: L. 7. §. 5. L. 13. C. de pact. quorum istud PAC-  
TVM LEGITIMVM \*\*) illud pactum PRAE-  
TORIVM, hoc ADIECTVM vocatur \*\*\*).

\*) Ita Romani. Sed hanc subtilitatem aliae gen-  
tes non receperunt, adeoque obligationem  
actionemque producant omnes conventiones,  
modo l. requisitis illis, quae haftenus propo-  
suimus (§. 733. seqq.) sint instructae, ac II. lego  
speciatim non reprobatae. Haec laus iam olim  
Germanorum, qui nullos mortaliu armis  
aut fide ante Germanos esse, iure gloriaban-  
tur. Tacit. Ann. lib. 13. C. 54. Vnde semper  
apud eos valuit paroemia iuris: *Ein Wort,  
ein Wort: ein Mann, ein Mann*: id est, *vir  
bonus est solo verbo obligatur*. Quare egre-  
gie falluntur, qui hanc obligationem pactorum  
ex iure canonico repetunt, & quidem ex cap.  
1. X. de pact. Conf. Hert. Paroem. iur. lib.  
1. par. 8.

\*\*) Legitimum dicitur, quod lege civili confir-  
matur. Sic pacta legitima sunt dotalia, (§.  
132.) L. 6. C. de dot. prom. donationis, (§.  
408.) L. 35. §. vit. C. de donat. pacta quae-  
dam de usuris L. 30. ff. de usur. L. 7. ff. de  
foen. naut. L. 12. C. de usur. Nov. 136. cap.  
4. Contra pacta praetorio iure confirmata sunt  
1. hypotheca, (§. 712.) L. 17. §. 2. ff. de pact.  
2. constituta pecunia L. 1. ff. de pecun. const. &  
3. conventio de iureiurando praestando. §. 11.  
Inst. de act.

\*\*\* ) Inter pacta adiecta iure antiquo nobilissi-  
mum erat pactum fiduciae, quo res alicui ea  
lege mancipabatur, ut mancipanti eam reman-  
ciparet. conf. Franc. Car. Conradi exercit. bi-  
mos de contractu fiduciae.

§. 748. A *veris contractibus* differunt QVA- Quasi  
SI CONTRACTVS, vt vulgo vocantur, qui sunt <sup>contra-</sup>trac-  
facta, quibus quis obligatur eodem modo ac si <sup>tus.</sup>  
contraxisset. De his infra erit dicendi locus (Li-  
bri huius Tit. 28.)

§. 749. VERI contractus vel producent actio- Veri  
nem sibi propriam & cognominem vel minus. contrac-  
Prioris vocantur contractus NOMINATI; pos- <sup>tus no-</sup>trac-  
teriores INNOMINATI; quales sunt quatuor illi: <sup>minati</sup>  
Do, *ut des: do, ut facias: facio, ut des: facio* & inno-  
*ut facias*; ex quibus non nascuntur actiones cog- <sup>minati.</sup>  
nominem, sed actio generalis *in factum* vel *prae-*  
*scriptis verbis*. L. 1. 2. 3. & 5. L. 17. §. 2. *ut. ff.*  
*de praeser. verb.* L. 7. §. 2. *ff. de pact.* \*)

\*) Cum omnes contractus *formularii* & *consen-*  
*suales* sint nominati, distinctionem hanc ad so-  
los *reales* quadrare constat.

§. 750. Quum autem vel *utroque contrahens*, Con-  
vel *alteruter solus* ad dandum quid vel facien- tractus  
dum obligatus sit: contractus in BILATERALES, <sup>vnilate-</sup>trac-  
(*διπλεύρης*) & VNILATERALES, (*μονοπλεύρης*) <sup>rales &</sup>trac-  
abeunt \*). Unilaterales sunt mutuum, stipula- <sup>bilatera-</sup>trac-  
tio, literarum obligatio & contractus innomina- <sup>les.</sup>trac-  
ti; reliqui bilaterales. Bilaterales porro in AE-  
QVALES & INAEQVALES non inepte diuidun-  
tur. Illi dicuntur, in quibus utroque ex ipsa con-  
uentione statim ab initio tenetur. Hi vero, in  
quibus alter principaliter ex ipso contractu, alter  
minus principaliter & ex post facto demum,  
occasione contractus obligatur. \*) *Vni.*

\*) *Vniaterales contractus* tantum vnā actio-  
nem producant; *bilaterales* duas, & quidem  
vtramque DIRECTAM. si contractus bilatera-  
lis *aequalis* est. Sin *inaequalis*, contra eum  
qui principaliter obligatus est, actio DIREC-  
TA, contra eum vero qui minus principaliter  
obligatur, CONTRARIA datur, *L. 17. §. 1. &*  
*3. L. 18. §. 2. L. pen. ff. commod.* quae actio  
semper ad consequendam indemnitatem com-  
parata est.

Stricti  
iuris &  
bonae  
fidei.

*fo uerel / Anuuyum  
Praestit, ut ab  
uere / in billig  
Inst. m. 1. 2. 3.  
Anuuyum  
van / van.*

§. 751. Porro contractus aut STRICTI IVRIS  
sunt aut BONAE FIDEI. *Illi* dicuntur, in qui-  
bus non obligatur paciscens, nisi ad id, quod  
expresse promisit. *Hi*, in quibus ea quoque  
praestanda sunt, quae in conuentionem non de-  
ducta, sed bona fide omisa sunt \*). Huius dis-  
tinctionis hodie nullum superesse usum plerique  
ICTI fatentur.

\*) STRICTI IVRIS, contractus erant formularii  
vt stipulatio, & litterarum obligatio: BO-  
NAE FIDEI, non formularii, vt commodatum,  
pignus, & omnes consensuales. 1) In  
illis non debentur usurae, nisi promissae; in  
in his & propter solam moram. *L. 3. C. de*  
*iv. 32. usur.* 2) Contractus stricti iuris ob dolum non  
sunt nulli, sed rescindendi per restitutionem  
ex causa doli. *L. 36. ff. de V. O.* In con-  
tractibus contra bonae fidei dolus, qui causam  
contrahendi dedit, nullam reddit obliga-  
tionem: *L. 7. pr. ff. de dolo.* 3) In illis  
compensatio non nisi per exceptionem doli  
mali; in his ipso iure obligationem perimebat.  
Quod a Iustiniano mutatum. *§. 30. Inst. de act.*

Principales &

§. 752. Denique contractus aut PRINCIPALES sunt, aut ACCESSORII. Accessorius enim  
dicitur

dicitur, qui aliam obligationem iam existentem accessio-  
praerequirat, & ad eam firmandam initur; prin-<sup>rii.</sup>  
cipalis qui minus. Accessorii sunt contractus  
pignoris & fideiussio.

De in-  
demni-  
tate  
praef-  
tanda.

§. 753. In contractibus saepe agitur ad indem-  
nitatem consequendam. (§. 750. \*) Inde de  
damno eiusque speciebus hic adhuc agendum est.

Dame-  
num  
quotu-  
plex

§. 754. DAMNUM est amissio commodi, id-  
que, si ad effectum eius respicitur, in POSITI-  
VUM & PRIVATIVUM dividitur, prout nobis  
aut aliquid ex patrimonio nostro demitur, aut  
spes lucri intercipitur. Intuitu *causae efficiantis*  
vel CASVALE est, vel ACTIONE LIBERA DA-  
TUM, hoc vel DIRECTUM vel INDIRECTUM  
est Directum vel DOLO vel CVLPA datur. DO-  
LUS est *propositum nocendi*. L. 1. §. 2. ff. de  
dol. CVLPA *omissio diligentiae debita*. L. 31.  
ff. ad Leg. Aquil. CASVS est *eventus cui re-  
sistit non potest*. L. 18. pr. ff. commod. qui me-  
rus dicitur, si nulla ratione in potestate nostra  
est; mixtus, si damnum illo datum potuisset  
averti, modo ab initio debita diligentia adhibita  
fuisset. l. 11. §. 1. locati.

Quid  
mora

§. 755. Culpa, aliquando quoque dolus inest  
MORAE, quae ICTIS significat *iniustam rei per-*  
*agenda dilationem*; & prout vel a debitore  
vel a creditore committitur, aut mora *solvendi*  
aut *accipiendi* vocatur. Prior incipit post inter-  
pellationem vel legis, vel dici, vel hominis. L.

*vel mora ex re, vel ex persona est; mora ex re, e.g. si  
emptor fructus ex re vendita percipiens pretium non  
dedit. l. 5. de act. empt. & vend. §. 1. §. 1.*

*Mora ex persona inducitur per interpellationem  
hominis debito loco, et tempore factam. l. 32. de usur.  
l. 118. de obl. & act.*

*VIII. 39.* 32. D. de usur. L. 12. C. de contrah. & committ. stip. Posterior per oblationem verbalem rei immobilis, L. 9. solut. matrim. realem mobilis rei inducitur. L. 13. §. 8. de act. emt. & vend. L. 23. de V. O. Nov. 91. c. 2. L. 9. Cod. de usur. IV. 32.

Quando §. 756. Iam ex ipsis definitionibus fluunt axiomata: I. DOLVS semper & in omni contractu praestandus, nec conueniri potest in antecessum \*), vt ne dolus praestetur. L. 23. ff. de reg. iur. II. In quibusdam contractibus, in quibus amici fidem praecipue sequimur, dolus infamia notatur, veluti in DEPOSITO, SOCIETATE, MANDATO, TUTELA \*\*) L. 1. ff. de his qui not. inf. Cic. pro Rosc. Com. cap. 6. & pro Rosc. Amer. c. 40. III. CVLPA modo maior, modo minor praestanda est.

*Non in Negligentibus sicut in Praestantibus.*  
\*) De praeterito enim dolo pactio valet. L. 27. §. 3. ff. de pact. L. 5. §. 7. ff. de adm. tut.

\*\*) In deposito tamen solus depositarius non deponens; in tutela tutor non pupillus obdolum infamia notantur. L. cit. requiritur ut condonatio fiat et actione directa; non contraria. L. 6. §. 1. de his qui not. inf. - exceptio est in L. 6. §. 3. eod.

Culpae §. 757. Nimirum vti trium fere generum triplicis periuuntur patresfamilias, quorum quidam, ad fundamentum rem attentissimi, oculos centum habent; alii rerum suarum incuriosissimi, nullam rei familiaris curam animum subire patiuntur; alii denique inter hos intermedii, frugales, nec tamen Euclionis esse solent: Ita tres sunt culpaee vel negligentiae gradus.

§. 758. Qui enim eam non adhibent diligentiam, quam solent patresfamilias ad rem attentissimi, culpam LEVISSIMAM; L. 18. ff. *commodum* mod. qui omittunt diligentiam, a frugi patresfamilias adhiberi solitam, LEVEM; \*) L. 32. ff. *depos.* qui denique ne ea quidem diligentia, quam omnes, etiam dissoluti homines, uti solent, utuntur, LATAM committere dicuntur. L. 213. §. 1. L. 223. ff. *de V. S. L. penult.* §. 2. ff. *de iur. facti ign.*

\*) Ita levis culpa aestimatur diligentia, qua in rebus suis uti solet quilibet paterfamilias frugi. Et haec vocatur Doctōribus culpa levis IN ABSTRACTO. Si enim respicitur ad diligentiam, quali ipse, quocum contrahitur, in re sua uti solet, culpa illa levis in CONCRETO vocari solet. Et hanc socius socio praestare tenetur, §. 9. *Inst. de societ.* (§. 912. III.)

§. 759. Iam & de culpa observanda axiomata: I. Qui ad factum praestandum obligatus est, ordinarie de culpa levi tenetur. L. 1. D. *de tut.* & *rat. distr.* Si vero II. de obligatione *dan-* *di* aut *resituendi* quaeritur, in iis contractibus, in quibus penes unum commodum, penes alterum incommodum est, ille ordinarie culpam etiam leuissimam; hic non nisi latam praestat. L. 5. §. 2. ff. *commod.* Vbi autem par utriusque contrahentis commodum atque incommodum est, culpa etiam levis ab utroque praestanda est. L. 5. §. 2. ff. *cod.* III. Qui sua sponte negotio tali obtulit, quod alias homines fere solent, vel obligationem suscepit, in qua

Regulae de culpa praestatione.

L. 5. §. 2. D. *Comm.* " ... quia nulla utilitas eius <sup>per-</sup> *destatur*  
 " apud quem deponitur, *volus praestatur solus.*  
 " sed ubi utriusque utilitas *restituitur*  
 " *volus & culpa praestatur.* . . . "

personae industria summa requiritur, quamvis solum incommodum sustineat, tamen ad culpam leuissimam tenetur. L. 1. §. 25. ff. dep. L. 20.

II. 29 C. de neg. gest. L. 23. ff. de reg. iur. L. 13. L. IV. 35. 21. C. mand.

Regulae §. 760. Morae ex parte debitoris commissae de mora (§. 755.) effectus sunt I. ut periculum rei in debitorem transferatur, L. 23. 82. D. de V. O. modo res apud creditorem non fuisset peritura. L. 14. §. 1. D. depof. L. 45. D. de O. & A. II. Inducat obligationem ad usuras. L. 32. §. 2. L. 38. pr. & §. 14. D. de usur. III. Negotium ob moram corrumpat, si ita conuentum, aut creditori res ob moram inutilis facta, L. 6. C. de pact. int. emt. & vend. IV. Aestimationem rei augeat. L. 21. §. 3. de act. E. V. Creditoris mora (§. 755.) periculum in illum deuoluit, L. 5. 17. de peric. & comm. rei vend. L. 72. de solut. & debitorem ab usuris morae liberat. L. 10. C. de usur. Axioma est: mora in contractibus inducit obligationem ad usuras. L. 32. §. 2.

§. 761. Circa CASVM duae quaestiones ex sum sentiri & quis praestet. §. 761. Circa CASVM duae quaestiones ex sum sentiri & quis praestet. prima: quis illum sentiat; altera: quando praestetur? Quod ad priorem attinet, obseruandae sunt regulae: I. Si casus contingit in persona, quae factum praestare promittit, aut cui ius est, factum exigendi: eum sentit persona, quam tangit. L. 15. §. 6. L. 38. pr. loc. II. Casum, qui in re accidit, si ex conuentione alteri danda est, sentit is, cui res debetur. §. 3. I. de emt. vendit. L. 1. pr. D. de pe. ric.



*vic. Et commod. rei vend.* Sin res ex conuen-  
tione restituenda, vel casus in re contingit <sup>3</sup> quae  
neque danda neque restituenda est: casum sen-  
tit dominus. L. 23. D. de R. I. L. 18. pr. D.  
commod. Quoad posteriorem quaestionem vero  
obtinet axioma: casum nemo praefat; nisi eum  
vltro susceperit, aut <sup>2</sup> culpam simul admiserit, L.  
23. de R. I. aut <sup>3</sup> in mora versetur. (§. praeced.)  
L. 2. C. de peric. Et commod. rei vend. IV. 48.

*l. 16.  
de cond.  
causae  
datae*

§. 762. Iam ad contractus singulos, & qui-  
dem ad veros, cum imperatore progredimur, nexio,  
quorum quum alii *re*, alii *verbis*, alii *litteris*,  
alii *consensu* capiant substantiam: (§. 746.) pri-  
mum de illis, qui *re* ineuntur, agendum erit.

## TIT. XV.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHI-  
TUR OBLIGATIO.

~~Non sunt contractus hi qui in re aut in nomine  
S. 763.~~

Contractus dicuntur RE iniri, vel REALES Quo  
esse, non quasi actionem in rem producant sensu  
(§. 725.) sed quia non capiunt substantiam hi contrac-  
tibus, nisi ab alterutro contrahentium im- tus di-  
pleantur, qui ad sui perfectionem proter cantur  
*consensum interuentum huius requirunt.* reales

§. 764. Tales ex nominatis sunt quatuor: I. Quo-  
MVTVVM, II. COMMODATVM, III. DEPO- sint hu-  
SITVM, & IV. PIGNVS. pr. Et §. seq. I. h. t. iusmodi  
contractus.

*Consensus est essentialis; interuentus rei  
§. 765.  
speciale requisitum contractus utriusque.*

1. Quid  
2. Principia  
3. Conclusiones 304  
a. quis. b. obligatio  
causis

*similiter  
homo non habet  
res fungibilis  
in se  
Restitutio in specie*

Quid mutu-um?

§. 765. I. MUTUUM est contractus realis, quo res fungibilis ita alicui datur, ut eius fact, & is quandoque tantumdem in eodem genere restituat. pr. Inst. h. t. RES vero FVNGIBILES hoc loco dicuntur, quae pondere, numero, & mensura constant. L. 2. §. 1. ff. de reb. credit.

In his enim tantumdem est idem. *quarum usus consistit in abusu. i.e. quae usu absumuntur.*

2. Axiomata de mutuo.

§. 766. Ex qua definitione sequitur, I. ut mutuum non sit, nisi res fungibilis saltim breui manu tradatur. (§. 765.) L. 2. §. 3. L. 11. pr. & L. 15. ff. de reb. cred. II. Ut mutuum sit alienatio \*), & rei fungibilis dominium transferatur in debitorem. (§. 765.) L. 2. §. 2. L. 16. L. pen. ff. eod. §. 2. Inst. quib. al. lic. vel non.

*pr. inf.  
inst. h. t.  
L. 2. §. 2. de  
reb. cred.*

\*) Quod notandum contra Claud. Salmatii dia- triben: *Mutuum non esse alienationem.* Mu- tuum enim non solum in quantitate consistit, sed & ipsa species quoad substantiam transfer- tur, & in hanc debitor omnino consequitur dominium. Non alienatur tamen quantitas, quae utpote res incorporalis non est obiectum domini. (§. 341. I.) Et hinc contemplatione quantitatis nummi alienati esse negantur, L. 55. ff. de solut. & aes illud, quod ad de- bitorem attinet, dicitur aes alienum. L. 213. §. 1. ff. de V. S.

3. Conclusiones

A. Quis da- re pos- sit mu- tuum.

§. 767. Quum ergo mutuum sit alienatio : (§. 766. II.) infertur, I. non nisi eum dare posse mutuum, qui potest alienare, §. ult. Inst. quib. al. lic. L. 2. §. 4. ff. de reb. cred. adeoque II. si quis, qui alienare nequit, mutuum dederit, nummos exstantes vindicari; consumtos bona

fide

fide condici; mala fide, actione ad exhibendum peti posse (§. 419. II.) L. 11. §. ult. L. 13. pr. L. 14. ff. eod. III. Idemque obtinere, si quis dolo malo pecuniam alienam sine mandato domini dederit mutuam. L. 11. §. ult. L. 13. ff. eod.

§. 768. Quamvis vero in mutuo alienetur species: non alienatur tamen quantitas, (§. 766. \*) ex eoque sequitur, IV. ut tantundem & quod ad quantitatem, & quod ad qualitatem reddendum sit. L. 3. ff. eod. L. 99. ff. de solut. V. Ut conveniri quidem possit, ut minus, non vltus plus reddatur, quam datum; hinc nec usurae in mutuo debentur. L. 11. §. 1. ff. de reb. cred.

VI. Ut generatim mutatione monetae contingente ad tempus contractus respiciendum videatur; arg. L. 3. ff. de reb. cred. L. 2. C. de vet. num. pot. L. 69. ff. de contr. emt. nisi de certa specie monetae reddenda conventum, L. 5. L. 22 ff. de reb. cred. Et ita praxis servat, Gaiff. Lib. 2. Obs. cap. 73. p. 436. si mutatio monetae est specialis; iam respiciendum est ad tempus solutionis.

Quae nam illi de nascitur Obl. gatio.

l. g. Cod. de solut. viii. 43 (agio)

§. 769. Ex hoc contractu datur actio vnica, (§. 750. \*) cognominis, (§. 749.) nimirum ACTIO CERTI EX MUTUO, vel ACTIO MUTVI. L. 5. C. quib. non oblit. long. temp. praeser. qua creditor agit adversus debitorem, eiusve heredem, (§. 725.) ad tantundem in eodem genere eademque bonitate reddendum.

Quae actio in de nascatur. L. 23. de O. et. §. 14. 18. inff. de act.

*Eni non hunc est.*

§. 770. II. COMMODATVM est contractus realis, quo res non fungibilis ad certum et gratui bilateralis, inequalis, bonae fidei.

Commodatum quae 1,

1. quid
2. Principia
3. Conclusiones

*Res non fungibilis?*  
*ad Usum* gratuitum usum ita traditur, ut finito eo usu  
*Restitutio in Specie* eadem species restituatur. §. 2. Inst. h. t.

**2** Axiomata de commo-  
 dato.  
*lithographia*  
*W. Ambrosius*  
 l. 5. §. 42.  
 commo-  
 dato.

§. 771. Ex quo sequitur: I. ut commodatum in certum ac definitum usum detur; alias enim esset PRECARIUM. L. 1. pr. L. 2. ff. de precar. II. Ut, si mercedem sibi quis stipuletur, pecuniariam, commodatum transeat in locacionem conductionem; §. 2. Inst. h. t. pr. Inst. de locat. sin aliam rem, in contractum innominatum do ut des. L. 5. ff. de praeser. verb. III. Ut commodum ex hoc contractu plerumque sit penes solum commodatarium, incommodum penes commodantem. IV. Ut non, sicuti in mutuo, (§. 766. II.) transferatur dominium. L. 8. L. 9. ff. de commod.

**3. Conclusiones**

**ad I.** Quamdiu & quomodo re commo-  
 data vten-  
 dum?

772. Quia ergo commodatum ad certum usum datur: (§. 771. I.) I. illud ante finitum usum ordinarie revocari nequit. L. 17. §. 3. ff. L. 3. C. locat. Nec II. commodatarius eam aliis vibus adhibere debet, quia alias furtum vsum committeret. §. 6. 7. Inst. de obl. quae ex delicto nasc. L. 5. §. 1. ff. de furt.

**ad II.** An merces intercedere possit?

§. 773. Quumque mercede interueniente commodatum in alium contractum transeat: (§. 771. II.) consequens est III. ut, si honorarium \*) interueniat, commodati natura non mutetur. arg. L. 6. pr. ff. mand.

\*) Honorarium vero a mercede differt: I.) quod haec conuentione definiatur, illud vitro offeratur. 2. Quod mercedem admittant opere

rae tantum illiberales; honorarium liberales,  
& quae aestimationem haud recipiunt.

§. 774. Quum porro commodum ex hoc  
contractu regulariter sit penes solum commodatarium; incommodum penes commodantem: Quae culpa praestanda?  
(§. 771. III.) sequitur IV. vt ille culpam leuissimam, hic latam tantum praestet. (§. 759. I.)  
L. 5. §. 10. ff. commod. V. Vt, si commodatum sit in vtriusque gratiam factum, contrahentes sibi inuicem teneantur ad culpam leuem. (§. 759. II.) L. 18. pr. v. at si vtriusque ff. commod. VI. Vt, si in solam utilitatem commodantis hic contractus sit inicus, tantum lata culpa praestanda sit. L. 5. §. 10. ff. eod.

§. 775. Denique ex ultimo axioma (§. 771. Quid si res casu perierit?) fluit, VII. quod si res casu fortuito perierit, ea pereat commodanti, tanquam domino. perierit  
L. 18. in fin. L. 19. L. 20. ff. L. 1. C. commod.  
§. 2. Inst. h. t. & hinc commodatarius non tenetur. (§. 761. II.)

§. 776. Ex hoc ergo contractu duae nascuntur actiones contractui cognomines, nempe actiones COMMODATI DIRECTA & CONTRADICTORIA. (§. 750. \*)  
Actio commo-  
dati du-  
plex.

§. 777. DIRECTA datur commodanti aduersus commodatarium eiusque heredes ad eandem speciem finito vsu restituendam, (§. 770.) damnaeque etiam culpa leuissima data resarcienda. (§. 771. IV.) actio personalis, civilis bonae fidei, competens commodanti.  
Directa:  
§. 778.

Contra. §. 778. ACTIO CONTRARIA datur commo-  
 raria. datario aduersus commodantem eiusque here-  
 des, ad indemnitatem: (§. 750. \*) veluti si  
 y sumtus haud modicos in rem fecerit, vel<sup>36b</sup> vi-  
 tium rei commodatae caelatam damnatum senserit,  
 vel<sup>36b</sup> rem vsu nondum finito iniuste repetitam  
 detrimentum passus sit. L. 17. §. L. 3. L. 18.  
 §. 2. & 3. ff. commod.

Deposi- §. 779. III. DEPOSITVM est Contractus re-  
 tum initus, quo quis alteri rem ita gratis custodien-  
 1, quid? dam tradit, ut, quodcumque deponenti pla-  
 ad custodiam cuerit, eandem in specie restituat. §. 3. Inst.  
 h. t.

2, Axiomata de hoc contrac-  
 tu. §. 780. Vnde obseruanda axiomata: I. Con-  
 tractus & hic est gratuitus. II. Eo nec domi-  
 nium, nec vsus, sed sola rei custodia transfer-  
 tur. L. 1. pr. ff. depos. §. 3. Inst. h. t. III.  
 Commodum ex hoc contractu ordinarie ad so-  
 lum deponentem; incommodum ad solum de-  
 positarium redundat.

3, Conclu-  
siones ex axio-  
 mate primo. §. 781. Ex primo axioma-  
 te inferimus, I. de-  
 positum quoque vel in locationem conduccio-  
 nem, vel in contractum innominatum degenera-  
 re posse, si merces intercedat. §. 771. II.) L.  
 1. §. 8. 9. 10. ff. depos. II. Nec huius contrac-  
 tus naturam mutari per honorarium. (§. 774.)  
 L. 2. §. 24. ff. de vi bon. rapt.

Cur hic §. 782. Ex eodem colligimus, III. contrac-  
 contrac- tum hunc non nisi cum amicis, in quorum fide  
 maxima

maxima spes sita est, injuri, adeoque infamiam tus infamereri dolum depositarii. (756.) Cic. *pro Ros.* met?

*Amer. cap. 39. l. 10. C. depos. l. 1. §. 1. ff. de his qui not. inf. §. 2. Inst. de poen. tem. litig.*

ad II.

§. 783. Ex altero axioma te fluit IV. depositarium furtum vsus committere, si re deposita vtatur. §. 6. *Inst. de obl. quae ex del. V.* Si rei vsus concedatur, tunc depositum fieri irregulare, & accedere ad mutuam, aut commodatum, aut precarium, aut locationem conductionem, aut contractum innominatum. l. 25.

Ex secundo.

*§. 1. de precari. l. 29. ff. l. 4. cod. eod.*

ad III.

§. 784. Denique ex tertio axioma te fluit, VI. deponentem ordinarie ad culpam leuissimam, depositarium ad latam teneri. (§. 759. II.) l. 1. §. 7. 16. 20. *seq. ff. depos.* VII. Hunc etiam casum sentire, si depositum sit irregulare ad mutuam accedens, (§. 783. V.) l. 24. *ff. depos.* praestare autem casum, si vel in mora sit restituendi, vel casum omnem in se susceperit. (§. 761.)

Ex tertio. §. 3. *inst. h. t.*

785. Depositum alias in SIMPLEX dividitur, quod haecenus descriptum, & MISERABILE, quod sit ob tumultum, incendium, ruinam, naufragium. l. 1. §. 13. *ff. depos.* Hoc id singulare habet, quod si dolum depositarii in eo pelluceat, ad dupli restitutionem teneatur, l. 1. §. 1. *ff. depos.* (§. 728.)

Quotuplex depositum?

§. 786. Deinde deposito vicinum & ab eo tamen Sequediuerfum est SEQUESTRVM, I. quod illud fiat strum quid?

a

a volente; hoc aliquando etiam inuitis, iussu iudicis. \*) L. 7. §. *fin. ff. qui satisd. cog.* II. Quod illud ordinarie solam custodiam; hoc & curam transfert in sequestrem. L. 17. §. 1. ff. dep. d. L. 3. C. quor. adpell. non recip. VII. 68.

\*) Sed non nisi imminente metu fugae, L. 7. §. ult. ff. qui satisd. cog. vel dilapidationis, L. 21. §. ult. ff. de adpel. vel armorum, vel ob similes causas grauiores. L. ult. in fin. C. quibus ad lib. L. 3. ff. quor. adpell. non recip. L. 20. §. 1. C. de arg. Quo etiam pertinet bellissima species c. 14. X. de sponsal vbi de sequestratione sponsae, quae duobus fidem de matrimonio dederat. Extra hos casus prohibita est sequestratio rei litigiosae. L. vn. C. de prohib. sequestr. pec. IV. 4.  
L. 6. §. 1. Cod. unde vi. VIII. 4.

5. Duplex actio depositi. Ex hoc etiam contractu nascitur de nouo duplex DEPOSITI ACTIO, DIRECTA & CONTRARIA. (§. 750. \*)

Directa. §. 788. DIRECTA datur deponenti aduersus depositarium eiusue heredes, ad rem depositam in specie cum omni causa restituendam; (§. 780.) resarciendumque damnum dolo & culpa lata datum. (§. 784.) Cui actioni nec exceptio compensationis, nec doli mali, nec iuris in re deposita competentis, opponi potest. L. pen. C. de depos. L. ult. §. 1. C. de compens. Immo nec iure retentionis recte vitur depositarius, quamuis Doctores eam concedant ob impendia necessaria in rem depositam facta. L. II. C. depos. IV. 3A.



§. 789. CONTRARIA datur depositario ad-Contraria  
versus deponentem eiusue heredes ad indemni-  
tatem (§. 750. \* & 784.) L. 5. pr. ff. depof.

§. 790. Similiter ex SEQVESTRO, finita li-Actio  
tè, ACTIO SEQVESTARIA DIRECTA datur fequef-  
traria,  
victori aduersus fequeftræ, eiusque heredem,  
ad rem depositam cum omni caussa restituendam  
L. 5. §. 1. L. 12. §. 2. ff. depof. CONTRARIA  
fequeftri aduersus victorem ad indemnitàtem L.  
5. §. 2. ff. depof.

791. Vocabulum pignoris varias admittere sig- Pignus  
nificationes, supra (§. 712.) diximus. Hoc loco quid? 1)  
PIGNVS est contractus realis, quo creditori res restituend-  
traditur in securitatem crediti, ita ut soluto bona m. d.  
credito in specie restituatur. §. ult. Inst. h. t. in securitatem

792. Ergo I. Pignus est contractus accessorius. Axiom. 3,  
(§. 752.) II. Pignori dari possunt res omnes, quae mata de  
securum praestant creditorem. L. 9. §. 2. ff. de pignore  
pign. act. III. Ex hoc contractu non vsus trans-  
fertur, sed possessio & custodia, adeoque tradi-  
tionem accedere oportet. §. ult. Inst. h. t. IV.  
Contractus pignoris in vtriusque contrahentis  
utilitatem comparatus est, §. ult. Inst. h. t. L.  
5. §. 2. ff. de commod.

§. 793. Ex primo axiomate deducimus, I. 3,  
nullam esse pignoris causam, vbi debitum nul- Conclu-  
lum, L. 11. §. 3. D de pignoratit. act. vel ex siones  
finctum est L. 11. §. 1. cit. sufficit tamen debi- ex axio-  
tum naturale subesse, modo a lege civili non primo,  
penitus sit destructum. (§. 727.) L. 5. D. de

*pignor. & hyp. L. 2. D. quae res pign. L. 13. D. quibus mod. pign. vel hyp. solv. II. Solutio debito & pignus repeti posse. \*) L. 1. §. 6. D. de obl. & act.*

\*) Attamen, soluto licet debito, creditor pignus iure retentionis debitori denegabit, si novum contraxerit debitum. *tot. tit. C. etiam ob chirogr. pecun. pign. teneri posse. VIII. 27.*

Conclu- §. 794. Ex secundo axiomate inferimus, I. siones- oppignorari posse res tam corporales, quam incorporales; L. II. §. 2 ff. de pign. L. 4. C. ex axio- quae res pign dari. II. tam immobiles, quam mâte se- mobiles; III. tam proprias, quam cundo. alienas, modo domini consensus vel ratihabitio accedat, L. 20. pr. ff. de pign. act. IV. viii. 27. Non autem res exentas commercio; L. 9. §. 1. ff. de pign. & hyp. V. nec res litigiosas. d. L. 1. §. 2. ff. quae res pign. L. 3. C. eod. VIII. 17.

Ex ter- §. 795. Ex tertio sinit, VI. creditorem pignore uti non posse, nisi ex conventionione expressa, quae, si res frugifera oppignoratur, & usus in vicem usurarum conceditur, pactum <sup>antichreticum</sup> antichreticum vocatur. L. II. §. 1. ff. de pign. & hypoth.

Ex quar- §. 796. Ex quarto axiomate colligimus, VII. to. utrumque contrahentem teneri ad culpam leuem praestandam. L. 5. §. 2. ff. commod. L. 25. ff. L. 5. L. 7. C. de pignor. act.

4. Actio §. 797. Ex hoc quoque contractu duplex datur actio PIGNORATITIA DIRECTA & CONTRA-

## ad S. 794. II.

Hypotheca in immobilibus constituta regulariter nomina activa debitoris haud afficit. ratio est, quia nomina neque ad res mobiles, neque ad immobiles proprie pertinent, sed tertium rerum genus constituent. l. 2. §. 13. de re jud. — Muller prompt. jur. voc. hypotheca R. 55. /

## ad S. 794. III.

An res aliena possint dari in pignus? — Regula: res aliena non potest dari in pignus; Creditor tamen habet actionem contrariam. l. 2. 6. Cod. si aliena res. — Exceptio à regula 1<sup>ma</sup> est, si Dominus consentiat. — 2<sup>da</sup>, si oppigno. nata sit sub conditione, si in dominium debitoris pervenerit. l. 16 §. 7. de pign. — 3<sup>a</sup>, si debitor jus in re habuit. l. 16. §. ult. de pign. act. l. 1. Cod. si pign. dat. VIII. 24. — Muller prompt. jur. voc. hypotheca R. 13. & 83. Reg.

313.

ad S. 494. III. pag. 312.

S. 499.

Res aliena non potest dari  
in pignus ad hunc effectum,  
ut seus Dominus vindicare  
impediatur; est potest dari  
in pignus ad hunc effectum,  
ut inter contrahentes oriatur  
ius ad rem, si cuius creditor  
potest instituire actionem con-  
trariam. /

TRARIA. (§. 750. \*) §. ult. Inst. h. t. L. 3. L. titia duplex.  
 8. L. 9. pr. ff. de pign. act.

§. 798. DIRECTA debito soluto (§. 791.) Directa, datur debitori aduersus creditorem eiusue heredes, ad rem oppignoratam cum omni causa restituendam, refarciendaque damna, culpa etiam leui data. (§. 796.) §. ult. Inst. h. t.

§. 799. CONTRARIA contra creditorei competit aduersus debitorem eiusue heredes, ad indemnitatem; veluti si creditor impensas in pignus fecerit si damnum inde passus sit si res aliena ipsi obligata fuerit &c. L. 3. 8. 9. 36. ff. de pign. act.

§. 800. Contractuum realium innominatorum Contractuum quatuor sunt genera; DO VT DES; DO VT FACIAS; FACIO VT DES; FACIO VT FACIAS. innominata. genera. A quibusdam hi contractus in REGVLARES & IRREGVLARES diuiduntur. Hos scilicet vocant, qui nomen speciale habent; (§. 802.) illos, qui eodem carent.

§. 801. In hisce contractibus is, qui ex sua parte satisfecit promissio, I. rem datam ex panitentia reuocare potest, quo nomine ipsi datur contractibus innomin. CONDICTIO CAUSA DATA, CAUSA NON SECUTA; L. 3. §. 2. L. 5. pr. de cond. caus. data caus. non secuta. L. 5. §. 1. de praescript. verb. II. agere potest actione PRAESCRIPTIS VERBIS, vt alter id, quod vicissim promisit, praestet. L. 1. 2. 3. 4. D. de praescript. verb.

*7. 2. m. contractus* 314

Species  
contractuum  
in  
nominato  
rum.

§. 802. Species contractuum innominatorum irregularium sunt I. CONTRACTVS AESTIMATORIVS, quo res aestimata alicui certo pretio vendenda traditur, vt aut rem eandem referat, aut pretium. L. I. pr. de aestimator. L. 17. §. 1. de P. V. II. PERMVLTATIO, qua quis rem ea lege dat, vt alia res detur; ita tamen, vt neque hinc neque illinc datum, maxima ex parte in pecunia numerata consistat. §. 2. I. de emt. & vend. III. CONTRACTVS SVFFRAGII, quo aulico quid datur, vt negotium principi commendet. L. vn. Cod. de suffrag. IV. 3.

*proprium*



TIT. XVI.

DE

**II. VERBORVM OBLIGATIONIBVS.**

§. 803.

Quid  
verbo-  
rum ob-  
ligatio.

**V**ti contractus reales non solo consensu, sed accedente rei datione, vel traditione, substantiam capiunt; (§. 763.) ita VERBORVM OBLIGATIONES non consensu, sed verborum solemnitate perficiuntur. *qui ad sui persectionem prolix consensum verborum solemnitatem requirunt.*

Quot  
contrac-  
tus ver-  
bales?

§. 804. Huiusmodi contractus olim erant tres; sollemnis DOTIS DICTIO, PROMISSIO OPERARVM a liberto facta, firmataque iureiurando & STIPVLATIO, Caii Inst. L. 2. tit. 9. §. 3. sequ. Vlp. Fragm. tit. 6. §. 1. seq. Quae cum sola

sola locum in libris nostris inuenerit: de ea sola hic agendum videtur.

§. 805. STIPVLATIO est contractus unilate-  
ralis, quo quis ad alterius interrogationem con-  
grue & in continenti respondendo ad dandum  
aliquid, vel faciendum, quod alterius interest,  
obligatur. Quam enim nuda rei futurae pro-  
missio iure Romano actionem non produceret:  
(§. 745.) inuenta est stipulatio, qua, qui rem  
in futurum promittit, obligaretur. pr. Inst. h. t.  
L. 27. C. de pact. II. 3.

Stipula-  
tio  
quid?

§. 806. Omnis ergo stipulatio requirit I. in-  
terrogationem & responsionem congruam. II. Respon-  
sio sequi debet interrogationem in conti-  
nenti. III. Iure antiquo stipulatio formula so-  
lenni fiebat. §. 1. I. h. t. Cuiacius *Lib. 2. Obs. 30.*  
L. 50. §. 1. de V. O.

Axioma-  
mata de  
illa.

§. 807. Quam vero vel certum quid promit-  
ti possit, veluti species, vel quantitas; vel incer-  
tum, veluti genus, vel factum: ipsa quoque sti-  
pulatio vel CERTA vel INCERTA est. L. 74. ff.  
de V. O. pr. Inst. eod.

Ea vel  
certa vel  
incerta.

§. 808. Quandoquidem etiam vel pure, vel  
sub conditione, vel in diem, promittitur: sti-  
pulatio in PURAM, CONDITIONALEM, & IN-  
DIEM CONCEPTAM recte diuiditur. §. 2. §.  
4. Inst. L. 73. pr. ff. h. t. De illa, quae in diem  
concipitur, hoc notandum est singulare, quod  
obligatio ex illa sit stricto iure perpetua; lapsa  
tamen die exceptione elidatur. §. 3. I. h. t. L.

Vel pu-  
re vel in  
diem, vel  
sub condi-  
tione  
facta.

44. §. 1. D. de O. & A.

§. 809.

vel pura, vel ficta est, vera, qua verba  
intervenit, ficta, qua interuenisse fingitur.

Actio ex stipulatu certi & incerti. §. 809. Ex stipulatione, tamquam contractu *μνοπλεύρω*, (805.) vna nascitur actio, (§. 750. \*) illi cognominis EX STIPVLATV, L. 83. §. 6. ff. de V. O. quamuis illa, si certum petitur, ACTIO CERTI, sin incertum, ACTIO INCERTI EX STIPVLATV vocetur. *pr Inst. h. t.* (§. 807.)

Qualis? §. 810. Vtraque datur stipulanti aduersus promittentem eiusue heredem ad dandum faciendumue, quod promisit.

Vfus hodie nus. §. 811. Ceterum quamuis *sollemnia verba* sustulerit Leo Imp. L. 10. C. de contr. stipul. §. 1. *Inst. h. t.* non tamen sustulit *interrogationem & responsonem congruam*, adeoque nec differentiam pactionum & stipulationum. Sed Germanicae originis gentes vti hisce formulis numquam vsae sunt: ita hodiernum inter pacta & stipulationes nihil statuunt discriminis; sed ex vtrisque concedunt actionem, siue interceserit interrogatio & responso, siue non fuerit adhibita. (§. 747. \*)

Obl. Correalis

1. quid
2. Constitutio
3. forma
4. qui Rei prom.
5. qui Rei Stipul.
6. Obl. R. prom.
7. Ius R. Stip.
8. actiones correalium inuicem

TIT. XVII.

D E

DVOBVS REIS STIPVLANDI ET PROMITTENDI.

*Donzanni Correal Schultzen v. Correal Sylau*

§. 812.

Con-  
nexio,

**D**uae sunt regulae iuris nostri, quarum hoc titulo exceptiones proponuntur. *Prima* Plu.



1 Plures, qui eandem rem debent, obligantur pro rata. 2 Altera: Plures, quibus eadem res debetur, participant de illa pro rata. Aliquando tamen plures obligantur in solidum; h. e. vnam eandemque rem totam debent, & que principaliter, ita vt si vnus praestet, reliqui liberentur.

2 Nonnunquam etiam pluribus aliquid in solidum debetur; id est: singulis eadem numero res debetur, qua vni praefita, etiam quoad alterum liberatio contingit. *In dubio praesumi. Aut obligatio pro rata, quia in dubio innoxemus regulo, donec*

§. 813. Illi, qui eandem rem in solidum debent, REI siue CORREI DEBENDI; quibus eadem res in solidum debetur, REI seu CORREI CREDENDI vocantur \*). OBLIGATIO autem CORREALIS est illa, quae ad plures ita spectat, vt ad quemlibet tota pertineat. PASSIVA a Doctoribus vocatur, si plures illi sunt debitores, ACTIVA, si creditores sunt.

\*) REI alias speciatim dicuntur ii, vnde petitur; generatim ii, quorum de re disceptatur. Cic. Lib. 2. de Orat. cap. 43. & 79. Felt. voce reus. Vnde & actor & reus communi vocabulo REI dicuntur Pomponio L. 5. pr. v. conuentionales ff. de V. O. adeoque & Iureconsultis ratio fuit, hoc vocabulo & promittentes & stipulantes adpellandi.

§. 814. Correalis haec obligatio aut per conuentionem constituitur, aut per factum illicitum, aut per testamentum, aut per legem immediate.

Conuentione in variis negotiis inducitur; veluti in mutuo, L. 1. C. h. t. commodato, L. 21. §.

Regula  
Exceptio

Quid  
& obligatio  
correa-  
lis?

Correa,  
lis obli-  
gatio  
quotu-  
plex ra-  
tione  
funda-  
menti

1. D. commod. deposito, emtione, L. 9. pr. D. h. t. mandato. L. 59. §. 3. L. 60. §. 2. D. mandat. <sup>2</sup>Factum illicitum obligationem in solidum producit ad damni reparationem. L. 14. §. f. D. quod met. caus. L. 2. 3 4. de his qui effud.  
 7. 8. L. 1. C. de cond. furt. <sup>3</sup>Obligationis correalis exemplum per testamentum constitutae est in pluribus coheredibus legato gratiatis. L. 8. §. 1. D. de legat. I. <sup>4</sup>Denique & lex aliquando immediate pluribus obligationem correalem imponit. Quo pertinent plures tutores & curatores, L. 38. L. 55. de administr. & peric. tut. & plures, qui insitorem tabernae vel magistrum nauis praeposuerunt. L. 13. §. vit. de instit. act. L. 1. §. 5. de exercit. act. Vide quoque L. 17. D. de pos.

3

Quid rei promittendi & stipulandi. §. 815. Maxime autem obligatio correalis apud Romanos per stipulationem contrahebatur, eoque casu REI PROMITTENDI & STIPULANDI dicuntur.

4 Quinam rei promittendi? §. 816. REI ergo PROMITTENDI sunt, qui alteri, viâ oratione omnes interroganti, congrue respondent, seque singulos in solidum idem duros facturosque spondent. pr. Inst. L. 1. L. 2. L. 3. §. 1. L. 4. ff. h. t. E. g. apud Plaut. in Trinum. act. 5. scen. 2. vs. 39. Lyfiteles interrogat:

*Isaac lege, (cum ista dote,) filiam tuam spondesne mihi uxorem dare?*

Respondet Callicles: *spondeo, & Charmides addit:*

dit: *Et ego spondeo idem hoc*: Callicles ergo & Charmides erant duo rei promittendi saltim ratione dotis.

§. 817. REI STIPVLANDI sunt, quibus separatim sibi eamdem rem in solidum stipulantibus debitor eam se daturum facturumque spondet. §. 1. *Inst. L. 1. ff. h. t. v. c.* Si Titius interrogaret: *Spondesne mihi dare mille Philippum?* & Maenius: *Spondesne mihi dare idem mille Philippum?* Et Sempronius responderet: *Vtrique vestrum dare spondeo*; Titius & Maenius essent duo rei stipulandi. *pr. Inst. h. t.*

5.  
Qui rei stipulandi?

§. 818. Quum rei debendi in solidum teneantur, (§. 813.) consequens est, I. vt singuli possint conueniri quidem in solidum. §. 1. *Inst. L. 3. §. 1. ff. h. t.* At iure tamen nouissimo Nov. 99. c. 1 gaudent beneficio diuisionis; nisi sint correi ex facto illicito. (§. 814.) *L. 1. §. 4. D. de eo per quem fact. L. 14. §. fin. quod met. caus. II. Vt vnus reorum creditori quocumque modo satisfaciendo obligationem perimat. L. 2. L. 3. §. 1. ff. h. t. L. 20. ff. ad SC. Vellei L. 16. pr. ff. de acceptilat. Nov. 99. c. 1.*

6.  
Obligatio reorum promittendi.

§. 819. Quumque contra reis credendi singulis solidum debeat: (§. 813.) sequitur, III. vt singuli possint exigere solidum. IV. Vt, si vni quocumque modo satisfactum sit, reliquorum ius exigendi perimatur. *L. 2. ff. h. t. L. 31. §. 1. de nouat.*

7.  
Ius reorum stipulandi.

An cor-  
reis in-  
uicem  
compe-  
tat  
actio?

§. 320. Quum denique correus debendi, qui solidum soluit, nihil præstitit, quam quod præstare obligatus erat: inferendum est, V. eum actionem non habere aduersus correum; L. 36. ff. de fideiuss. nisi vel in communione sint correi, vel soluens iura a creditore cessa accepit. \*) VI. Correus contra credendi, cui solidum solvitur, nil nisi quod ipsi debebatur, accepit. Hinc non cogitur cum correo partem communicare, nisi vel socii sint, vel ita inter illos conuenerit. L. 62. pr. ff. ad L. Falc.

\*) Sed facile tamen patet, reo soluenti etiam non socio, nec iure cello utenti, hodie competere actionem negotiorum gestorum contrariam utilem. Dum enim pro correo soluit, eumque liberauit, negotia eius gessit utiliter, adeoque petere potest indemnitate. Et ita, etiam accipi potest L. 2. C. h. t. Aliud tamen dicendum, si correus ex verò delicto solidum soluit. Huic enim regressus contra socios delicti non datur. *Delictorum nulla so-*  
*-cietas.*

\*\*\*\*\*

## TIT. XVIII.

D E

### STIPVLATIONIBVS SERVORVM.

§. 321.

Seruus  
an &  
quando  
stipule-  
tur?

**S**eruus nec persona est, (§. 65.) nec sibi quidquam acquirit, sed domino. (§. 423.) Ergo & stipulatione sibi nihil; domino omnia acquirit, quia non nisi ex persona domini stipu-  
landi

landi ius habet. *pr. Inst. h. t. L. 1. pr. ff. de stip. ser.*

\* \* \* \* \*

TIT XIX.

D E

DIVISIONE STIPVLATIONVM.

---

§. 822.

**A** personis, quæ vel stipulari iubent, vel stipulantur, stipulationes diuiduntur in **STIPULATIONVM** **PRÆTORIAS, IUDICIALES, COMMVNES & CONVENTIONALES**, *pr. Inst. h. t. de quibus paucis dicendum.*

§. 823. **PRÆTORIÆ** sunt stipulationes, **PRÆTORIÆ** vel cautiones, quæ a mero **PRÆTORIS** officio proficiuntur; quo & **ÆDILITIÆ** referuntur. §. 2. **IUDICIALES**, quæ a mero iudicis officio, **COMMVNES**; quæ ab utriusque \*) §. 2. §. 4. **CONVENTIONALES**, quæ ex conventionem utriusque partis concipiuntur. §. 3. *Inst. eod.*

\*) Distinctum enim Romæ erat Prætoris & iudicis officium. Prætor magistratus erat; iudex priuatus.

§. 824. **PRÆTORIA e. c. erat CAVTIO DAMNI INFECTI**, qua prætor rei vitiosæ, vel aedium ruinosarum, dominum, vel eum, infecti, **CAVTIO DAMNI** qui

qui domini loco habebatur, iubebat vel promittere, vel satisfacere vicino, cui damnum imminere, se refarciturum damnum, si intra certum diem contigerit. L. 13. *pr.* §. *sequi.* ff. de *damn. inf.* Nolentem satisfacere missione in bona ex primo, ac deinde ex secundo decreto coerebatur. L. 15. §. 16. 20. ff. de *damn. inf.* L. 3. §. *ult.* ff. de *adq. possess.*

Legatorum nomine.

§. 825. Eiusdem generis est CAVTIO LEGATORVM SERVANDORVM CAVSSA, qua heres legatariusue legatum post tempus, vel conditionis eventum debens, a praestore iubetur cavere, se sine omni dolo malo legatum praestitutum, quum dies venerit. L. 1. ff. *ut leg. serv. caus.*

Iudiciales, cautio de dolo.

§. 826. IUDICIALIS est CAVTIO DE DOLO, qua is, qui ad rem restituendam condemnatus est a iudice, iubetur cavere, se rem cum omni causa sine fraude restitutum. L. 21. L. 45. ff. de *rei find.* L. 9. §. 5. 7. ff. *quod met. caus.*

Depersequendo fugitivo.

§. 827. Ita & a iudicis officio proficiscitur CAVTIO DE PERSEQVENDO SERVO, QVIIN FUGA EST, ab eo exigi solita, qui sententia iudicis condemnatus est ad servum restituendum, si servum aufugerit. L. 14. §. 11. ff. *quod met. caus.*

De pretio restituendo.

§. 828. Eiusdem naturae est CAVTIO DE PRETIO RESTITVENDO, si res promissa praestari ab uno coheredum in solidum iubeatur, ut reliqui coheredes

redes

redes eum indemnem praesent. L. 25. §. 10. ff. *Jam. ercise.*

§. 829. COMMVNES sunt cautiones REM PVPILI SALVAM FORE, de qua supra (§. 232. seq.) & CAVTIO DE RATO, quam praestare iubetur procurator, cuius de mandato dubitatur. L. 1. C. de procurat.

Com-  
munes,  
rem pu-  
pillo sal-  
uam fo-  
re & de  
rato.

§. 830. *Conventionalium* tot fere sunt species, quot rerum contrahendarum. §. 3. I. h. t. Nullus enim fere erat contractus, cui non subliceretur stipulatio. Sen. de benef. Libr. 3. cap. 13. L. 71. ff. pro soc. L. 88. ff. de solut. Cuius ad L. 17. ff. de V. O.

Con-  
uentio-  
nales.

§. 831. Hodie cautiones *praetoriae, iudiciales* & *communes* non amplius differunt, quia nec officia Praetoris & iudicis differunt. Nec absiste amplius cauendum stipulationibus, sed sufficit nuda re promissio, verbis vel chirographo facta.

Vt  
hodie  
aus

TIT. XX.

DE

INVTILIBVS STIPVLATIONI-  
BVS.

§. 832.

Stipulationes species conventionis sunt. (§. 805.) Hinc ea ad sui validitatem requirunt, quas ad cuiuscumque conventionis validitatem requiri

Stipula-  
tiones  
inutiles  
primi  
generis.

X 2

requiri supra dictum est. (§. 733-738.) Alias inutiles sunt.

Secundi §. 833. Sed praeterea stipulationes etiam in-  
generis. I. Si aliud responsum ac rogatum,  
e. g. si quis pure rogatus, sub conditione spon-  
deat; §. 5. *I. h. t.* (§. 806.) II. inter absentes  
per epistolam aut nuncium factae §. 12. *I. eod.*

*Leinys/Spess* TIT. XXI.  
D'E  
FIDEIVSSORIBVS.

§. 834.

Con-  
nexio.

Quum per stipulationem etiam fideiussio fie-  
ret: §. 1. *Inst. de V. O.* doctrinae de  
stipulatione subiicitur tractatio de FIDEIVSSIO-  
NE, quae *grave* & verè *virile* ac *ciuile* habe-  
batur *negotium*. *L. 1. §. 1. L. 2. §. 1. ff. ad*  
*SC. Vellei.*

*d.* Quid fi-  
deiussor?  
*Leinys*

§. 835. FIDEIVSSOR est, qui alienae obli-  
gationi, mediante stipulatione & sine nouatio-  
ne, accedit. Qui enim non per stipulationem,  
sed pacto interueniente, alterius obligationi ac-  
cedit, non FIDEIVBET, sed CONSTITVIT. *L.*  
*1. §. 4. L. 11. §. 1. ff. de const. pec.* Qui ob-  
ligationem principalem *antecedit*, MANDAT.  
*L. 12. §. 14. ff. mand.* Qui alterius obligatio-  
nem *novando* in se *suscipit*, adeoque, liberato  
priori reo, se ipse obligat, is EXPROMITTIT.  
*L. ult. ff. ad SC. Maced. §. 3. Inst. quib. modi*  
*toll. obl. (§. 989.)* §. 836.



§. 836. Hinc fluunt axiomata: I. Fideiussio Axiomata est conuentio, & quidem stipulatio, L. 12. C. de fideiuss. II. Fideiussio est negotium virile & ciuile. (§. 834.) III. Fideiussio est contractus accessorius. (§. 752.) L. 3. ff. de fideiuss. IV. Fideiussor olim vt correus, hodie si beneficio ordinis vtitur, in subsidium obligatur. \*)

\*) Olim tenebatur, vt correus, adeo, vt creditor & omisso debitor principali statim conuenire fideiussorem posset. L. 5. C. de fideiuss. L. 4. §. 1. ff. de fideiuss. L. 20. ff. de condit. indeb. Hodie quidem idem licet creditori, si fideiussor omittit beneficium lege sibi concessum; alioquin fideiussor, iure suo vtusus, tenetur tantum in subsidium & actor exceptione excluditur.

### Conclusiones

§. 837. Quum ergo fideiussio sit conuentio: Qui fideiubere (§. 836. I.) sequitur, vt qui paciscendo se & bona sua obligare non possunt, (§. 734. & repositum?) 737.) nec possint fideiubere; vt; furiosi, mente capti, §. 8. Inst. de inut. stip. infantes, & infantiae proximi, §. 9. Inst. eod. prodigi, L. 6. ff. de verb. obl. pupilli & minores sine tutorum auctoritate, vel curatorum consensu. §. 9. Inst. eod. pr. Inst. de auct. tut. (§. 835.) Iure romano praeterea nec surdi & muti fideiubere poterant, quia fideiussio per stipulationem fiebat, haec autem verba ore nuncupata requirit. §. 7. I. h. t. Quod hodie cessat.

§. 838. Quumque sit virile ac ciuile negotium: (§. 836. II.) consequens est II. vt feminae non possunt

nae nec pro extraneis propter SC. Velleianum, nec pro viris suis intercedant, propter *Nov. 134. cap. 8. Auth. si qua mulier C. ad SC. Vellei.* III. Ut nec pro aliis iure intercedant milites. *L. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog.* IV. Nec certis in causis pro laicis clerici. *Nov. 123. cap. 6.* Quo iure tamen nos vix utimur. Iust. Henn. Boehmer *Ius eccl. prot. Tom. 2. Libr. 3. Tit. 22. §. 1. seqq. Engel Colleg. univ. jur. Can. h. t. M. N.*

Quibus  
in nego-  
tius fide-  
iussioni  
locus  
sit?

§. 839. Quandoquidem porro fideiussio est contractus accessorius: (§. 836. III.) I. accedere sane potest *omnibus obligationibus* ex contractu quolibet \*): *§. 1. Inst. L. 1. L. 8. §. 1. L. 16. §. 3. ff. h. t. immo & regulariter obligationibus naturalibus, non omnino destructis; (727.) nec non civilibus efficacibus; (ibid.) L. 6. §. 2. L. 7. L. 16. §. 3. ff. eod. L. 6. ff. de V. O. porro & obligationibus ex delicto, si pecuniaria poena, non si capitalis vel corporalis immineat. L. 8. §. 5. L. 56. §. ult. L. 70. §. ult. ff. h. t. iunct. L. 26. ff. § L. 22. C. de poen.*

\*) Singulare tamen est, quod maritus de dote restituenda, ne, si velit, quidem, fideiussores dare queat, adeoque nec fideiussor eam in rem datus obligetur. L. 2. C. ne fideiuss. dot. det. Pignora tamen dotis nomine a marito recte accipiuntur. L. 7. §. 6. ff. de don. int. vir. § v.

An in  
durio-  
rem

§. 840. Ex eodem vero axiomate fuit: II. posse quidem fideiussorem magis se obligare, quam debitorem principalem, sed non in maius vel  
in

ad S. 837. lin. 4. voc:  
minores pag. 325.

Fidejussio in minorennitate  
 facta stringit, si à majorenni  
 uovo soluta sint. Müller  
 prompt. juris voce fidejussio  
 R. 11. 1.

ad Sphum dictum in fine.

Surdi et muti hodie fide-  
 jussionem valide interponunt;  
 modo consensum suum sufficien-  
 ter declarare possint. Müll.  
 lex l. c. R. 95.

Systema

- A. Quid  
 B. Axiomata  
 C. Qui — Qui non  
 D. ubi fidej. est locus  
 E. Obligatio fidej.  
 F. Beneficia fidej.

Fidejussor ad usuras non  
 obligatur, si tempore contracti  
 debiti et inita fidejussionis nul-  
 la usurarum mentio facta sit,  
fidejussiones enim stricte expli-  
canda sunt, (analog. l. 14. de obl.  
 et act.) Abinc fidejussor de  
pretio rei empto casens non te-  
netur ad usuras. l. 68. §. 1. h. t.  
 Müller prompt: jur. Von fide-  
 jussio N. 68. —

in duriores causam, §. 5. *Inst. h. t.* multo causam minus in aliam rem. *L. 42. ff. eod. III. Ex-* obligari  
*stin*cta obligatione principali, fideiusoris obli- possit fi-  
 gationem extinguere. *pr. Inst. quib. mod. toll. for?* deius-  
*obl.* *L. 93. §. 2. 3. ff. de solut.*

§. 841. Denique quum fideiusor in subsidium teneatur: (§. 836 IV.) sequitur I. vt reo principali non soluente, fideiusor eiusue heredes Obligatio ex fideius-  
 obligentur. *L. 16. §. ult. ff. h. t. \** II. Vt deius-  
 plures fideiusores teneantur in solidum. §. 4. sione.  
*Inst. L. 3. C. h. t.* III. Vt aduersus fideiusores, reo non soluente, detur actio ex stipulatu. IV. Vt si quis ad certum tempus cum protestatione fideiusserit, lapsu temporis liberetur per exceptionem pacti, vel doli. *L. 44. §. 1. ff. de obl. & act.*

\*) Si ergo fideiusor animaduertit, quod debitor bonis labi incipiat: consilii est, creditorem moras necessentem prouocare ex *L. 28. D. fideiusor.* vt vel contra debitorem instituat actionem, vel contra fideiusso-  
 rem agat, & sibi opponi autem exceptionem ordinis. Ea enim semel opposita liberat fideiusso-  
 rem, si vel maxime postea reus principalis non soluendo fiat.

§. 842. Ex eodem principio fluxisse videntur Beneficia fidei-  
 tria illa beneficia, fideiusoribus concessa, DI- cionis, ordinis, & cedendarum ac-  
 VISIONIS, ORDINIS, & CEDENDARVM AC- iussio-  
 TIONVM. rum.

§. 843. Beneficium DIVISIONIS, epistola D. Diuisti-  
 Hadriani concessum, id indulget fideiusso-  
 ri, vt nis,

in solidum conuentus, possit exceptione opposita impetrare, vt obligatio inter confideiussores diuidatur, & creditorem a singulis, dum soluendo sint, partes petere oporteat. §. 4. *Inst. L. 26. L. 51. §. 1. ff. h. t.*

Ordinis.

§. 844. BENEFICIVM ORDINIS <sup>non Ordinum</sup> a Iustiano inuentum, fideiussori a creditore conuento indulget, vt exceptione hac opposita, non teneatur soluere, priusquam excusius sit reus principalis. *Nov. 4. cap. 1.*

Cedendarum actio-num.

§. 845. Beneficium CEDENDARVM ACTIONVM fideiussori indulget, vt, antequam soluat \*) , creditor ei actiones cedere teneatur, quibus, quod soluit, aut a debitore principali, aut pro rata a confideiussoribus repetere possit. *L. 17. L. 36. L. 39. ff. L. 2. L. 11. L. 14. C. h. t.*

\*) Cessio iure stricto fieri debet, antequam solvatur. Solutione enim obligatio, adeoque & actio extinguitur, ac proinde cedi nequit. *L. 67. ff. de solut. L. 1. C. de contrar. tut. iud.* Si tamen solutio facta ea conditione, vt actiones cedantur, potest cessio & post solutionem fieri, *L. 76. ff. de solut. id quod praesumendum esse putat Paullus. L. 36. ff. h. t.*

Constitutum quid?

*Constitutum quid? non est in iure*

§. 846. Diximus (§. 835.) a fideiussione differre constitutum. CONSTITVTVM scilicet in genere est promissio, quae fit intuitu obligationis iam existentis. Quod quidem PROPRIVM dicitur, si intuitu meae obligationis praesistentis, ALIENVM vero, si respectu alienae aliquid promitto. §. 9. *I. de act. Constitutum*

tutum alienum a fideiussione primario in eo differt, quod illud nudis verbis, haec stipulatione fiat. Hinc constitui potest in aliam rem; L. 1. §. 5. D. de constit. pecun. nec constitutum in maius aut in duriolem causam effectu caret, L. 11. §. 9. D. L. 2. C. cod.

§. 847. Vfus constituti iure romano insignis Vfus erat. Promissio enim nudis verbis semel facta constituti iure romano actionem non producebat. (§. 747.) Ex constituto vero, (quod proinde ad pacta Praetoria refertur §. 747. \*\*) Praetor concedebat ACTIONEM DE CONSTITVTA PECVNIA sive CONSTITVTORIAM, quae est actio praetoria, personalis, competens creditori, contra eum, qui nudis verbis constituit se soluturum, quod ipse, vel alius debet, ad soluendum id, quod constitutum est. L. 1. §. 1. D. de pecun. constit. §. 9. l. de act.

§. 848. Hodie constitutum proprium Vfus minoris quidem, quam apud Romanos hodie est, cum usus pacta nada sint obligatoria; (§. 747. \*) non tamen eius utilitas nulla est. Sic femina, quae pro extraneo intercedit, & post biennium intercessionem reperit, obligatur. L. 22. C. ad SC. Vellei. Constitutum alienum cum fideiussione coincidit. Si quis tamen obligationem minus principalem in maius, in duriolem causam, aut aliam rem nec hodie fideiussionem, sed constitutum vocare velit: per nos licet.



## TIT. XXII.

D E

### III. LITTERARVM OBLIGATIONI- BVS.

## §. 849.

Litterarum obligatio vnde dicta? Sequuntur LITTERARVM OBLIGATIONES. Quemadmodum vero contractus *reales* RE traditione; *verbales* VERBORVM solemnitate; *consensuales* solo contrahentium CONSENSV; ita *litteralis* LITTERIS perficitur & capit substantiam.

<sup>1</sup>  
Genera-  
lia de  
contrac-  
tu lite-  
rali.

§. 850. Vt autem natura contractus litteralis penitus perspicui possit, obseruanda sunt sequentia. I. *Scripturae* s. *cautiones* aut testantur obligationem existere, aut eam esse dissolutam. *Hae* APOCHAE dicuntur. *Illae*, prouti aut obligationem mutuam aut vnilateralem expriment, in SYNGRAPHAS & CHIROGRAPHA abeunt. II. Quoad *effectum* documenta duplicis sunt generis. Alia enim non nisi ad *probationem*, alia ad *obligationem* valent. \*) III. Ordinario instrumentum solam probationem facit, non obligationem. IV. DVO autem sunt negotia, in quibus constitutum est, vt scriptura super illis confecta ante lapsum certi termini ne probationem quidem habeat, lapso vero tempore obligatio-  
nem



nem inducat. V. Haec negotia sunt a) MV-  
TVVM b) DOTIS DATIO, & VI. scriptura,  
super illis confecta, cui ipsa lex eam conciliauit  
auctoritatem, vt obligationem civilem producat,  
LITTERARVM OBLIGATIO adpellatur. §. vn.  
I. h. t.

\*) Obligatio scilicet tunc ex scriptura cri-  
bitur, cum aliquis praestare quid tenetur,  
quia se debere scripsit; ita vt omnis probatio,  
aliter actum esse aliter scriptum, excludatur.  
Probatio autem ex instrumento tunc petitur,  
cum id quod scriptum est, pro vero quidem  
habetur; contrarii tamen probatione non ex-  
clusa.

§. 851. Quod enim ad mutuum attinet, is De con-  
qui chirographo se ex mutuo debere confessus tractu li-  
est, aut ante biennii lapsum conuenitur, aut terali,  
post eum. Si prius: ne probatio quidem ex chiro- circa  
grapho desumi potest; sed reo in promptu est 2  
am.  
EXCEPTIO NON NUMERATAE PECVNIAE.

L. 5. L. 8. L. 14. pr. C. de non num. pec. &  
onus probandi deuoluitur in actorem \*) L. 3.  
l. 10. C. eod. Si posterius: reus ex literis  
obligatur, ac soluere tenetur, quamuis pecuni-  
am non acceperit. §. vn. I. h. t.

\*) Caute ergo agit creditor, qui numerationi  
testes adhibet.

§. 852. Diximus (§. anteced.) Chirographo Quando  
infra biennium obstare exceptionem non nume- cesset  
ratae pecuniae. Sunt tamen quaedam huius re- excep-  
gulae exceptiones. Non enim reo prodest haec tio n. n.  
ex- p.

exceptio, I. si post interuallum, vel in separato instrumento, factus sit, sibi pecuniam esse numeratam. *L. pen. C. de pact. L. 4. L. 22. C. ad SC. Vell.* II. Si vel expresse, vel tacite, veluti vsuras soluendo, fidem cautionis agnouerit. *L. 4. C. non num. pec.* III. Si heres ex confessione defuncti, testamento inserta, conueniatur. *L. 13. C. eod.* IV. Si ex chirographo agat argentarius. *Nov. 136. cap. 5.*

Cautela  
pro eo,  
qui chi-  
rogra-  
phum  
dedit.

§. 853. Porro diximus (§. 851.) ex chirographo, biennio antiquiore, nasci obligationem, nec locum habere exceptionem non numeratae pecuniae. Scribens ergo chirographum sub spe numerationis, si ex eo obligationem nasci non lit, illud intra biennium vel conditione sine causa repetere, *L. 7. C. de n. n. p. vel* protestatione querelaue coram magistratu interposita testari debet, se pecuniam haud accepisse. *L. 8. L. 9. §. 4. G. eod.* Tunc enim haec exceptio fit perpetua.

Contractus  
literals  
circa  
dotem.

§. 854. Alterum negotium, in quo litterarum obligatio locum habet, est *dotis datio*. Si nimirum gener in instrumento factus est, se a focero dotem accepisse: tres casus separandi sunt. *Primus* est, si matrimonium intra biennium; *alter*, si intra decennium; *tertius* denique, si elapso decennio dissoluitur. PRIMO IN CASU focer aut intra annum, ex instrumento illo agit ad dotem repetendam, aut post annum. Si prius gener opponere potest exceptionem non numeratae

ratae

ratae dotis; ita ut focer numerationem probare teneatur. *Si posterius*: gener abscessit ad restitutionem dotis tenetur, licet nihil eo nomine acceperit. IN CASV SECVNDO vel focer intra tres menses dotem repetit, vel feruius. *Ibi*, gener exceptio non n. p. datur, a focero itidem remouenda; *hic* vero ad dotem restituendam simpliciter tenetur. CASV denique TERTIO gener indistincte obligatur ad dotis restitutionem, & omnis exceptio non numeratae pecuniae cessat. *auth.* quod locum C. de dote. caut. nov. num. V. 15.

§. 855. Ad alia ergo negotia, praeter mutuum & dotis dationem, hic contractus non pertinet; nec magis in aliis negotiis exceptioni non numeratae pecuniae locus est, nisi ab allegante probetur. L. 5. 6. 8. L. 14. §. 1. C. de non num. pecun. *vulgatum juris est: reus excipiendo sit actor.*

§. 856. Multo minus id ius pertinet ad apochas. Ex his enim obligatio ad soluendum per sui naturam (§. 850.) nasci nequit. Simile tamen quid circa illas constitutum est. Namque I. si publicarum collationum exactor apocham dedit: inde statim oritur probatio pecuniam esse solutam. II. Sin alius apocham scripsit: vel intra XXX dies agit de debito, vel illis elapsis. Posteriori in casu itidem apocha solutionem probat \*). Priori vero, ad probationem non est idonea: & scribenti competit exceptio n. n. p. Reus ergo solutionem aliunde probare debet. L. 14. §. 1. 2. C. de n. n. p.

Ad alios contractus non pertinet litt. obl.

An ad apochas?

\* ) An vero apochae publicae, aut privatae ante XXX dies scriptae nulla opponi potest n. n. p. exceptio? Aequior est sententia, eam admitti, si excipiens probare velit, debitum nondum esse solutum. Certe praxis ita servat. *Leyser Sp. 132. Med. 9. Spec. 530. M. 4.*

Condictio ex chirographo quid? §. 857. His praemissis facile intelligitur, quid sit **CONDICTIO EX CHIROGRAPHO**. Est enim actio quae datur illi, qui possidet cautionem, super mutuo aut dote datam, si terminus legalis elapsus est, contra scribentem, ad solvendum id, quod in scriptura se accepisse falsus est. §. *vn. I. h. d.*

Vfus hodiernus. §. 858. Haec sunt iuris romani de contractu literali placita. In foro autem vulgo exceptionem n. n. p. concedunt etiam post lapsum temporum lege definitorum; modo reus eam probare velit. Inde I. sequitur, exceptionem n. n. p. aut *privilegiatam* esse, aut *minus privilegiatam*. Illa est, quae opponitur chirographo, legitima aetate nondum instructo, & ab actore est remouenda. Haec post lapsum temporis legibus determinati obicitur, ita tamen ut excipiens eam probare teneatur. II. Hodie contractum litteralem veri nominis non amplius dari.



TIT. XXIII.

DE

OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV.

§. 859.

**R**eliqui sunt ex contractibus veris nominatis; qui CONSENSV ineuntur: non ita dicti, quod in ils consensus requiritur, (ita enim omnes contractus essent consensuales; (§. 733.) sed quod solo consensu perficiuntur, & nec rem, nec verba, nec literas, ad sui substantiam exigunt. *§. vn. Inst. h. t. sic sponsalia & l. 1 §. 109.*

Obligaciones ex consensu.

§. 860. Ex quo sequitur, vt & inter absentes, & solo nutu, & tacite, recte celebrentur. *L. natura. §. 2. vlt. ff. de obl. & act. l. 1. §. 2. de contrah. emp. & vend.*

Eorum

§. 861. Eorum quinque sunt: EMTIO VENDITIO, LOCATIO CONDVCTIO, CONTRACTVS EMPHYTEVTICVS, (cui Zeno Imp. sectam a reliquis naturam tribuit, §. 3. Inst. de loc. & cond.) SOCIETAS & MANDATVM.

Quot sint contractus consensuales.

TIT. XXIV.

DE

EMPTIONE ET VENDITIONE.

§. 862.

**E**MTIO & VENDITIO est contractus consensualis de re pro certo pretio tradenda. *l. pen. §. vlt. ff. h. t. \*)*

Emtio venditio quid? *A.*

\*) Alia

*Et quid  
A. Essentialia  
B. Obligational.  
C. actio  
D. Emtio  
E. Appendix  
1. de periculo  
2. de pactis adjed.  
3. de pertinentiis*

\*) Alia emtio publica, alia priuata est: Illa vel auctio, vel subhastatio.

*B.*  
Eius ef-  
fectia.

§. 863. Ergo ad substantiam huius contractus pertinent, I. CONSENSVS; *pr. Inst. h. t.* II. RES, vel merx, de qua consentitur; *L. 8. pr. ff. de contr. emt.* III. PRETIUM, in quod uterque consentit. *L. 72. pr. ff. de contr. emt.*

Quando  
perfec-  
ta?

*I.*  
Consensus  
*cf. §. 834. "*

§. 864. Quum itaque CONSENSV hic contractus capiat substantiam: (§. 862.) I. perfecta erit emtio venditio, simulac de pretio rei conuentum; *pr. Inst. h. t. L. 1. §. ult. L. 2. §. 1. ff. cod. nisi inter contrahentes conuenerit, vt emtio in scripto celebretur.* Tunc enim non nisi omnibus partibus absoluta scriptura, perfectus habetur contractus. *pr. Inst. h. t. L. 17. C. de fid. instr. IV. 21.*

An co-  
actio  
contrac-  
tum  
hunc vi-  
tiat?

§. 865. Ex eodem axiomate (§. 864.) infer-  
tur; II. ad emendum vendendumque, nisi vegen-  
te aequitate vel vtilitate publica, *§. ult. Inst. de  
his qui sui vel. ul. iur. L. 12. pr. ff. de religios.  
L. 14. §. 1. ff. quemadmodum serv. amit  
neminem cogi posse. L. 11. L. 14. ff. de contr.  
emt.* III. Dolum & errorem, quatenus consen-  
sui & validitati pactorum generatim obstant,  
etiam emtionem vitare. (§. 734.) IV. Ob sus-  
pitionem coacti consensus remoueri ab hoc con-  
tractu magistratus provinciales. *L. 46. de contr.  
emt.*

II. Res

Quid  
emi

§. 866. Accedere oportet REM, de qua tra-  
denda contrahatur. (§. 863.) Quales res sunt  
omnes

omnes, quae sunt in commercio, L. 34. §. 1. vendi-  
ff. h. t. etiam spes, L. 8. §. 1. ff. h. t. veluti  
iactus retis; L. 12. ff. de act. emt. res futurae,  
L. 39. §. 1. ff. h. t. res incorporales, vt hereditas  
& actiones; tit. ff. C. de hered. vel act.  
vend. immo & res alienae. \*) L. 28. ff. de  
contr. emt. §. 737.

\*) Eatenus, vt emtio & venditio valeat inter  
contrahentes. Vnde & venditor emtori re  
quiescitur ad id, quod interest, L. 29. pr.  
ff. de emt. (§. 265. sqq.) Non autem ea  
venditio excludit ius veri domini, cui & ab  
emto rem vindicare licet, nisi vfucapta sit.  
L. 30. §. 1. ff. de act. emt.

§. 867. Non vero venire possunt I. res extin-  
ctae, L. 15. pr. ff. h. t. II. liberi homines, L.  
6. pr. L. 34. §. 2. ff. eod. III. res divini iuris,  
(§. 263. §. 265. II.) §. vit. Inst. h. t. IV pub-  
licae, L. 6. pr. L. 62. §. 1. ff. eod. V. mer-  
ces quarum venditio lege speciali interdicta, L.  
34. §. 2. ff. eod. VI. res furtivae, L. 34. §.  
3. ff. eod. & VII. litigiosae \*). L. 2. L. vit.  
C. de litigias. VIII. 37. (1375.)

\*) De usu hierno huius prohibitionis confer  
Leyseri med. ad Pand. Sp. 518. M. 1. & Cra-  
meri obs. iur. univ. T. 2. P. 1. Obs. 491. P.  
2. Obs. 141. §. 19.

§. 868. Denique & consentire contrahentes  
debent in idem PRETIUM. (§. 863.). Pretium  
autem in pecunia numerata consistit. (§. 2. Inst.  
h. t. L. 1. §. 1. ff. de contrah. emt. Varro de  
lingu. lat. Lib. 5. p. 36. Si ergo res pro re de-

que  
possit?

1. 2. 7. 8.  
§. 7. h. t.

8737

Quid  
non  
possit?

III.

Pretium  
quale?

Y

tur,

*§. 802.*  
 tur, non est emtio venditio, sed permutatio  
 §. 2. I. h. t. L. penult. C. de emt. & vend.  
 Nec magis pro emtione est habendum, si pecu-  
 nia in folle detur. L. fin. D. de cond. caus. dat.

Emtio  
 vel ad  
 menfu-  
 ram fit,  
 vel per  
 auersio-  
 nem.

§. 869. Varia autem ratione pretium promit-  
 titur. Si enim res venditur, quae in quantita-  
 tes diuidi potest: <sup>1</sup> aut singulae quantitati singu-  
 lum pretium statuitur, <sup>2</sup> aut ~~specificum~~ <sup>3</sup> aut ~~specificum~~ pretium ge-  
 neratim promittitur. <sup>4</sup> Ibi VENDITIO AD MEN-  
 SVRAM, <sup>5</sup> hic PER AVERSIONEM facta dicitur.

*ubi non sunt  
 in h. t. h. t.  
 nisi h. t. h. t.*

De priori vid. L. 40. §. 2. D. h. t. In emtione  
 per auersionem venditor nonnumquam certum  
 quantitatum numerum indicat; idque vel ita,  
 vt ad praestandum illum numerum se obstrin-  
 gat, vel minus; siue, vt Doctores loquuntur,  
 vel restrictiue, vel demonstratiue indicat. Prio-  
 ri casu, numerum indicatum praestare tenetur;  
 non autem posteriori, nisi in dolo fit, L. 4. §.  
 1. L. 13. §. 14. L. 42. D. de act. emt. L. 45.  
 L. 69. §. 6. D. de euict.

Pretii  
 requisi-  
 ta.

§. 870. Ceterum idem <sup>imponitur</sup> pretium I. VERVM  
 esse oportet, vnde, quod dicis causa datur, non  
 facit emtione venditionem, L. 2. §. 1. L. 36.  
 ff. L. 8. C. h. t. veluti si vno nummo emtum;  
 arg. L. 46. ff. locat. cond. aliud si minoris ven-  
 ditum donationis causa. L. 38. ff. h. t. II. VS-  
 TVM, unde ob laesionem rescinditur \*). III.  
 CERTVM vel per se, vel per relationem ad  
 aliam quantitatem. §. 1. Inst. L. 7. §. 1. 2. ff. h. t.

*Imponitur  
 h. t. h. t.*

*h. t. h. t.*



conferri potest, quae si pretium definiuerit, eius arbitrio standum est. *L. vit. C. §. 1. Inst. h. t.*  
 Si non definiuerit, emptio venditio irrita est.

\*) Pretium aut *legale* est h. e. determinatum a lege vel magistratu, aut *conventionali*, arbitrio paciscentium definitum. In pretio *legali* quilibet excessus, vel minimus, pretium reddit iniustum, & laesionem continet, merito reparandam. Plerumque haec determinatio in fauorem emtorum fit; vnde venditoribus quidem licet minoris, non autem pluris vendere. Occurrit tamen species in iure, vbi pretium in venditoris commoda definitum est. vid. enim *R. I. de anno 1548. Tit. 17. §. 1.* Hoc casu venditori pluris, non minoris vendere licet. In pretio vero *conventionali* nulla laesio attenditur, quam illa, quae *ultra dimidium* est, *L. 2. Cod. de res. vend.* quae lex & ad alios contractus onerosos producitur.

§. 871. Ceterum *emtor* tenetur ad pretium **Obligatio ex hoc contractu.** soluendum; *venditor* ad traditionem. Vnde sequitur, *L. vt, pretio nondum soluto, vel satisfactione alio modo non praesita, ne traditione quidem res fiat accipientis, nisi fidem emtoris sequutus sit venditor. §. 41. Inst. de rer. diuis. L. 19. ff. de contr. emt. II. Vt, pretio non oblato, nec agere emtor ad traditionem possit. L. 11. §. 2. in fin. L. 13. §. 8. 9. ff. de act. emt. III. Vt nec venditor recte agat ad consequendum pretium, si illi obstat exceptio rei venditae, non traditae, L. 25. ff. de act. emt. & vend. IV. Vt par sit ex hoc contractu vtriusque commodum & incommodum, & hinc (§. 759. II.) alter alteri teneatur etiam ad culpam leuem. L. 23. ff. de reg. iur. L. 5. §. 2. ff. commod.*

regula est: quoties pretio de-  
 terminatio fit a legi, vel  
 a magistro tribu, tollit fit in  
 fauorem emtorum.

Pericu-  
lum rei  
venditæ

§. 872. Cum casum, in re contingentem, quæ ex contractu alteri danda est, sentiat is, cui res debetur: (§. 761.) sequitur, vt casum quo res vendita perit, sentiat emtor; §. 3 I. h. t. L. 8. pr. D. de peric. & comm. rei vend. nisi I. res ex antiquo vitio perierit; L. 1. L. vit. C. eod. vel II. emtio nondum fuerit perfecta, vel ratione consensus, vel pretii, vel mercis; quo pertinet, si res venditæ ad pondus, numerum, mensuram, (§. 869.) nondum adpensæ, adnumeratæ, admensatæ sint; L. 35. §. 5. ff. de contr. emt. vel res ad gustum vendita nondum degustata perierit. L. 34. §. 5. ff. eod.

De pac-  
tis, quæ  
E. V. ad-  
dici so-  
lent.

§. 873. Emtioni varia adici solent pacta. Potiora sunt I. PACTVM RESERVATI DOMINII, quod iure romano ignotum, hodie frequentis est vsus. II. PACTVM DE RETROVENDENDO, quo cauetur, vt venditori, si voluerit, merx re-  
trouendatur. L. 2. C. de pact. inter E. & V. in

Conti-  
nuatio.

§. 874. Porro huc spectant III. PACTVM PROTIMISEOS, quo venditor, in casu si res aliquando ab emtore vendatur, prælationem prae aliis sibi reseruat, L. 75. D. de contr. emt. & IV. PACTVM CONSTITVTI possessorii, vi cuius venditori res titulo conductionis relinquitur. L. 75. cit.

Conti-  
nuatio.

§. 875. Denique huc referenda V. PACTVM ADDICTIONIS IN DIEM. Eo cauetur, vt venditori ius sit, adlata meliori conditione ab em-  
tione

tionem recedere, *L. 1. D. de in diem add.* & VI. LEX COMMISSORIA, quae est pactum, quo conuenit, vt pretio intra certum tempus non soluto, res sit inempta. *L. 1. D. de lege commiss.*

§. 876. Quum vterque ex hoc contractu *ἑκαστὸν ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ* Action duplex. & nominato ab initio statim obligetur. (§. 750. \*) duae inde nascuntur actiones directae, & contractui cognomines EMTI & VENDITI.

§. 877. ACTIONE EMTI experitur emtor, Emptor, qui iam ex sua parte satisfecit contractui, (§. 871. II.) aduersus venditorem eiusue heredem, (443. s.) ad rem venditam tradendam cum fructibus, accessionibusque & omni causa (§. 329.) resarciendumque damnum, saltem leui venditoris culpa datum. (§. 871. IV.) *personalis, civilis, iuris, bona fidei.*

§. 878. Ex quo sequitur, I. vt abscisse venditor teneatur ad traditionem neque liberetur offerendo id, quod interest. (§. 743.) *L. 11. §. 2. ff. de act. emt.* II. Vt emtor contra petere possit, quod interest, si traditio non facta culpa venditoris. *L. 1. pr. L. 11. §. 9. ff. eod.* III. Vt tradenda sit vacua rei possessio. *L. 2. §. 1. L. 3. pr. ff. L. 3. eod.* vna cum fructibus pendentibus & perceptis post contractum, *L. 13. §. 10. ff. L. 13. L. 16. C. eod.* cum omni accessione & causa, quo & *pertinentiae* referendae sunt. *L. 17. pr. §. 5. 6. L. 38. §. 2. ff. eod.*

*ad I. actione emt. Creditore  
inuito aliud pro alio abbu-  
di non potest.*

Pertinentiae  
quid?

§. 879. PERTINENTIAE nimirum vocantur accessoria, a re principali ob legis dispositionem aut destinationem domini non separanda. <sup>1</sup> Aliquando ergo lex qualitatem pertinentiae inducit; quo pertinent leges particulares cauentes, ne praedia rustica diuellantur; <sup>2</sup> Aliquando pater familias. Id agit, I) si rem mobilem cum re immobili firmiter connexit; aut saltim II) ad perpetuum usum rei immobilis destinat. (§. 342.) III) Si disponit, ut haecce res immobilis ab alia immobili, e. g. hortus a domo, numquam separetur.

Venditi

§. 880. VENDITI actio datur venditori, qui rem tradidit. (§. 871. III.) aduersus emtorem eiusue heredes ad soluendum pretium cum usuris a tempore morae, (§. 760.) ac damnum leui etiam culpa datum ex aequo bonoque refarcendum. (§. 871. IV.) *axioma est: mora in contractibus bono fidei inducit obli-*

*gationem ad usuras.*

TIT. XXV.

*M. J. P. Boum...*

## LOCATIONE ET CONDUCTIO.

§. 881.

Locatio  
conductio  
quid?

*A.*

**A**lter contractus, qui consensu initur, est **LOCATIO CONDUCTIO**, quae est *tractus consensualis de usu rei ad certum tempus, vel opera illiberali \**) pro certa mercede praestandis. \*) Qui

ad §. 872. pag. 340.  
in verbis: ut Casum.


Non dum perfecta emptione peri-  
culum non est emptoris. l. 8. de per.  
u. com. rei vend. — Perfecta emptione  
venditione res nondum tradita sed ad-  
huc apud venditorem existens pericu-  
lo emptoris est. Müller prompt. jur  
vov: Venditio N. 31, 32, & 33.

ad §. 880.

In dubio interpretatio contra  
venditorem, item locatorem fieri  
debet. l. 39. de part. l. 21. h. t.  
Preg. jur. 472. l. Müller prompt.  
juris vov venditio N. 47, 48.

Systema:

- A. Quid
- B. Quotuplex
- C. Essentialia
  - I. Consensus
  - II. Rei usus
  - III. Merces
- D. Obligatio ex contr.
- E. Differ. Empt. & locat.
- F. Relocatio tacita
- G. Actio



\*) Qui agros conducit, COLONVS; qui aedes, INQVILINVS; L. 27. ff. de adq. poss. qui vectigalia, PVBLICANVS adpellatur. L. 16. ff. de V. S. Datur & locatio operis conficiendi, quae id singulare habet, quod qui pensionem dat, LOCATOR operis, & conductor operarum; qui opus pro pensione conficiendum suscipit, CONDVCTOR vel REDEMTOR operis L. 60. §. pen. ff. h. t. & locator operarum dicitur L. 22. §. 2. L. 25. §. pen. ff. h. t. L. un. pr. ff. de aestimat.

*Manuscriptum  
Frustrum.*

§. 882. Est ergo locatio conductio vel **RE- QUOTU-  
RVM**, quando rei vsus; vel **OPERARVM**, plex.  
quando operae illiberales praestantur \*); vel **OPERIS**, quando opus conficitur pro certa mercede L. 5. §. 1. ff. de V. S.

\*) Nam, quae ex liberalibus artibus proficiuntur, operae non locari solent, quia non mercedem admittunt, sed honorarium (§. 773 \*) Vnde inter aduocatum & clientem iure romano est mandatum, inter doctorem & auditorem contractus facio ut des, non locatio conductio.

§. 883. Quum ergo in hoc contractu rei vsus **Eius es-  
vel operae pro certa mercede praestentur:** ( §. sentia-  
881.) magna inter emtionem venditionem & lia.  
hunc contractum similitudo intercedit; pr. Inst.  
L. 2. pr. ff. h. t. adeoque tria ad eius quoque  
substantiam pertinent, I. **CONSENSVS**, II. **REI**  
**VSVS**, vel remissio, III. **MERCES**. (§. 863.)

§. 884. Quandoquidem ergo **CONSENSV** **Quand  
facitur:** sequitur, I. vt perfecta sit locatio con- perfec-  
ductio, simul ac de mercede conuenerit; nisi **ta?**

expresse ita pacti sint contrahentes, "vt obligati esse nolint, antequam syngrapha super eo contractu conficiatur. L. 17. C. de fid. inst. (§. 864.)

Qui locare conducere possint? §. 885. II. Vt locare conducere possint omnes, quicumque consentire, & de re sua disponere possunt; non & decuriones, milites, clerici, quibus omnis; nec tutores & curatores, quibus tamen fiscalium & principalium rerum conductio ante redditas rationes inhibita. L. 30. L. 31 C. h. t. L. 49. pr. §. 1. ff. eod. L. vn. C. ne tut. vel cur. velt. cond. Ita &, qui artem suam cum strepitu faciunt, domum iuxta litteratorum aedes, his inuitis, conducere non posse, vulgo colligunt ex L. vn. C. de stud. liberal. Perez ad d. L. vn. n. 7.

In quibus rebus & operis locum habeat hic contractus. §. 886. Et RES autem locari possunt, & OPERAE (§. 882.) Et res quidem omnes, quae in commercio sunt, dum ne vsu consumantur. L. 3. §. ult. ff. commod. Operae vero quaecumque honestae, arg. L. 26. ff. de V. O. & locari solitae, §. 1. 4. Inst. h. t. L. 5. §. 2. ff. de praescr. verb. L. 13. §. 1. L. 22. §. 1. 2. L. 24. pr. L. 25. §. 7. 8. L. 26. L. 31. ff. h. t.

Merces qualis? §. 887. MERCES (§. 883.) itidem consistere debet in pecunia numerata. Locatio enim operarum, alia re vel facto pro opera promissis, degeneraret in contractum innominatum facio vt des, vel facio vt facias. §. 2. Inst. h. t. l. 5. §. 2. ff. de praescr. verb. Res tamen, quae fructus ex se producant, etiam pro parte fructuum



um recte locantur. L. 35. §. 1. ff. L. 21. C. h. t.  
 Hoc casu aut pars illa fructuum *absolute* deter-  
 minatur, e. g. loco praedium pro centum mo-  
 diis frumenti; aut *relative* solum, v. c. loco  
 agrum pro dimidia omnium fructuum parte. Si  
 prius: vera & proprie sic dicta locatio conductio  
 imita est. Si posterius: conductores dicuntur CO-  
 LONI PARTIARI, & sociis quodammodo simi-  
 les sunt. L. 25. §. 6. ff. h. t.

§. 888. Quemadmodum in emtione venditio-  
 ne pretium; (§. 870.) ita in hoc contractu mer-  
 cedem oportet esse I. *Veram*, alias enim magis  
 esset donatio; L. 20. §. 1. l. 46. ff. h. t. II,  
*Iustam*, quia alias alteruter contrahentium ob  
 laesionem vitra dimidium ad rescindendum con-  
 tractum agere posset; L. 2. C. de resc. vend.  
 III. *Certam*, vel per se, vel per relationem in  
 alterius arbitrium. (§. 870.) Vnde si promissa  
 merces, *quanta iusta erit*, locatio conductio  
 nulla est; §. 1. Inst. h. t. L. 22. ff. de praeser.  
 verb. nisi merces sit legitima. L. 18. C. h. t. IV. 65.

§. 889. Quum vero hic par pari referatur,  
 merces pro re vel opera, (§. 881.) sequitur, I.  
 vt locator & conductor sibi inuicem praesent  
 culpam leuem. (§. 759. II.) L. 23. ff. de reg.  
 iur. L. 13. §. 1. L. 25. §. 3. L. 31. in fin. ff. h.  
 t. II. Vt remissio mercedis pro rata conceden-  
 da sit, si quis re vel ob culpam locatoris, vel  
 ob calamitatem fatalem, vti non potuerit.  
Quumque vsus rei, non vero dominium transie-

Eius re-  
 quisita.

Obliga-  
 tio ex  
 hoc  
 contrac-  
 tu.

ratur in conductorem: (§. 881.) sequitur, ut non conductor sed locator casum sentiat; nisi aliter conuenerit, L. 15. §. 1. *seq.* L. 25. §. 1. L. 33. *fin. ff. h. t.* quo pertinet *contractus soci- dae*; de quo Schilter *Ex. ad Pand.* 31. *th.* 9. *l. §. h. t.*

*E* Diffe-  
rentia  
eius ab  
emtionem

§. 890. In eo maxime ab emtionem differit locatio conductio quod res non in perpetuum, sed ad certum plerumque tempus pro mercede praestatur. (§. 881.) Ex quo inferitur, I. finito tempore constituto, operisque praestitis nec non soluto iure auctoris locationem conductio- nem finiri. L. 31 §. *ult.* L. *seq.* L. 9. §. 1. *ff. h. t.* \*) II. Conductorem nec sine iusta causa rem conductam deserere; (§. 889. II.) nec a locatore expelli posse, nisi ob mercedem per biennium non solutam, L. 54. §. 1. L. 56. *ff. h. t.* vel ob peruersum rei usum, L. 3. *C. h. t.* vel ob necessariam refectionem, vel usum ipsi domino necessariam, *d. L. 3. C. eod. iv. 65.*

\*) Obserues I. conductorem absque dubio cedere debere, si a domino reuocabili conduxit, e. g. rem dotalem a marito, simulac locato- ris dominium finitur. (§. 289. \*) Cum vero II. dominus irreuocabili locauit, & durante locationis tempore dominium alienat: si ad aequitatem quidem & analogiam iuris respici- mus, conductor successori singulari cedere non tenetur. Sed aliud placuit legislatoribus romanis. vid. enim L. 9. *C. de loc. cond.* & Zaunschlifer *diss. ad h. l.*

*F.*  
Reloca-  
tio & re-  
conduc.

§. 891. Denique ex aequitate intulerunt vete- res, conductorem, qui impleto tempore re ope- risue

risue conductis vitur, eam easue tacite recon-  
 duxisse videri. L. 13. §. ult. L. 14. ff. L. 16.  
C. h. t. Vnde in EXPRESSAM & TACITAM  
 locatio conductio diuidi solet.

§. 892. Ceterum ex hoc contractu vterque  
 contrahentium ab initio obligatur, & hinc duae  
 inde nascuntur actiones directae, (§. 740. \*)  
 LOCATI altera, altera CONDVCTI.

Actio-  
 nes ex  
 hoc  
 contrac-  
 tu.

§. 893. ACTIO LOCATI datur locatori, ad-  
 versus conductorem eiusue heredem, ad mercedem iusto tempore non solutam, post moram cum usuris soluendam, (§. 887. seq.) rem locatam, finito contractu, restituendam, (§. 890. seq.) praestandumque damnum, saltim culpa levi datum. (§. 889. I.)

Con-  
 ducti.

§. 894. CONDVCTI contra actio conductori  
 competit aduersus locatorem, eiusue heredes,  
 ad praestandum rei usum vel operas, (§. 881.)  
 refundendas impensas necessarias & utiles in rem  
 conductam factas, L. 55. §. 1. L. 61. ff. h. t.  
 damnumque saltim culpa leui datum refarcien-  
 dum, (§. 889. I.)

## DE CONTRACTV EMPHYTEV- SEOS.

§. 895.

Occasione huius tituli & de EMPHYTEVSI  
 agit Imperator, quae quum & emfioni  
 venditioni, & locationi conductioni, quodam-  
 mo-  
 Emphy-  
 teus  
 hodie  
 contrac-

tus con- modo ad finis sit: neutri tamen contractui per  
sensua- omnia similis est, & hinc singularem naturam  
lis. per constitutionem Zenonianam accepit. (S.  
17. 66. 861.) §. 3. *Inst. h. t. L. 1. C. de iur. emphyt.*

Variae 896. Nimirum EMPHYTEVSIS aut pro con-  
signifi- tractu accipitur, aut pro iure, aut pro re. Pro  
cationes tractu sumta denotat contractum consensua-  
vocab. lem, quo dominium vile praedii rustici alicui  
emphy- promittitur, ea lege, vt praedium melioret, &  
teuseos. in recognitionem domini directi annuum cano-  
nem soluat. §. 3. *I. de loc. cond. L. 1. pr. D. si ager. vectig.* Pro iure accepta dominium illud  
vile significat, quod alicui sub lege melioratio-  
nis & praestandi canonis competit (\*\*). Deni-  
que & ipsum praedium, quod colendum datur  
emphyteusis vocatur.

\*) Emphyteusis ἀπό τῆς ἐμφυτεύσεως dicitur.  
Solebant enim, facta prouincia, agri publici  
culti pro certo vectigali annuo in perpetuum  
locari, inculti autem pro canone annuo tradi  
in emphyteusin; ita, vt emphyteutae ius do-  
minio proximum, siue vile dominium, in illis  
consequerentur. *Burm. de vectigal. pop. Rom. p. 128. seq. & p. 148. seq.* Postea idem  
ius ad agros & alia praedia principum, eccle-  
siarum, urbium, quin & priuatorum, prola-  
tum est, quae bona promiscue dici coeperunt  
vectigalia & emphyteutica. *Schult. Exerc. 16. §. 66. sq.*

\*\*\*) Maxime hoc ius per contractum emphyteu-  
seos constituitur. Attamen & vltimis volun-  
tatis. nec non per praescriptionem adquiri  
potest. arg. *L. 26. pr. D. de pign. act. L. 1. v. m. C. de praescr. long. temp. l. 2. 12. 18. §. 897. de praescr. l. t. 177. 33.*

§. 897. Is qui praedium alteri concedit sub lege meliorationis, retinet dominium *directum*, & DOMINVS EMPHYTEVSEOS vocatur. Qui praedium meliorandum accipit, *utile* dominium consequitur, & EMPHYTEVTA adpellatur. (§. 896.)

§. 898. Quum ergo emphyteusis sit contractus consensualis: (§. 896.) sequitur, I. ut perfectus sit hic contractus, simul ac consensere contrahentes. II. Ut scriptura, de qua Imp. §. 3. *Inst. de loc. cond.* non nisi probationis causa requiratur, L. 1. C. *de iur. emphyt.* in primis in emphyteusibus ecclesiasticis perpetuis. Nov. 7. pr. N. 120. cap. 5. III. Ut ius in re demum ex traditione, contractum hunc subsequente, nascatur. L. 20. C. de pact. ii. 3.

§. 899. Quumque emphyteuta consequatur dominium utile: (§. 896.) sequitur, IV. ut adquirat omnes fructus, omnemque utilitatem, etiam thesaurum, percipiat. *arg.* §. 39. *Inst. de rer. diuis.* V. Ut ei competat ius servitutem imponendi, L. 1. §. *ult. ff. de superf.* fundi faciem immutandi, modo ne eum reddat deteriorem; *Auth. Qui rem C. de SS. Eccles.* VI. quocumque titulo & vniuersali & singulari in alios transferendi; hinc oppignorandi, *arg.* L. 31. ff. *de pign. act.* donandi, permutandi, L. 1. C. *de fund. patr. vendendi.* L. 3. C. *de iur. emphyt.* VII. Ut & onera & tributa ferat. L. 2. C. *ibid.*

Ius emphyteutae in disponendo.

§. 900.

See regard the title of Tribant.

In vindican-  
& alie-  
nando.

§. 900. Ex eodem sequitur, VIII. vt emphyteuta possit agrum emphyteuticum vindicare a quouis possessore, etiam ab ipso domino emphyteuseos, L. 1. §. *ult. ff. h. t.*

Iura ex  
domi-  
nio di-  
recto  
fluentia.

*Calonymus  
signum  
Canon.*

§. 901. Domino emphyteuseos dominium directum competit. Hoc in eo consistit: I. vt ipsi debeatur canon annuus; qui cum in agnitionem domini directi, non pro fructibus soluitur, propter sterilitatem incurfionemue hostium non remittitur. L. 1. C. *de iur. emphyt.* §. 3. I. *de loc. cond.* II. Vt quaeuis alienatio ipsi denuncianda sit, ne inhabilis emphyteuta ei obtrudatur. L. 3. *cit.* Hunn. *in resolut. h. t. Qu.* 12. Wernher *sel. obs. for. Part 3. Obs.* 235. III. Vt in venditione emphyteuseos eidem competat ius protimiseos. L. 3. *Cod. cit.* IV. Vt is, qui in emphyteusi titulo singulari succedit, domino soluere teneatur quingagesimam partem pretii, id quod laudemium vocatur L. 3. *Cod. cit.*

*Spanlufu*

Quo-  
modo  
expiret  
ius em-  
phyt.

§. 902. Exspirat ius emphyteuseos I. consolidatione; *arg.* §. 3. *Inst. de usufr.* II. praescriptione; *arg.* L. 15. §. 25. *ff. damn. inf.* III. non soluto canone domino saeculari intra triennium, L. 2. C. *de iur. emph.* ecclesiae intra biennium; *Nov. 7. cap. 3. §. 2.* ob quam causam emphyteutae dominium vile ipso iure expirat; nec is moram, (quidquid alii.) oblato licet ante actionem institutam canone, purgare potest. L. 2. C. *de iur. emphyt.* L. 1. C.

de fund. patr. Auth. Qui rem C. de SS. Eccl. Nov. 120. cap. 8. Aliud iure canonico. cap. ult. X. de locat. IV. Re, ignorante domino, alienata, L. 3. C. de iur. emph. aut V. insigniter reddita deteriore. d. Auth. qui rem C. de SS. Eccl. VI. Totali rei interitu §. 3. I. h. t.

§. 903. Quemadmodum vero ex iure emphyteutico iam constituto, nascitur actio realis, scilicet rei vindicatio (§. 900. VIII.) ita ex contractu, quo constituitur, nascitur actio EMPHYTEVICARIA utrimque directa. (§. 740. \*)

§. 904. ALTERA datur emphyteutae adversus dominum, eiusue heredes, ad predium emphyteuticum secundum contractum praestandum, ALTERA domino aduersus emphyteutam, ad soluendum canonem, laudemium aliaque ex contractu debita. L. I. C. h. t. §. 3. Inst. loc. cond.

TIT. XXVI.

DE

SOCIETATE.

*Resoluto iure iuramentum*

§. 905.

Quartus contractus consensualis est SOCIETAS, (§. 861.) non confundenda cum COMMUNIONE L. 31. L. 32. L. 34. ff. pro soc.

Societatis & communio  
differunt

§. 905.

Elle

Com-  
munio  
quid?  
Societas  
quid &  
quotu-  
plex?

*Quomodo  
societas  
fit?*

§. 906. Nimirum COMMVNIO denotat quod-  
cunque condominium, & vfum pluribus compe-  
tentem, eaque aut per conuentionem inducitur  
aut incidens est. Conuentio illa dicitur SOCIE-  
TAS, & ſpectatur aut ratione finis aut effectus.  
Si prius, aut QVAESTVARIA est, ſiue NEGO-  
TIATORIA, aut NON QVAESTVARIA: prout  
vel lucri causa vel ob alium finem initur. Si  
poſterius, aut quoad ſolum vfum, aut quoad  
ipſam ſortem contrahitur. L. 52. §. 2. L. 58. pr.  
D. pro ſocio.

Societas  
nego-  
tiatoria  
vel ge-  
neralis  
vel par-  
tic. vel  
ſingul.

§. 907. Societas negotiatoria (§. 906.) aut  
initur ratione omnium, quae ex quaefu veniunt,  
h. e. omnium, quae titulo oneroſo adquirentur;  
aut certam negotiationem, aut unicum nego-  
tium reſpicit. Prima GENERALIS; (aliis uni-  
verſalis) altera PARTICVLARIS ſ. SPECIALIS;  
tertia SINGVLARIS dicitur.

Non  
quaef-  
tuaria  
vel univ.  
vel part.

§. 908. Non quaefuaria ſocietas in VNIVER-  
SALEM & PARTICVLAREM abit, quarum illa  
omnia ſociorum bona, haec partem tantum  
complectitur.

Societa-  
tis defi-  
nitio.

§. 909. SOCIETAS ergo (§. 906.) eſt con-  
tractus conſenſualis, de re vel operis aut vius  
aut quaefus causa communificandis.

Quo-  
modo  
perficia-  
tur.

§. 910. Quum ſocietas ſit contractus conſen-  
ſualis: (§. 909.) ſequitur, I. vt ſolo quidem  
conſenſu perficiatur, res tamen ſociorum de-  
mum ſiant communes, (ſi a ſocietate omnium  
bono-



donorum discesseris) subsequente traditione. L. 1. §. 1. L. 2. ff. h. t.

§. 911. Communicantur res vel operae. Ex quo principio colligitur, I. subsistere etiam societatem inaequalem, licet vnus plus, alter minus, ex facultatibus suis conferat, L. 5. §. 1. ff. cod. II. immo licet vnus rem; alter operas, conferat, de L. 5. §. 1. ff. d. t. dum operae sint licitae, & honestae. L. 52. §. 17. L. 53. L. 57. ff. h. t.

\*) Multum vero interest, tamquam socius quis operas conferat, an tamquam institor pro certa mercede negotiationi praeiit. Ad hunc enim nec lucri nec damni pars pertinet.

An & inaequalis subsistat?

§. 912. Praeter haec autem leges volunt: III. Vt socius alteri teneatur ad culpam leuiorem (§. 758. \*) in concreto, \*) quia socium industria eius contentum esse oportet, quem ipse elegit, aut a cuius societate, cum id ei integrum esset, non discessit. §. 9. Inst. L. 72. ff. h. t. IV. Vt, si dolus focii deprehendatur, isto merito notetur infamia. (§. 756. II.) L. 1. L. 6. ff. de his qui not. inf. V. Vt socius socio debeat beneficium competentiae, L. 63. pr. ff. h. t. (§. 1138.) VI. Vt in societate vniuersali (§. 908.) omnia communia sint, quamuis & facultates sociorum differant, & vnus sociorum altero plus expendat. L. 73. pr. ff. §. 1. ff. h. t. L. 7. L. 71. §. 1. ff. h. t. VII. In aliis autem societatibus inter socios seruanda sit aequalitas, nisi pacto aliter sit conuentum. §. 1. Inst. h. t. VIII. Socius ex contractu focii neque adquirat neque ob-

3.  
Obligatio sociorum.

ligetur, nisi ex mandato alterius contraxerit, L. 4. §. 1. *D. de exerc. act.* aut aliquid in rem societatis verum sit, L. 82. *D. pro socio.*

\*) Idem obtinet in communione rerum incidente. L. 25. §. 16. *D. famil. hercisc.*

De societate  
quaes-  
tuaria  
in specie

§. 913. Haec in omni societate generatim obtinent. De quaes-tuaria autem praeterea ob-servandum est: I. Ad eam requiri, ut uterque socius aliquid conferat. Donationis causa enim inita, vera societas non est. L. 5. §. *ult. D. pro socio.* Hinc nec societas veri nominis est negotium, quod *societatem Leoninam* vocant; L. 29. §. 2. *D. eod.* quamvis, si dolus absit, licitum sit, & validum. II. In hac societate, si partes non expressae: partes lucri & damni esse aequales pro rata eius, quod quisque contulit. L. 6. L. 80. *ff. h. t.* III. Sin partes expressae: eas servandas esse, tamen inaequales. §. 1. *Inst. h. t.* L. 29. *pr. §. 1. ff. h. t.*

Societas  
quo-  
modo  
solua-  
tur?

§. 914. Dividuntur itaque res communes, si-  
nita societate, quod sit I. morte socii vel natura-  
li, vel civili, etiam unius e pluribus; §. 5. *Inst.*  
L. 63. §. *ult. ff. h. t. licet conuenerint*, ut ad  
heredes transeat societas. \*) L. 35. L. 59. *ff.*  
*h. t.* II. Dissensu vel mutuo, L. 63. §. *ult. ff.*  
*h. t.* vel renunciatione unius; §. 4. *Inst. h. t.*  
quamvis alias contractus *διπλευρος*, invito alte-  
ro, solui nequeat: id tamen odio communi-  
onis permissum est, L. 77. §. 20. *in fin. ff. de*  
*leg. 2. §. 4. Inst. h. t.* ut socius socio, si vel  
maxime

Uno socio invito reliqui re  
 ad alium usum & finem, quam  
 ad quem destinatus est, et non  
 possunt, et in pari causa pro-  
rior ratio prohibentis habenda.  
 l. 6. §. 6. Com. divid. Muller  
 prompt. jur. Nov. Societas N. 32.

ad §. 913.

Natura societatis haud repug-  
 nat pactum ei adjectum, secun-  
 dum quod unus socius majorem  
 lucri partem accipit, quam alter,  
 vel unus majorem in se suscipit  
 partem damni quam alter. §. 1.  
 inst. h. t. l. 29. §. fin. pro socio.  
 l. 38. de contr. empt. vend.  
 muller l. cit. (Nov Societas N. 76.)

ad §. 914. II.

Societas dissensu dissolvi-  
 tur quata ratione: Quolibet  
res proe quascunque causas nasci-  
tur, proe eadem dissolvitur.  
 l. 35. de Reg. jur. l. 100. de reg. jur.

non absenti  
non frivolis  
non intempere

## Systema

- 1, Definitio
- 2, Requisita
  - a, consensus
  - b, communicatio Rei,  
v. Operae
- 3, obligatio sociorum
- 4, de s. Quotidiania in specie
- 5, Quomodo Solvatur
- 6, Actio pro Socio, — Communis Divisio

maxime aliter expresse conuenerint, L. 14. l. 70. ff. pro soc. expresse & tacite renunciare possit societatem; L. 64. ff. h. t. dum id non absenti, fraudulenter, vel intempestiue fiat, §. 4. Inst. l. 14. l. 17. §. 1. l. 65. §. 3. ff. h. t.

\*) Ne erres, obserua, obligationem quidem ex hoc contractu etiam ad heredes transire; L. 35. l. 36. l. 40. l. 63. §. 8. ff. h. t. non vero ipsam societatem; ita, vt heres in societate manere cogatur.

§. 915. Soluitur etiam III. finito negotio, Alii modo ob quod inita est. §. 6. Inst. l. 65. §. 10. ff. h. t. IV. Tempore, in quod contracta, elapso. l. 65. §. 6. ff. h. t. V. Cessis vel publicatis bonis, §. 7. 8. Inst. l. 65. §. 1. ff. h. t. ac denique VI. rei, super qua Societas inita, interitu. l. 63. §. vit. ff. eod.


§. 916. Ceterum ex hoc contractu nascitur **ACTIO PRO SOCIO**, vtriusque directa, (§. pro socio 750. \*) qua socius aduersus socium, eiusue heredes, (§. 914. \*) agit ad conferenda bona communia, (§. 909.) reddendas rationes, lucrumque communicandum, & damna denique, saltem culpa seu in concreto data, refarcienda (§. 912. III.)

§. 917. Ex quo patet, actionem hanc ad praestationes tantum personales pertinere, adeoque, soluta societate, rerum communium diuisionem non actione *pro socio*, sed *communi diuidendo*, petendam, L. 1. ff. comm. diuid.

Z 2

III.

Quanam actionem? ac-  
tionem de-  
tur ad  
rerum  
commu-  
nium di-  
uisionem?  
nem?



TIT. XXVII.

## M A N D A T O.

§. 918.

Manda-  
tum  
quid?

**P**ostremus contractus consensualis est MANDATVM. (§. 861.) Id vero est *contractus consensualis, quo negotium alterius honestum gratis gerendum suscipitur.* Personae in hoc contractu obviae sunt MANDANS & MANDATARIUS, s. PROCURATOR. Species mandatariorum autem sunt *magistri navis & institores, de quibus infra. Lib. 4. tit. 7.*

**A.** quid?  
*Envolvitur signum*

**B.** Etis differentia ab aliis negotiis adfinibus. §. 919. Ergo facile hic contractus mandati I. a NEGOTIORVM GESTIONE discernitur, qui quasi contractus in eo consistit, quod quis negotium non commissum vltro suscipit; (§. 936.) II. a LOCATIONE, quia hic contractus non est gratuitus; (§. 881.) III. a CONSIPIO, quia per hoc non suscipitur alienum negotium, nec istud obligat, sed suadet, §. 6. *Inst. h. t.* IV. a COMMENDATIONE, quae & ipsa nec commendantem obligat, nec eum, cui res commendatur; L. 12. §. 12. *ff. h. t.* V. a IVSSV, quo tantum eos, qui potestati nostrae subsunt, obligamus.

**C.** Quotuplex.

§. 920. Mandatur aut EXPRESSE, verbis literisque, nulli certae formulae adstrictis; L. 1.

§. 2.

§. 2. *ff. h. t.* aut TACITE, si quis praefens ab altero negotia sua geri patitur. L. 6. §. 2. L. 53. ff. h. t.

§. 921. Prout quoque vel ad omnia bona, Diuisio vel ad certas tantum res mandatum pertinet, ea secundo tenus vel GENERALE est, vel SPECIALE; & prout negotia commissā aut iudicialia sunt, aut extraiudicialia, eatenus aut IVDICIALE aut EXTRAIVDICIALE est. L. 58. L. 60. L. 63. ff. de proc.

§. 922. A modo constituendi mandatarium, Tertia, etiam in IVDICIALE & EXTRAIVDICIALE, L. 33. pr. §. 1. L. 35. §. 3. L. 43. ff. de procur. itemque in PVRVM, IN DIEM DILATVM, & CONDITIONALE dispescitur. §. 12. Inst. L. 1. §. 3. ff. h. t.

§. 923. Differunt porro mandatum IN REM Quarta. ALIENAM, quando quis & nomine alterius, & in alienam vtilitatem agit, & IN REM SVAM, quando quis nomine alterius, sed in suam vtilitatem agit. L. 33. §. 5. L. 34. ff. de procur.

§. 924. Denique in SIMPLEX & QVALIF-  
CATVM diuiditur mandatum. Illud est, quo Mandatum vel  
committo alteri negotium in meam vtilitatem simplex  
expediendum. Hoc vero dicitur, quo committo vel qua-  
alteri, quod in tertii vtilitatem meo periculo lifica-  
agendum est. L. 6. §. 4. L. 16. L. 22. §. 24. D. mandat. Qui qualificatum mandatum dat,  
proprie & κατ' ἐξοχήν MANDATOR vocatur.  
(§. 835.) §. 925.

2. Huius  
contrac-  
tus na-  
tura.

§. 925. Ceterum ex ipsa definitione (§. 918.) inferitur, I. mandatum contrahi solo utriusque consensu, pro quo & ratihabitio habetur, negotio nondum penitus absoluto, accedens. L. 50. ff. h. t. L. 60. ff. de R. I. II. Mandatum non posse rem illicitam, nec ullam ex eiusmodi mandato inter contrahentes nasci obligationem. §. 7. Inst. L. 6. §. 3. L. 22. §. 6. ff. h. t. III. Mandatum non admittit mercedem, sed tamen honorarium. (§. 773. \*) L. 6. pr. ff. h. t. IV. Mandatarius fines mandati excedentem nihil agere, nec mandantem tunc ex mandatarii facto teneri. L. 5. ff. §. 8. Inst. h. t.

3. Obliga-  
tio man-  
datarii.

§. 926. Et quia mandans fiduciam singularem in mandatarii persona collocat: (§. 918.) consequens est, V. ut mandatarius substituere ordinarie non possit; si tamen substituerit, & rem per alium aequè bene gesserit, mandans ex gestis obligetur. L. 8. §. 3. L. 46. L. ult. §. fin. ff. h. t. VI. Ut, quia mandatarius ad factum obligatus est, ordinarie teneatur ad culpam leuem (§. 759.) L. 13. L. 21. C. h. t. Otto in not. ad §. 11. h. t. VII. Ut mandatarius, qui amici spem turpiter desituit, ob dolum merito infamia notetur. (§. 756.) L. 1. L. 6. §. 6. ff. de his qui not. inf. §. 2. Inst. de poen. tem. litig. L. 21. C. mand. Cic. Orat. pro Rosc. Amer. cap. 38.

4. Quo-  
modo  
finitur?

§. 927. Finitur autem mandatum non solummodo I. mutuo consensu; §. ult. Inst. quib. mod. toll. ghl.



obl. sed & II. mandantis reuocatione, modo fiat re integra; §. 9. *Inst. h. t.* & III. renunciatione non intemptiua mandatarii. §. 11. *Inst. eod. L. 22. §. ult. ff. h. t.* IV. Morte contractuentium. *L. 26. pr. L. 27. §. 3. ff. h. t. l. 68. 510.*

*pro socio*  
§. 928. Singularis species mandati est **ASSIGNATIO**, qua ego mando creditori meo, ut a meo debitore quantitatem debitam exigat, & id quod acceperit, sibi solutionis loco retineat. Ego hoc negotio inito **ASSIGNANTIS** nomen fero, debitor meus **ASSIGNATVS**, creditor autem **ASSIGNATARIVS** vocatur.

**Assignatio**  
quid?

§. 929. Quia itaque ex hoc contractu **di-Actio**  
**πλέγω** mandatarius ab initio; mandans non ni-  
si ex post facto obligatur: nascitur inde duplex  
actio **MANDATI**, quarum altera **DIRECTA**;  
altera **CONTRARIA** est. *L. 3. §. 1. ff. h. t.*  
(§. 740. \*)

**mandati duplex.**

§. 930. **DIRECTAM** mandans instituit ad-  
versus mandatarium eiusue heredes, ad negotium  
susceptum perficiendum, vel praestandum id,  
quod interest, *L. 5. §. 1. ff. h. t.* rem ex man-  
dato adquisitam cum fructibus tradendam, *L. 8.*  
*§. ult. ff. eod.* dolumque & culpam leuem prae-  
standam. (§. 926. VI.)

**Directa.**

§. 931. **CONTRARIA** mandatario datur ad-  
versus mandantem eiusue heredes, ad indemni-  
tatem consequendam. (§. 750.)

**Contra-  
ria.**

Quid iuris circa mandatum ratione tertii? §. 932. Si quaeritur, quid iuris sit mandanti & mandatario ratione tertii, haec notanda sunt axiomata. I. Mandans agere nequit directe contra tertium ex contractu a mandatario inito, nisi facta cessione, \*) L. 8. §. 5. L. 43. L. 45. pr. D. mand. Ea vero non facta, actio utilis datur. L. 4 C. si cert. pet. II. Mandatarius agere potest adversus tertium ex negotio a se celebrato. Agens tamen exceptione repellitur. L. 28. D. de procur. III. Mandans iure antiquo conveniri nequit ex contractu mandatarii, iure novo convenitur actione quasi institoria. L. 10 §. 5. D. mandati L. 5. §. 8. L. 19. de institor. act. L. 1. I. permitt. C. cod. L. 13. §. 25. de act. emt. Denique IV. mandatarius potest conveniri, ut ex bonis mandantis, si quid ex illis possidet, solutionem praestet. L. 7. §. 1. D. de institor. act. L. 7. §. 11. D. ad Sc. Maced. conf. Hertii diss. de obligatione mandantis & mandatarii contemplati tertii, ubi haec omnia copiose & egregie pertractus est.

\*) Quidam casus excepti sunt, in quibus actio directa mandanti competit ipso iure, nulla cessione praeuia, quos vide apud Graevum exerc. ad Pand. pag. 113. seqq.

Systema

- A. Quid  
 B. differentia ab aliis.  
 C. Anonymus  
 D. Analysis definitionis  
 E. Obligatio Mandatarii  
 F. Finis mandati  
 G. assignatio speciei. sl.  
 H. Actio.  
 I. Quid iuris rat. tertii.

TIT.



TIT XXVIII.

D E

**OBLIGATIONIBVS, QVAE QVASI EX CONTRACTV NASCVNTVR.**

§. 933.

**H**actenus de contractibus veris: sequuntur obligationes, quae QVASI EX CONTRACTV nascuntur. (§. 748.)

Obligations quasi ex contractu.

§. 934. Sunt ergo QVASI CONTRACTVS Earum facta honesta, quibus & ignorantibus obligantur, definitio. quasi contraxissent. \*)

\*) Vulgo fundamentum quasi contractuum quaerunt in consensu praesumpto sine ficto. Nec negari potest, in quibusdam quasi contractibus talem consensum subesse v. c. in negotiorum gestione. Verum primo in aliis non praesumptus sed tacitus consensus obligationis fundamentum constituit, veluti in hereditatis additione, in tutela ratione tutoris, in hereditatis & rei singularis communis administratione; deinde in aliis sola aequitas, absque omni consensu, obligationis fons est, quo solutio indebiti pertinet. Licet enim vulgo dicatur, & in hoc quasi contractu fingi, quod is, cui indebite aliquid soluitur, consentiat in restitutionem, legibus tamen haec fictio incognita est; imo eam destruit, L. 5. §. 3. D. de obl. & act.

§. 935. Huiusmodi quasi contractus sunt I. Quot NEGOTIORVM GESTIO, II. TUTELA, III. sunt hu-

iusmo-  
di quasi  
contractus?

HEREDITATIS vel IV. REL COMMVNIS AD-  
MINISTRATIO, V. HEREDITATIS ADITIO,  
VI. INDEBITI SOLVTIO, & quidam alii, de  
quibus in digestis. (vid. quoque infra §. 1084.)

Nego-  
tiorum  
gestio.

§. 936. I. <sup>Insuper huiusmodi</sup> NEGOTIORVM GESTIO est quasi  
contractus, qua quis negotia alterius ex con-  
sensu eius praesumpto extra iudicium utiliter  
gerenda animo eum obligandi suscipit. §. I.  
Inst. h. t. Personae ergo hic occupatas sunt  
DOMINVS NEGOTIORVM & NEGOTIORVM  
GESTOR, qui a MANDATARIO, siue PROCV-  
RATORE, itemque DEFENSORE, facile discer-  
nitur. Prior enim mandato constituitur, poste-  
rior sine mandato quidem, sed non nisi iudicia-  
lia negotia suscipit, nec sine cautione admitti-  
tur. iudicatum solvi L. 46. §. 2. ff. de procu-  
rat. Negotiorum gestor autem nec ex mandato  
gerit, nec in iudicio alium defendit, nec cau-  
tione obstringitur. Vnde & femina gerere po-  
test negotia. L. 3. §. I. ff. de neg. gest.

Differentia

Requifi-  
ta minus  
quasi  
contractus.

§. 937. Ex ipsa huius quasi contractus natura  
requisita eius facile deducuntur. Requiritur ni-  
mirum I. ex parte gestoris, vt utiliter gerat.  
Hinc ordinario ad diligentiam exactam, & cul-  
pam leuem praestandam tenetur; §. I. in fin. I.  
h. t. L. 6. §. fin. L. 11. D. de negot. gest. L.  
17. C. 20. C. eqd. II. vt animo dominum ob-  
ligandi, non animo donandi aut ex pietate ad  
negotia accesserit. L. 27. §. I. L. 34. L. 41. D.  
L. 11. L. 13. L. 15. Cod. eqd. Ex parte vero  
domini

l. 1084.  
ff. de arg.  
gest.

domini opus est, III. vt consensus eius in gestio-  
nem probabilis sit. Inde prohibentis nego-  
tia non geruntur, L. 8. §. ult. D. L. ult. C.  
ead. bene tamen furiosi & mente capti, L. 3.  
§. 5. D. eod.

§. 938. His positis dominus obligatur ad in- **Effectus** 3.  
demnitatem; L. 2. L. 27. L. 31. L. 45. D. eod.

II. gestor vero ad rationes reddendas & reliqua  
restituenda. L. 2. L. 23. L. 30. D. eod.

§. 939. Actiones ex negotiorum gestione ori- **Actio**  
undae sunt **actio NEGOTIORVM GESTORVM** nego- 4.  
**DIRECTA & CONTRARIA**, §. 1. Inst. h. t. gesto-  
rum du-  
plex.

§. 940. **DIRECTA** datur domino aduersus nego- **Directa.**  
tiorum gestorem eiusque heredes, ad rationes  
reddendas, (§. 937. II.) restituenda reliqua,  
culpamque pro modo gestionis praestandam.  
(§. 936. I.)

§. 941. **CONTRARIAM** negotiorum gestor **Contra-**  
instituit aduersus dominum, eiusque heredes ad **ria.**  
indemnitatem. (§. 937. I.) §. 1. Inst. h. t.

§. 942. II. **TUTELA** est munus publicum. (§.  
167.) Sed obligatio inter tutorem & pupillum **Tutelae**  
quasi ex contractu nascitur. §. 2. Inst. h. t. Hinc **defini-**  
tutela hoc sensu est quasi contractus, quo tutor **tio.**  
pupilli rerumque pupillarum curam suscipien-  
do, illi ad rationes exactamque diligentiam; \*)  
pupillus tutori ad indemnitatem praestandam  
obligatur.

\*) Tu-

\*) Tutor ergo tenetur ad praestandam culpam leuem, *L. 23. ff. de reg. iur. si ipse sese intruserit, ad culpam leuissimam; (§. 759. III.) §. 1. Inst. de satisd. tut. heredes tantum ad dolum & culpam latam, L. 1. C. de her. tut.*

*V. M.*

**Actio** §. 943. Ergo ex hoc quoque quasi contractu tutelae nascitur actio TUTEAE, DIRECTA & CONTRARIA. (§. 750 \*)

**Directa.** §. 944. Actio tutelae DIRECTA competit pupillo, finita tutela, (§. 220.) aduersus tutorem, eiusue heredes, ad reddendas rationes, damnaque, si aduersus tutorem agitur, culpa leui; sin aduersus heredes, culpa lata data rescarcienda (§. 942. \*) *L. 1. pr. ff. de tut. & rat. distr.*

**Contra-** §. 945. CONTRARIA competit tutori aduersaria. sus pupillum, ad repetendas impensas praestandamque indemnitatem, & diligentis patrisfam. officio functus sit. *L. 1. pr. ff. de contrar. tut. & util. act.*

**Vtilis.** §. 946. Vtraque actio tutelae VTILIS ob eandem rationem minoribus quoque & curatoribus inter se datur. (§. 229.) *d. L. 1. §. 2. ff. de contr. tut. & util. act.*

**Hereditatis & rerum communio.** §. 947. III. HEREDITATIS & IV. RERVM COMMVNIO non sunt quasi contractus, sed ius in re, puta in hereditate vel re commun. At hereditatis vel rerum communium administrator quasi contraxisse, & ad rem communem diuidendam, reddendasque rationes sese obligasse, simulque coheredem vel socium ad quasvis praesta-

*Manuelstein  
nimis quoniam  
si proficere dicitur.*

praestationes, personales obstrinxisse videtur. L. 3. ff. §. 4. Inst. h. t.

§. 948. Ex utroque quasi contractu datur actio duplex, L. 2. §. 3. L. 44. §. 4. ff. fam. erc. Actio- nes inde natae.  
L. 2. §. 1. ff. comm. diuid. ex altero FAMILIAE  
ERCISCVNDAE, ex altero COMMVNI DIVI-  
DVNDO. Priorem iam supra definiuimus (§. 708.).

§. 949. COMMVNI DIVIDVNO vero actio Com-  
inituitur a socio contra socium, ad rem com-  
munem diuidendam, L. 1. ff. comm. diu. & uidun-  
do.  
praestationes personales consequendas. L. 3. pr.  
ff. cod.

§. 950. Et coheres coheredi L. 25. §. 16. ff. Quae  
fam. erc. & socius in re communi socio, arg. culpa  
d. L. 25. ff. cod. culpam leuam in concreto praes-  
tata. (Rationem reddidimus. §. 912. III.)  
prae-  
tanda.

§. 951. V. <sup>Antes de hoc dicitur in §. 912.</sup> HEREDITATIS ADITIO est quasi Heredi-  
contractus, quo is, qui hereditatem adiit, cum tatis adi-  
legatariis & fideicommissariis \*) contraxisse, tio.  
seque ad legata & fideicommissa praestanda  
obligasse censetur. §. 5. Inst. h. t. L. 3. seq. ff. §. 46. 12.  
quib. ex caus. in poss. eatur L. 1. C. comm. de  
legat.

\*) Non cum creditoribus. Hi enim heredem  
non ex quasi contractu aditionis; sed directe  
ex facto defuncti conueniunt. L. 49. ff. de O.  
& A. iunct. Nov. 48. praef. v. cum utique  
cujus obligationes omnes in heredem tran-  
seunt, simulac adiit hereditatem. L. 2. §. 2.  
ff. de V. O. L. 59. ff. de R. I. §. 952.

Actio personalis ex testamento. §. 952. Nascitur ex hoc quasi contractu ACTIO *personalis* EX TESTAMENTO, qua ii, quibus aliquid ex testamento debetur, contra heredem, qui adiit, agunt ad legata fideicommissaque cum accessionibus & usuris a tempore morae, (§. 585.) damnaque, culpa etiam levissima data, (§. 567. l.) L. 47. §. *pen. ff. de leg. 1. praestanda*. L. 33. *pr. de leg. 2.* L. 17. *ff. de duob. reis*. §. 5. *Inst. h. t. l. 24. de usur.*

Indebiti solutio. §. 953. Denique VI. INDEBITI SOLVITIO est quasi contractus, quo quis ex errore excusabili id, quod naturaliter indebitum erat, solvendo alterum ad restitutionem obligasse censetur. §. 6. *Inst. h. t.*

*Longestinus  
Cuius  
Insuper.*

Eius fundamentum. §. 954. Quum ergo fundamentum huius quasi contractus sit solutio ex errore excusabili praestita: (§. 953.) consequens est, l. vt, qui sciens solvit indebitum, donandi consilio id fecisse videatur. L. 53. *ff. de R. I. L. 1. §. 1. ff. de condict. indeb.* II. Vt, qui ignorantia iuris solvit, indebitum non repetat; L. 10. C. L. 9. *pr. ff. de iur. & facti ign.* L. 6. 7. C. de cond. indeb. L. 9. C. ad leg. Falc. nisi fuerit minor, mulier, &c. quibus ius ignorare licet; aut nisi certet de damno vitando. L. 7. 8. & 9. D. de iur. & facti. ignor. III. Vt, si errore facti solutum, res condici possit L. 65. §. *ult.* L. 19. §. 1. *ff. L. 5. C. de cond. indeb.*

1. 18

Quando repeti possit? §. 955. Quumque, quod solutum, vel naturaliter factum indebitum esse oporteat: (§. 953.) sequi.



sequitur, IV. vt, quod naturaliter debebatur, non autem iure ciuili, (§. 726.) repeti nequeat. *l. io. de O. act.*  
 L. 13. L. 19. L. 38. ff. de condit. indeb. nisi naturalis obligatio plane reiiciatur iure ciuili, (§. 727.) L. 127. L. 6. ff. de V. O. L. 41. ff. de condit. ind. L. 16. §. 1. ff. ad SC. Vell. V. Vt si quid soluatur, quod & naturali & ciuili iure indebitum est, vel solo iure ciuili non efficaciter debetur, (§. 728.) id repeti possit. L. 29. & L. 22. L. 26. §. 3. 7. L. 40. L. 54. L. 56. ff. de condit. ind.

§. 956. Ceterum ex hoc quasi contractu nascitur **CONDICTIO INDEBITI**, quae competit ei, qui indebitum per errorem soluit, contra accipientem eiusue heredem, ad restituendum id, quod solutum, cum fructibus & accessionibus, L. 15. pr. L. 65. §. 5. ff. de cond. indeb. non vero cum usuris. L. 1. C. h. t. *N. 5.*

§. 957. Quae condictio facile ab aliis distinguitur. Qui enim non ex errore soluit, sed ob certam causam fururam honestam, nec tamen sequutam dedit, ei ad repetendum id, quod datum est, competit **CONDICTIO CAUSSA DATA, CAUSSA NON SEQUUTA**. L. 1. seq. ff. de cond. caus. dat. Qui ob causam futuram, solius accipientis contemplatione turpem dedit, is instituit **CONDITIONEM OB TURPEM CAUSSAM**. L. 1. pr. §. 1. 2. ff. de condit. ob turp. caus. Denique qui plane sine omni causa dedit, & nulla alia harum condic-

Condic-  
tio inde-  
biti.

Eius dif-  
fentia  
ab aliis  
condic-  
tionibus

tionum uti potest, ei contra accipientem ad rem restituendam datur **CONDICTIO SINE CAUSSA**.  
*L. 1. seq. ff. de condict. sine causa.*

---

TIT. XXIX.

PER

**QVAS PERSONAS NOBIS  
 OBLIGATIO ADQVIRITVR.**

---

§. 958.

**Q**uae personae ius in re nobis adquirunt: eae etiam adquirunt iura ad rem. Huc pertinent I. personae in potestate nostra filii familias & serui. vid. supra *Lib. 2. tit. 9. §. 422. Jqq.* II. Procuratores. (§. 932. I.)

**Q**uinam nobis adquir. ius ad rem?  
 §. 959. Similiter & obligatio nobis acquiri potest I. per seruos & filios, de quo infra *Lib. 4. Tit. 7.* II. per mandatarios. (§. 932. III.)

DE

**NONNVLIS, QVAE PLVRIBVS  
 CONTRACTIBVS COMMVNIA SVNT.**

---

§. 960.

**I**n contractibus aliquando praestanda est **EVICTIO**. Nimirum ius evictum dicitur, si ius quod alter in nos transferre obligatus est, amittimus per victoriam tertii in iudicio obtentam.

**I.** Evictio quid?

tam. \*) Praestare euictionem est damnum alteri per euictionem datum resarcire.

\*) Euictio ergo non semper est ablatio rei, vt vulgo dicitur. Datur enim euictio rei nunquam possessae; v. c. si rem venditam tertius possidet, & inlicita ab eintore actione, vincit.

§. 961. Vbi quis euictionis praestationem exigit, ibi legitimo opus est fundamento; id vero vel in natura negotii, vel in conventionione, vel in dolo latet.

§. 962. Prima ergo causa praestandae euictionis est natura negotii. Quoties enim quis ius quoddam in nos transferre promittit; vt habere nobis & exercere illud liceat, idque a tertio euincitur: toties ad praestandam euictionem tenetur. Hinc praestanda est in emptione venditione, permutatione, datione in solutum, diuisione rerum communium, locatione conductione &c.; L. 11. §. 2. de act. E. & V. L. 1. C. de rer. permut. L. 14. C. famil. hercisc. L. 9. pr. L. 33. D. locat. imo & aliquando in donatione, arg. L. 45. & 46. ff. de legat. 1.

§. 963. Alterum fundamentum obligationis ad euictionem praestandam est conuentio, (§. 961.) & quidem iure romano sipulatio, quae vel in simplicum, vel in duplum, triplum, quadruplum concipiebatur. L. 56. D. de euict. Tertium denique in dolo latet, (§. 961.) ob quem aliquando de euictione tenetur, qui eam alias haud praestaret. L. 2. C. de euict. L. 11. §. 18. VIII. 46. de act. E. & V. l. 18. §. 3. de donat.

Fundamenta obligationis ad euictionem praestandam.

Primum fundamentum

Secundum & tertium

De litis  
denun-  
ciatione

§. 964. Ordinario autem auctor ad euietio-  
nem praestandam non obligatur, nisi *lis ipsi*  
*denuntiata* fuerit. Haec LITIS DENUNTI-  
ATIO est *actus, quo quis de lite sibi mota eum,*  
*quem regressus tenet, certiore reddit, & de-*  
*siderat, ut se contra actorem defendat.* L. 29  
§. 2. L. 53. §. 1. L. 63. §. 1. D. de euiet. L.  
8. 9. 23. C. eod.

II. Vsurae  
quid?

§. 965. Saepe in contractibus quoque praes-  
tandae veniunt VSVRAE, quae sunt merces pro  
usu quantitatis debitaе, in eodem genere praes-  
tanda. L. fin. C. de usur. Circa vsuras spec-  
tanda est I. legitima causa II. legitima quanti-  
tas III. legitimus modus. Causa latet vel in  
conventionione, vel in mora vel immediate in lege.

Funda-  
menta  
obliga-  
tionis  
ad vsu-  
ras praes-  
tandas.

§. 966. I. Prima itaque causa vsurarum est con-  
uentio, quae in contractibus stricti iuris & mu-  
tuo *per stipulationem* ineunda erat; in aliis ne-  
gotiis *pactum in continenti adiectum* suffice-  
bat. L. 7. §. 5. D. de pact. Deficiente conuen-  
tione mora ad vsuras obligat, itidem in bonae  
fidei negotio; non autem in contractu stricti  
iuris, nec in mutuo. L. 32. §. 2. D. de usur.  
L. 3. C. de usur. Hodie tamen in mutuo ob-  
solam moram vsurae debentur. R. I. de 1654.  
§. 174. Denique nonnunquam lex immediate  
ob aequitatem ad vsurarum praestationem ad-  
stringit. L. 13. §. 20. D. de act. emt. & vend.  
L. 5. L. 13. C. eod. L. 1. C. de usur. Lex  
Med. ad Pand. Sp. 148. Med. 9.

TTT. XIII. 370.  
I ad §. 960.  
Emptor pretium emptionis  
ob imminentem evictionem  
retinere potest. l. 18. §. 1. de per.  
& Comm. rei vend. — l. 24. Cod.  
de evic. — Muller prompt. jur.  
vov: Penditio N.º 1202.

ad §. 965.  
I si debito sortis & usurarum  
id quod solutum est; in dubio  
prius in usuras, quam in sor-  
tem, resolutum consistit. l. 21.  
Cod. de usuris. Muller l. cit.  
vov: solutio. N.º 73.

ad §. 966.  
ad verba: deficiente conven-  
tionis Bre.  
Verius etiam ad usuras mora  
pignus ex juris civilis senten-  
tia est extendendum. Muller  
l. cit. vov: Uouo ex mora  
N.º 688.

371.

ad §. 9. 67.

Differentia usuras inter, & fa-  
stose est haec: in usuris  
tantum quincunces licita sunt,  
interesse vero potest plus con-  
tinere, quam in quingue in sin-  
gulos centum, modo actor hoc  
interesse probet. —

§. 967. **II** Quantitas legitima vsurarum iure ro. Quantitas et modus vsurarum. **Quantitas** pro diuersitate causarum diuersa erat. vid. Weltenberg ad Dig. tit. de vsur. §. 20. seqq. **Legibus germanicis** R. I. de 165+. §. 174. quincentes lititae sunt, **plerisque tamen locis & semisales** stipulari licet. **III** Modus denique legitimus requirit I. ne ultra alterum tantum exigantur; L. 10. C. de vsur. Nou 121. c. 1. II. ne vsurae vsurarum sumantur, siue anatocismus committatur. L. 27. D. de re iud. L. 28. C. de vsur.

§. 968. Denique & id quod **INTEREST** non-Id quod interest. **interest.** nunquam petitur, hoc est: **assimatio damni emergentis & lucri certi cessantis**, quod **ob dolum, culpam aut moram** alterius nobis obtingit. L. 12. pr. D. rem rat. haber. \*)

*l. unica Cod. de Sent. quo pro eo quod interest*  
\*) Ad consequendum id quod interest duae comparatae sunt actiones, **condictio triticaria**, & **condictio de eo quod certo loco**, de quibus *Digestor. libr. XIII. Tit. 3. & 4.*

TIT. XXX.

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO.

*Wia Anabim... §. 969.*

**O**bligatio semel constituta vel per **EXCEPTIONEM** tollitur, vel **IPSO IVRE**. Inter quae non vna differentia. Nam I. ex obligatione **Quot modis tollatur obligatio?**

tione posteriore modo sublata nulla actio nascitur; ex obligatione prioris generis nascitur quidem actio, sed exceptione eliditur. Hinc II. obligatio ope exceptionis non perimitur, nisi exceptio in iudicio sit opposita, *L. 27. §. 2. D. de pactis*, ipso iure vero tollitur etiam antequam ea causa allegetur.

1) Modi <sup>970</sup> §. 970. Modi tollendi obligationem ope exceptionis varii sunt. Huc etiam referuntur *testamentum, pactum, sententia, iusiurandum, restitutio in integrum* &c. §. 1. seqq. I. de except. *S. H. inst. de except.*

2) Modi <sup>971</sup> §. 971. Modi, quibus ipso iure obligatio tollitur, aut COMMUNES sunt contractibus omnibus, vel plerisque, *uti solutio, confusio, obligatio & consignatio, rei interitus, novatio & praescriptio*; aut quibusdam communibus generibus PROPRII, *ut acceptilatio & mutui dissensus.*

Solutio §. 972. COMMUNIVM primus modus est SOLVITIO, (§. 971.) quae est vera praestatio eius, quod in obligatione est, a creditore accepta. *L. 176. ff. de V. S.* Solutio enim non hic generatim omnem liberationem, ergo nec compensationem, nec oblationem, nec dationem in solutum continet. *L. 49. ff. de solut. pr. l. h. t.*

*quid - quid - cui pro quo  
quis non - cui non  
quomodo - Effectus*

*Interim in  
gestis huiusmodi*

Quis §. 973. Quum ergo in solutione aliquid praestandum sit, & obligatio tollenda: (§. 972) sequitur, I. ut is demum recte solvat, eique cum effectu solvatur, cui libera est rerum administratio.



administratio, etiam tutor, & procurator speciali mandato instructus, aut vniuersalis. §. ult. l. quib. al. lic. vel non. II. Ut soluendum sit illi, cui debetur, aut eiusdem procuratori; L. 12. pr. D. de solut. alias liberatio non contingit. L. 58. D. cod. §. ult. Inst. quib. al. lic. vel non.

§. 974. Perinde vero est, siue pro se quis soluat, siue pro alio, mandante, ignorante, inuito; L. 23. L. 40. L. 53. ff. de solut. quamuis, qui pro inuito soluit, regressum non habeat ad versus debitorem, nisi ex iure a creditore cesso. (§. 845.) *axioma: ignorantis & inuito conditionem meliorem quis reddere potest.*

§. 975. Cum libera rerum administratio requiratur in illis, qui soluant, & quibus soluitur: (§. 973.) sequitur, I. ut non recte soluat furiosus, pupillus, minor, sine tutoris auctoritate, vel curatoris consensu. (§. 419. §. ult. Inst. quib. al. lic. L. 9. §. 2. ff. de auct. tut. L. 3. C. de in int. rest. min. II. Ut iisdem non recte solvatur sine tutorum auctoritate, curatorum consensu, magistratum decreto. (§. eod. §. 2. Inst. quib. al. lic. L. 15. L. 96. ff. de solut.)

§. 976. Quumque solutio sit vera praestatio tius, quod debetur: (§. 973.) consequens est, I. ut neque aliud pro alio inuito creditori solvendum sit \*); pr. Inst. h. t. L. 2. §. 1. ff. de reb. cred. neque II. per partes illi inuito fieri possit solutio; L. 9. C. de solut. L. 41. §. 1. ff. de usur. neque III. alia qualitate, alio tempore & loco, quam convenit. L. 39. ff. de solut.

Pro quo solvi possit?

Quis non possit? & cui non possit?

Quomodo solvendum.

\*) Aliquando tamen DATIO IN SOLVTVM vel inuito creditore fieri potest. Nov. 4. c. 3.  
R. I. de 1654. §. 172.

Eius effectus. §. 977. Quam denique, si ita vere praestitum fit, quod in obligatione erat, obligatio solvatur: (§. 971.) recte insertur, facta solutione ipso iure omnem perimi obligationem, vt & reus & fideiussores, & pignora, & hypothecae liberentur; pr. Inst. h. t. L. 43. ff. de solut. modo, quod ad pignora attinet, non alia superint debita, quippe ob quae creditor ius retentionis exercere possit. (§. 793. \*) lit. C. etiam ob chirogr. pecun. pign. ten.

Compensatio quid §. 978. Alter modus communis est COMPENSATIO, (§. 971.) quae est debiti mutui, puri, liquidi, ad idem genus spectantis ipso iure facta sublatio. L. 1. ff. de compens.

Eius requisita. §. 979. Quum ergo locum habeat, si debitum & creditum sit mutuum, purum & liquidum: (§. 978.) sequitur, vt frustra compensare velint delinquentes quoad poenam publicam; L. 2 §. 4. L. 13. §. 5. D. ad L. Iul. de adulter. vel quorum creditum iniustum sit, L. 14. ff. L. 2. C. de Compens. vel mere naturale, plane destructum, L. 30. L. 41. ff. de cond. indeb. (§. 927.) vel illiquidum, L. ult. §. 1. C. de comp. vel sub conditione aut ex die contractum. L. 7. L. 16. §. 1. L. 21. ff. eod. Cumque porro requiratur, vt mutua debita eiusdem generis sint: sequitur, vt nec species cum specie aut cum genere, nec genus cum genere diuerso.

L. 18. pr. ff. de pign. act. L. 2. §. 1. ff. de reb. cred. L. 16. C. de solut. compensetur.

§. 980. Compensatio est sublatio debiti, & Eteffectus 3.  
quidem ipso iure facta. (§. 978.) Hinc sequitur.

tue I. ut compensacionis idem effectus sit, ac solutionis. (§. 977.) L. 4. L. 12. C. de compens.

II. Ut ex eo momento, quo mutuum debitum natum, vel utrumque expiret, vel alterutrum ad concurrentem summam ipso iure minuatur. \*)

§. 30. Inst. de act. L. ult. C. de compens.

\*) Ita iure nouo. Iure veteri enim multum intertererat inter contractus bonae fidei. & stricti iuris. In illis compensatio ipso iure minuebat debitum: in his non nisi per exceptionem doli mali §. 30. Inst. h. t.

§. 981. Tertius modus communis est CONFUSIO, (§. 971.) quando obligatio debitoris & ius creditoris in eadem persona coalescunt. Confusio.

L. 75. L. pen. ff. de solut. Quum enim ex contractu alter alteri obligetur: neminem sibi ipsi debere posse, adeoque hoc modo obligationem tolli, satis adparet.

§. 982. Quartus est OBLATIO & CONSIGNATIO, (§. 971.) quo obligatio tollitur, si debitor totam summam iusto tempore & loco oblatam, & a creditore non receptam, in iudicio, citata altera parte, obsignat & deponit. L. 19. C. de usur. L. 9. C. de solut.

§. 983. Quod legitime factum, offerentem liberat I. ab obligatione, tum ratione fortis, tum Eius effectus.

ratione vsurarum, (§. 966.) quarum cursus statim sistitur; L. 19. C. de vsur. II. a periculo rei; quippe quae ex eo non debitori, sed creditori, perit. L. 9. C. de solutione, VIII. 143.

Reinteritus.

§. 984. Quintus modus <sup>Reinteritus non perit.</sup> ~~comparatus~~ est REINTERITVS. (§. 971.) Si enim res casu perit, quae ex contractu alteri danda est: eam perire illi, cui debetur, supra dictum est. (§. 761.) Rei ergo interitus debitorem ab obligatione liberat. Quum vero vel species, vel genus, vel quantitas, debeatur: I. is modus ad solam speciem pertinet; L. 23. L. 49. pr. ff. de V. O. quia genus & quantitas non perire censentur. (§. 571.)

Eius effectus.

§. 985. Quumque is qui in culpa sit aut mora, casum aliquando praestare teneatur: (§. 760, 761.) sequitur, II. vt interitus speciei debitorem non liberet, qui in mora est; d. L. 23. Et L. 49. nisi res aequae apud creditorem peritura fuisset. L. 14. §. 1. ff. de pos. L. 15. §. ult. ff. de rei vind. III. Vt nec eum liberet interitus, cuius culpa res interiit. L. 23. in fin. ff. de reg. iur. L. 23. L. 49. pr. ff. de V. O. (§. eod.) IV. Vt fures & violenti possessores nullo modo rei interitu liberentur. L. ult. ff. de condit. furt. L. 1. §. 34. L. pen. ff. de vi Et vi arm.

Novatio

§. 986. Sextus modus <sup>Novatio communis est</sup> ~~communis~~ est NOVIATIO. (§. 971.) In sensu nimirum generali omnis mutatio obligationis novatio vocatur,

et eaque

eaque in *privatiuam* ac *cumulatiuam* diuiditur. *Cumulatiua* vel *voluntaria* est vel *necessaria*.

§. 987. *Cumulatiua* VOLUNTARIA fit per con-  
 uentionem partium, quo pertinent *delatio iuris iu-*  
*randi extraiudicialis*, L. 5. §. 2. *D. de iure iur.* *Spocna conuentionalis*, L. 28. *D. de act. emt. vend.* L. 71. *pro soc.* L. 7. *D. de doli mal. except.* *Et cautiones*, supra Tit. 14. *expositae*.  
 NECESSARIA laet in *litis contestatione*. L. 164. *D. de reg. iur.* L. ult. *C. de praescript.* XXX. vel XL. *annor.* L. vn. *C. ex delict. def. in quant. her. conuen.*

Cumu-  
 lativa  
 quotu-  
 plex?

§. 988. PRIVATIVA f. proprie sic dicta no-  
 uatio autem est stipulatio, qua prior obligatio  
 tollitur, *Et alia in eius locum substituitur*, L. 1. *pr. D. de nouat* L. 27. §. 2. *D. de pact.*  
 eiusque eadem sunt effecta, ac solutionis. §. 3. *Inst. h. t.* Aliquando *cum delegatione* fit, ali-  
 quando *sine ea*.

Privati-  
 ua quid  
 & quo-  
 tplex?

§. 989. SINE DELEGATIONE fit NOVATIO, Quando  
 quoties manente eodem debitore & creditore.  
 I. vel species obligationis mutatur, v. c. si, qui  
 ex emto debet, se quasi ex stipulatione reum  
 constituit; §. 3. *Inst. h. t.* II. vel modus de-  
 bendi v. c. si, quod sub conditione debetur,  
 pure promittitur; §. 3. *Inst. eod.* III. vel nihil  
 quidem ex priore obligatione mutatur, sed di-  
 ferte tamen declaratur nouandi animus, L. 2. ff.  
*eod.* L. ult. *C. eodem.* Nisi enim id fiat, &

Quando  
 fiat sine  
 delega-  
 tione?

prior obligatio manet, & posterior quoque rata est. *d. L. ult. C. cod. viii. 42*

Quid delegatio & expromissio?

*Delegatio est obligatio alterius obligationi substituta. Expromissio est obligatio alterius obligationi substituta. In iudicio actio eius obligationi substituta. In iudicio actio eius obligationi substituta. In iudicio actio eius obligationi substituta.*

Eius effectus.

§. 990. DELEGATIO contra fit, quoties no-  
uus debitor consentiens in locum prioris substituitur. *L. 11. pr. ff. cod.* Nimirum EXPRO-  
MISSIO est conventio, qua quis promittit, ob-  
ligationem alienam ita suscipere, ut prior de-  
bitor liberetur; *L. 8. §. 5. D. de nouat. §. 3. I. h. t.* eaque & in scio ac inuito debitore fieri potest. *L. 8. §. fin. L. 17. D. de nouat.* DELE-  
GATIO autem est negotium, quo inter debito-  
rem, creditorem & expromissorem conuenit, et creditor expromissorem accipiat. Debitor, qui alium in locum sui substituit, DELEGANS, debitor, qui expromittit & substituitur, DELEGATUS; creditor denique DELEGATARIUS vocatur. \*)

\*) In delegatione ergo duo negotia interueniunt. Primum geritur inter debitorem priorem & expromissorem, & hoc iure romano nudis verbis fieri potest; *L. 17. D. de nouat.* alterum inquit inter expromissorem & creditorem delegatarium; idque stipulationem requirit. *L. 11. §. 1. D. L. 1. C. cod.*

§. 991. Ex his ergo sequitur, I. ut prior debitor per delegationem liberetur, etiamsi delegatus deinde non sit soluendo. *L. 26. §. 2. ff. mand. L. 3. C. de nouat.* II. Ut delegationem & creditore volente, & consentiente debitore tam delegante quam delegato, fieri oporteat. *L. 1. L. 6. C. cod. L. 1A. ad Sect. 944.*

Posterior quorum  
42

tra sit, quatinus  
locum prioris scilicet  
Numerum LXXII  
quis promittit, ut  
scilicet, et prior  
D. de novat. l. 1.  
immo debitor  
D. de novat. DELE  
n, quo inter debitor  
romiorem causat  
en accipit. Debit  
Mittit, DELEGAS  
& substituit, DELE  
DELEGATARIO

do negotia inter  
inter debitorum  
, & hoc iure trans  
L. 17. de iur. iur.  
promittentem de ad  
aliquo similitudine  
L. 1. C. de  
sequitur. L. 1. in  
liberum, cum ad  
L. 1. de iur. iur.  
L. 1. de iur. iur.  
de contrahendo  
de iur. iur. l. 1.  
de iur. iur. l. 1.







§. 992. Hinc ergo delegatio facile discernitur I. a FIDEIVSSIONE, siue ADPROMISSIO-NE, & CONSTITVTO, quorum neutrum obligationem priorem perimit. (§. 835.) Aequè facile delegatio II. a CESSIONE discernitur, quippe quae mandatum est, vt aliquis exigat in iudicio debitum nostro quidem nomine, in suam tamen vtilitatem. (§. 923.) L. 1. C. eod. quaeque adeo non est nouatio ob L. 3. C. de nouat. \*)

\*) Hodie tamen per cessionem debitorem liberari a cedente, & obligari collisionario, vulgo defendunt pragmatici. Schilter. *Ex ad Pand.* 39. th. 62. Jegg.

§. 993. Septimus modus tollendi obligationes est. PRAESCRIPTIO. L. 3. L. 4. C. de praescrip. 39. vel 40. annor. vid. infra Lib. 4. Tit. 12.

§. 994. Hi ergo sunt modi communes. PROPRII quibusdam contractibus sunt ACCEPTILATIO, & MUTVVS DISSENSVS (§. 971.)

§. 995. Quum enim ex principiis Romanorum nihil esset tam naturale, quam eo genere quidquid dissolui, quo colligatum est, L. 35. L. 100. de reg. iur. consequebatur, vt verborum obligatio verbis tolleretur. L. 35. ff. de R. I. Nuda ergo remissio, seu pactum de non petendo, non ipso iure tollebat obligationem, sed tantum producebat exceptionem pacti conuenti, §. 3. Inst. de except. L. 7. §. 4. L. 27. §. 2. ff. de pact. At ipso iure perimebat acceptilatio obligationem stipulatione contractam. L. 1 ff. de accept.

Et differ-  
rentia  
ab aliis  
negotiis

Præ-  
scriptio

Modi  
quibus-  
dam  
contrac-  
tibus  
proprii.  
Eorum  
funda-  
mentum

§. 996.

Acceptilatio. §. 996. Est ergo ACCEPTILATIO actus, quo interrogazione debitoris, & congrua creditoris responsione, obligatio per stipulationem \*) contracta dissolvitur. L. i. ff. de acceptil. Formula: QVOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTVM? HABEO ACCEPTVM. §. i. Inst. h. t.

\*) Si obligatio re, consensu aut litteris contracta per novationem in verborum obligationem deducitur, eoque facto mediante acceptilatione tollitur: haec acceptilatio dicitur STIPULATIONE AQUILIANA. §. 2. Inst. h. t.

Vfus hodie- nus. §. 997. Enimvero has ambages numquam recipere maiores nostri. Quumque pacta inter gentes nostras semper obligationem perfectam produxerint: (§. 747. \*) hodie inter pactam de non petendo, & acceptilationem sollemnem nihil interesse, inter omnes constat.

Mutuos dissensus. §. 998. Alter modus proprius, MVTVVS DISSENSVS, (§. 994.) ad contractus consensu- jutos pertinet.

Quas obligationes soluat? §. 999. Est vero MVTVVS DISSENSVS contraria priori obligationi consensuali, nondum adimpletae, conuentio: vt, emimus, non emimus. §. ult. Inst. h. t. *in rem Augustini Sar. Anst. Inst.*

Quando ei locus ut? §. 1000. Ex quo sequitur, I. vt contractus consensualis mutuo dissensu dissolui tantum possit re adhuc integra; d. §. ult. Inst. h. t. adeoque, II. si, re tradita & soluto pretio, aliud placeat contraheentibus, non prior obligatio tollatur.

tatur, sed novus contractus ineatur. d. §. ult.  
Inst. eod.

§. 1001. Diximus (§. 970.) inter modos tollendi obligationes ope exceptionis esse restitutionem in integrum. De hac paulo plenius hic agendum. Est autem RESTITVTIO IN INTEGRVM in genere *reductio in statum pristinum a superiore facta*, & datur vel in causa CIVILI vel CRIMINALI. In causa criminali vel GRATIAE est, vel IVSTITIAE. L. 1. §. 10. D. de postul. Restitutio gratiae datur delinquentibus, damnatis ad poenam, ex mera indulgentia Principis; L. 1. §. 10. L. 27. D. de poen. restitutio iustitiae autem illis competit, quorum innocentia facta condemnatione demum probatur. L. 1. §. ult. D. de quaest.

Quid re-  
stitutio  
in int.  
& quo-  
duplex

*Wint. in in-  
f. §. 10. in  
in v. §. 10. in  
H. 10.*

Quid  
Axiomata  
Causae

§. 1002. RESTITVTIO IN CAUSA CIVILI est rescissio negotii *stricto iure validi, per quod quis laesus est, iustam ob causam facta.* L. 3. D. de resc. in int. L. 2. C. in quib. caus. resc. non est. Haec aut ex ipsa LEGE CIVILI descendit, aut EDICTO PRAETORIS conceditur. Prioris exempla sunt in L. 33. D. de re iud. L. 31. D. de iure iur. L. 2. C. de resc. vend. L. 3. C. de iure reip.

Restitu-  
tio in  
causa ci-  
vili  
quid?

§. 1003. Praetoria restitutio duplex est. Vel etiam ex causa in edicto determinata datur, vel in clausula edicti generali nititur. Causae determinatae sunt METVS; DOLVS; MINOR AETAS;

Restitu-  
tio.  
Praeto-  
ria du-  
plex

AETAS; CAPITIS DEMINVTIO; ALIENATIO  
IVDICI MVTANDI CAUSA FACTA, L. 1. D.  
de in int. rest. De praecipuis hic agemus, re-  
liquas referuabimus ad Digesta,

Axioma de  
restit. in  
int.

§. 1004. Restitutio ergo in integrum requirit  
I. negotium stricto iure validum. In negotiis  
per se nullis illa non est opus. L. 21. §. 3.  
quod met. caus. L. 16. §. 1. D. de minor. II.  
Non datur, nisi laetis citra suam culpam. L. 7.  
§. 1. D. de in int. rest. L. 16. D. quib. ex caus.  
maior. Nec III. sine iusta causa, hinc non abs-  
que praemissa causae cognitione. L. 3. L. 7. pr.  
§. 1. D. eod. IV. Petenda est intra tempus legi-  
gitimum, quod iure nouo est quadriennium con-  
tinuum, L. vit. C. de temp. in int. rest. excepta  
restitutione ex capite doli, quae intra biennium  
petenda. L. ult. C. de dolo, & metus, quae, si  
simpliciter petimus, intra XXX. annos peti po-  
test. L. 14. §. 1. D. quod met. caus. V. Ef-  
fectus restitutionis petitae est, quod pendente  
cognitione omnia in suo statu manere debeant;  
L. vi. C. in int. rest. post. ne quid nov. fiat. L.  
42. D. de minor. L. 23. C. de transact. impe-  
tratae, quod omnia in pristinum statum redu-  
cantur; vt restitutus nec damnum sentiat, nec  
lucrum faciat. L. 24. §. 4. D. de minor. L. 39.  
§. 1. D. de minor. C. 1. X. de in int. rest.

Prima  
causa re-  
stitutio-

§. 1005. Prima causa restitutionis determina-  
ta est METVUS, (§. 1003.) quo mali futuri  
auesatio intelligitur. Hic quaedam negotia,  
velut

quod dicitur in  
illam restituere  
causam, in  
integram, §. 1004.  
§. 1005.

velut nuptias, manumissionem, auctoritatis tu- nis. me-  
 toriae interpositionem & promissionem dotis tus.  
 nulla reddit. L. 1. §. 1. D. de auct. tut. L. 9.  
 17. D. qui & a quibus manum. L. 21. §. 3.  
 quod met. L. 22. D. de rit. nupt. \*) Verum in  
 aliis contractibus metu extortis restitutione opus  
 est; cum stricto iure subsistant. L. 21. §. 5. D.  
 quod met. iunct. L. ult. §. 1. D. L. 3. 7. &  
 ult. Cod. eod. L. 85. D. de acquir. hered.

\*) Westenberg ad tit. Pand. quod met. caus.  
 §. 15.

§. 1006. Metus autem non alius restitutioni  
 locum facit, quam qui ex parte inferentis in-  
 iustus, h. e. sine iure illatus est, ex parte autem  
 eius, cui inferitur, iustus s. non vanus est, i. e.  
 talis qui in constantem virum cadit. L. 2. L. 3.  
 §. 1. L. 6. L. 21. pr. quod met. Huius modi  
 metu illato, restitutio in integrum locum ha-  
 bet, quae vel per modum exceptionis petitur,  
 vel actionis. Actio vel est prior illa & vetus,  
 quae per negotium metu extortum periit, a  
 Praetore autem restituitur; vel noua, quae dicitur  
 ACTIO QVOD METVS, & datur illi, qui  
 laesus est, eiusque heredi, aduersus eum, qui  
 metum intulit, & omnem rei metu extortae pos-  
 sessorem ad laesionem reparandam, & ea, quae  
 metu gesta sunt, in pristinum statum reducenda.  
 L. 9. L. 12. L. 14. L. 16. D. eod. Quodsi reus,  
 intra quadriennium conuentus arbitrio iudicis  
 rem non restituit: in quadruplum condemnatur.  
 §. 27. I. de act.

Metus  
 qualis  
 requira-  
 tur?

§. 1007.

Alterā  
causa,  
dolus.

§. 1007. DOLVS MALVS, quem supra iam definiuimus (§. 754.) altera restitutionis in integrum causa determinata est, (§. 1003.) & vel INCIDENS dicitur, vel DANS CAUSAM CONTRACTV. Dat causam contractui dolus, si quis ad contrahendum dolo inducitur, qui caeteroquin contracturus non fuisset, sive quod idem est, si rationem continet, cur contractus initus est, L. 7. pr. D. de dol. L. 16. §. 1. D. de min. L. 3. §. ult. D. pro soc. Incidens vero dolus est, cum quis sponte contrahens in ipso contractu decipitur. L. 11. §. 5. D. de act. emt. L. 22. L. 36. D. de V. O.

Effectus doli.

§. 1008. Quod ad effectum doli attinet: interest, vtrum dolus in negotio bonae fidei commissus sit, an in contractu stricti iuris. I. Bonae fidei negotia ob dolum, qui causam dedit contractui, ipso iure nulla sunt. L. 7. pr. D. de dolo mal. L. 16. §. 1. D. de minor. Si dolus autem inciderit, salvo negotio agendum est ad id, quod interest. L. 12. pr. de iure dot. Stricti iuris contractus validi sunt, siue dolus illis causam dederit, siue inciderit. Praetor autem, aequitate motus, restitutionem in integrum promittit deceptis L. 1. §. 1. D. de dol. nec exceptionem solum doli concedit, sed ACTIONEM quoque DE DOLO, (modo laesio non sit modica L. 10. de dolo) quae datur decepto eiusque heredi, aduersus decipientem, ad rem dolo amissam cum omni causa restituendam, & famosa

VS, quem supra  
ra refutatio in  
est. (§. 109.) de  
ANS CAUSAM OR  
tractum dolo, si qu  
ducitur, qui rursu  
llet, sine conditio  
cur contractus rita  
L. 16. §. 1. D. de  
ro §. 1. Irudens ve  
te contrahens in  
L. 3. D. de act. in  
0.

frum doli atque  
negotio bonae fidei  
tu doli inis. §. 1. De  
qui casum dedit  
fuit. L. 1. §. 1. D. de  
D. de minor. Si dolo  
negotio agendum  
§. 1. de iur. doli  
si fuit, sine dolo  
ciderit. Pastor an  
tionem in integritate  
L. 1. D. de act. de cap  
cedit, sed ACTOREM  
modo facti non de  
que datur iure iur  
discrepantes et rita  
causa regulata. de  
talis



385.

ad §. 1009.

Minor restitutus etiam usuras  
ejus pecuniae, quae caruit, petere  
potest. l. 17. §. 3. de usuris. —  
muller prompt-juris loco cit: voce  
restitutio ex capite aetatis N. 31. —

ad §. 1010.

Restitutio in integrum ex capite  
absentiae etiam contra bono  
fidei possessores locum habet.  
l. 1. §. pr. ex quibus causis Maj.  
muller l. c. voce restitutio in  
integrum ob absentiam N. 9.



famosa est. L. 1. §. 4. D. cod. L. 1. D. de his qui not. inf.

§. 1009. Tertia denique causa restitutionis in integrum est MINOR AETAS (§. 1003.) L. 1. §. 1. D. de minor. Restituuntur enim minores, siue puberes, siue impuberes sint; L. pen. D. cod. siue filiifamilias. siue patres; L. 3. §. 4. D. cod. in quibuscumque negotiis, in quibus laesi sunt; licet tutoris auctoritas, curatorisue consensus interuenerit, t. t. Cod. si tutor vel cur. interv. L. ult. C. si adv. rem iud. vel decretum magistratus interpositum fuerit, L. 11. C. de praed. Et al. reb. min. contra laedentes, eorumque heredes, L. 14. D. de minor. eo effectu, ut minor omnia per laesionem ablata recipiat, L. 27. §. 2. D. eod. id autem, ex quo locupletior est, alteri restituat. L. 7. §. 5. L. 24. §. 4. eod.

§. 1010. Ex clausula generali restituuntur omnes, qui sine culpa sua laesi sunt (§. 1003.) L. 1. §. 1. D. ex quib. caus. maior. Huc pertinent: I. qui laesionem passi sunt per absentiam suam aut aduersarii L. 1. cit. vnde ACTIO RE-SCISSORIA descendit. (§. 407.) II. per factum procuratoris aut aduocati L. 26. §. 9. L. 39. D. eod. L. 10. C. de procurat. III. Errore iuris aut facti excusabili L. 2. D. de in int. re sit. IV. Casu inopinato aut morbo fontico impediti, L. 1. §. 9. D. de itin. act. priv. L. 35. D. de S. P. R. & quae sunt rel. Modo lex prohibitiua non obstat. L. 1. §. 1. ex quib. caus. L. 28. §. 2. D. eod.

De resti-  
tutione  
ex clau-  
sula ge-  
nerali.

## LIB. IV. TIT. I.

DE

OBLIGATIONIBVS, QVAE EX  
DELICTO NASCVNTVR.

*Non vincit factum, sed veritas non vincit nisi per se.*  
§. 1011.

Con-  
nexio.

Obligationem omnem aut *ἀμείωτος* ex aequitate vel lege nasci diximus, aut mediante & intercedente *facto* nostro. (§. 730.). Factum id vel *licitum* esse monuimus, vel *illicitum*. Illud CONVENTIONEM: hoc MALEFICIVM, vel DELICTVM, adpellauimus. (§. 731.) Hac tenus de conuentionibus: iam de delictis agendum.

Delictum  
quid?

§. 1012. Est vero DELICTVM *violatio libera legis humanae, poenalis*. Committitur illud a delinquente vel aduersus Deum, vel in se ipsum vel in alios homines. In omni delicto est *reatus*, seu vitiositas actus; in eo autem, quod aduersus alios homines committitur, praeterea concurret *damnum alteri illatum*: illi poena respondet, huic *damni reparatio*, uti recte obseruauit Grot I. B. & P. lib. 2. cap. 17. §. 22. Ad poenam, quia delicta suos auctores tenent, *ix. h. L. 22. C. de poen.* illos solum, qui deliquerunt, obstrictos esse; L. 26. ff. eod. contra *reparationem damni* & ex bonis peti posse, res ipsa docet.

§. 1013.

§. 1013. Delicta vel VERA sunt, vel QVAESI Verum  
DELICTA. Illa ex dolo malo, haec ex culpa & quasi  
fine dolo admittuntur. \*) *Respiuuntbrauifur.* delictum.

\*) Caeterum idem delictum, prout aut dolo aut culpa fit, modo ad vera, modo ad quasi delicta referri debet. Quaedam delicta in iure nostro inter vera numerantur, quamuis & culpa committi possint v. c. damnum iniuria datum; quaedam contra inter quasi delicta referuntur, cum tamen aliquando & dolo fiant. Exemplum §. 1077. occurret.

§. 1014. Porro vel PVBLICA sunt, vel PRI- Publi-  
VATA. Publicum dicitur, in quo leges prima- cum vel  
rio ad laesionem reipublicae respiciunt, eamque priua-  
vindican; priuatum vero vocatur, in quo le- tum.  
gislatores praecipue attendunt ad laesionem pri-  
vati, ideoque huic ius concedunt, poenam a lae-  
dente exigendi. Talia sunt furtum, RAPINA \*),  
DAMNVM INIVRIA DATVM, INIVRIA. *pr.*  
*Inf. h. t.*

\*) Sed duo priora semper visa sunt publica gen-  
tibus, originis Germanicae, quia non minus  
securitas publica violatur furtis & rapinis,  
quam homicidiis. Quae principia & hodie  
sequimur.

§. 1015. Denique delicta vel ORDINARIA Ordina-  
erant vel EXTRAORDINARIA. Illa dicuntur, ria & 1  
quae ex lege eam in rem lata vindicantur; haec, extraor-  
quae extra ordinem, quamuis nulla lex de illis dinaria.  
lata sit, coercentur conf. omnino Georg. Lud.  
Boehmer *in diss. de abigeat, & furto equor.*  
§. I. 2.

Actio-  
nes ex  
delictis  
rei &  
poenae  
perfe-  
quuto-  
riae,  
item  
mixtae.

§. 1016. Quum ergo in delictis vitiositas ac-  
tus & effectus concurrant: (§. 1012.) consequens  
est, vt ex iis & ad poenam & ad reparationem  
damni agi possit. Hinc aliae actiones, natae ex  
delicto, REI PERSEQVVTORIAE sunt, vti con-  
dictio furtiua, actio rerum amotarum, aliae  
POENAE PERSEQVVTORIAE, vti actio furti,  
aliae REI ET POENAE PERSEQVVTORIAE,  
vti vi bonorum raptorum, actio ex L. Aquilia  
maxime contra inficiantem, &c. §. 16. *Inst. de  
act.* Actiones poenales ad meram vindictam  
tendere dicuntur, si quis, cui nihil ex patrimo-  
nio abest, ad poenam agit.

Natura  
harum  
actio-  
num.

§. 1017. Quumque hae actiones ad diuersa  
sint comparatae: sequitur, I. vt se mutuo non  
tollant. (§. 1012.) L. 34. §. 2. ff. de O. & A.  
II. Vt rei persecutoriae & heredibus & contra  
heredes, (§. 1012.) L. 7. §. 2. L. 9. ff. de cond.  
furt. L. 6. §. 4. ff. de rer. amot. III. poenae  
persecutoriae, heredibus, sed non contra he-  
redes, nisi lite cum defuncto contestata; (§.  
987.) L. un. C. ex del. def. in quant. her. con-  
uen. IV. quae ad solam vindictam tendunt, nec  
heredibus, nec contra heredes, competant: §.  
1. *Inst. de perp. & temp. act.* nisi lis iam cum  
defuncto contestata sit. d. L. un. C. ex del. de-  
funct. V. Vt ex delictis plures rei teneantur in  
solidum, ita tamen, vt, si rem persequamur, vno  
soluente, reliqui liberentur. L. 1. C. de condit.  
furt.

§. 1018. Iam de delictis priuatis, (§. 1014.) & speciatim quidem hoc titulo de FVRTO agendum.

§. 1019. FVRTVM *est delictum, quo res aliena lucri faciendi causa inuito domino clam contrectatur.* L. 1. §. 3. ff. de furt. §. 1. Inst. h. t.

§. 1020. Quia fur rem alienam contrectat: I. furtum rei propriae nemo facit. L. 43. §. 1. ff. eod. nisi ea ab alio iuste possideatur, quo casu locum habet furtum possessionis; (§. 1025.) nec II. rei nullius, vel a nemine possessae, furtum fieri potest. Quod adeo verum est, vt nec, qui ex hereditate iacente aliquid surripit, fur intelligatur, L. 68. ff. eod. quamuis, quia hereditas nondum adita defuncti vicem sustinere censetur, crimen EXPILATAE HEREDITATIS extraordinarium locum habeat. L. 4. ff. de expil. her.

§. 1021. Ex eodem principio sequitur, III. vt; quia vir & vxor, saltim quoad vsum, con-  
stante matrimonio quodammodo in communi-  
one sunt, si quid illa viro, vel hic vxori, ante divor-  
tium \*) subtraxerit, non furti actio locum ha-  
beat, sed RERVM AMOTARVM, ad res diuor-  
tii causa amotas cum omni causa restituendas.  
ff. de act. rer. amot.

\*) Hinc si concubina quid surripuit, L. 17. pr. ff. de act. rer. amot. aut si vxor post diuor-  
tium res mariti contrectet, L. 3. pr. ff. eod.  
furtum committitur. §. 1022.

Delic-  
tum pri-  
um  
priua-  
tum fur-  
tum.  
Eius de-  
finitio.

An &  
res pro-  
pria &  
nullius  
furto  
surripi  
queat?

Res  
amotæ.

**Furtum  
quotu-  
plex.** §. 1022. Denique quum contrectatione inter-  
verti possit vel res, vel vsus, vel possessio; (§. 1019.) furtum quoque vel REI, vel VSVS, vel  
POSSESSIONIS est. §. 6. *Inst. h. t.*

**Furtum  
rei.** §. 1023. Furtum REI committit, qui contrec-  
tat, I. res mobiles, siue animatas, siue inanima-  
tas, siue magnas, siue minimas; §. 1. *Inst. de  
vi bon. rapt.* II. filiosfamilias; §. 9. *Inst. h. t.*  
L. 14. §. 13. L. 38. §. 1. ff. *de furt.* multoque  
magis III. seruos & ancillas, modo non libi-  
dinis, sed lucri causa furripiantur; L. 39. *pr.*  
*de furt.* non autem IV. liberos homines sui iu-  
ris, vel fugitiuos, in quibus crimen plagii com-  
mittitur. L. 1. L. 2. L. 6. §. 2. ff. *ad L. Fab.*  
*de plag.*

**Vsus.** §. 1024 Furtum VSVS committitur ab eo,  
qui vel re, sibi vsui non concessa, utitur, (§. 783. IV. §. 795. VI.) vel concessa aliter utitur,  
ac dominus velit. L. 40. L. 54. *pr.* L. 76. *pr.*  
ff. *de furt.* §. 6. *Inst. h. t.* Elegans rigidioris  
Romanorum disciplinae exemplum existat apud  
Valer Max. *Lib. 8. cap. 2.* Gell. *Lib. 7. cap. 15.*

**Posses-  
sionis** §. 1025. Furtum POSSESSIONIS committitur  
ab ipso domino debitore, qui creditori pignus  
datum clam aufert. §. 10. *Inst. h. t.* L. 12. §.  
2. L. 19. §. *pen.* L. 79. ff. *de furt.*

**Altera  
divisio  
furti.** §. 1026. Diuidebatur porro furtum a Roma-  
nis in MANIFESTVM, (ἐπ' αὐτοφώρῳ) &  
NEC MANIFESTVM. §. 4. *Inst. h. t.*

§. 1027.

§. 1027. MANIFESTVM est, quum fur in ipso furto, antequam eo peruenerit, quo furto deferre destinauerat, adclamando, vel accurrendo, deprehenditur. §. 3. *Inst. h. t.* L. 3. *pr.* §. 1. *seq.* L. 4. L. 5. L. 7. §. 1. *ff. de furt.*

Quid manifestum.

§. 1028. NEC MANIFESTVM, quum fur in *αὐτοφάγω* non deprehenditur. §. 3. *Inst. h. t.* L. 8. *ff. de furt.*

Quid nec manifestum.

§. 1029. Ex furto agitur vel CIVILITER, vel CRIMINALITER. Si *civiliter*: tunc aut *poenam*, aut *rem* persequimur. (§. 1016.)

Actiones ex hoc delicto quotu-  
plices

§. 1030. *Rei* persequendae causa datur CONDICTIO FVRTIVA domino \*), L. 1. *ff. de cond. furt.* vel bonae fidei possessori, nec non tutori nomine pupilli, L. 136. *ff. de reg. iur.* L. 56. §. *pen. ff. de furt.* eiusue heredi, (§. 1017.) II.) contra furem, siue possideat, siue possidere dolo deserit, eiusque heredes, (§. eod. II.) ad rem furto ablatam restituendam cum omni causa eiusue aestimationem. *tot. tit. ff. de cond. furt.*

Conditio furtiua.

\*) Quod alias iuris principiis repugnare videtur. Dominus enim rem suam non condicit, vel actione personali petit, sed vindicat. L. *ult. ff. usufr. quemadm. cau.* §. 14. *Inst. de act.* Unde id odio furum receptum. Interim tamen & omilla hac condictione dominus potest uti *rei vindicatione.* §. *ult. Inst. h. t.*

§. 1031. Ad poenam persequendam compa-  
rata est ACTIO FVRTI, quae datur non modo furti.

Actio

domino, nec huic semper, sed & ei, cuius interest, § 13. 14. 15 & 17. *Inst. h. t. aduersus furem, eumque, qui recepit, celauit, cuiusue ope consilious furtum factum, §. 11. Inst. h. t. ad duplum, si furtum nec manifestum sit, ad quadruplum, si manifestum. §. 5. Inst. h. t.*

An altera alteram tollat? §. 1032. Quumque actiones REI & POENAE PERSEQVVTORIAE se mutuo non tollant: (§. 1017. I.) sequitur, vt, licet fur duplum, vel quadruplum, soluerit, tamen condictio furtiua, vel rei vindicatio nihilominus habeat locum. L. 54. §. 3. *ff. de furt.*

Criminalis persequutio §. 1033. Extra ordinem etiam CRIMINALITER iure Romano ex furto agitur vel ad multam fisco applicandam, vel ad poenam corporis afflictiuam, vel capitalem. L. *vt ff. de furt. L. 6. pr. ff. ad leg. Iul. pecul.* Sed Iustinianus vetuit ob furtum cuidam irrogari poenam capitalem, vel quae in membri mutilatione consistat, voluitque, vt fures in exilium eiiciantur, vel condemnentur in multam. *Nov. 134. cap. vit. Auth. sed nouo C. de ser. fugit.*


Vfus hodie- nus. §. 1034. Tale ius Romanum. Moribus nostris fere poena furti cessat in furto vsus ac possessionis, & actio tantum datur in id, quod interest. Quin actiones poenales in duplum & quadruplum fere vbique cessant, quia vix fert rerum publicarum nostrarum facies, vt poenae pecuniariae auctori adplicentur. Quum vero nostris  
maio-



maioribus furtum semper visum sit crimen publicum: eius persecutio & hodie fere criminalis est.

§. 1035. In *Constitutione* nimirum *criminali* Diuifio-  
*Carolina* distinguitur I. inter furtum *qualifica-* nes furti  
*tum & simplex*. Qualificatum vocatur, quod  
 cum adscensu, vel effractione, vel adhibitis ar-  
 mis fit: II. inter *primum, secundum, & ter-*  
*tium*: III. inter *magnum & paruum*; quorum  
 illud dicitur, si rei ablatae pretium V. solidos  
 attingit, hoc, si non attingit.

§. 1036. I. In qualificato ordinarie locum ha-  
 bet poena suffocationis. *Const. Crim. Carol.* Eius poena.  
*art. 159.* II. Qui furtum tertium simplex com-  
 mittunt, eadem poena adficiuntur. *Art. 162.*  
 III. Circa primum & secundum furtum dispicien-  
 dum, ytrum magnum an paruum sit. Magnum  
 suffocatione aut poena corporali punitur. *Art.*  
*160. 161.* In paruo pro diuersis circumstantiis  
 poena pecuniaria, carceris, relegationis, aut  
 ictus fustium obtinet. *Art. 158. 161.*



*Præf.*

## TIT. II.

D E

## VI BONORVM RAPTORVM.

§. 1037.

Rapinae  
defini-  
tio.

**A**lterum delictum priuatum est RAPINA: (S. 1037.) quae est violenta rei alienae mobilis ablatio, lucri faciendi causa dolo malo facta.

Eius et  
furti dif-  
ferentia

§. 1038. Ergo eatenus conueniunt *furtum* & *rapina*, quod utrumque delictum in dolosa rei alienae mobilis contrectatione consilioque lucri faciendi consistit, sed in eo differunt, quod furtum sit ablatio *fraudolosa*; rapina ablatio *violenta*. L. 2. §. 1. ff. h. t.

Actio vi  
bonor.  
raptorum lo-  
cum  
non ha-  
bet de im-  
mobilibus.

§. 1039. Ex definitione ergo (S. 1037.) inferitur, I. locum non habere actionem vi bonorum raptorum, si quis rem immobilem innasit; sed tunc vel ex interdicto *unde vi*, vel ex lege *Iulia de vi publica vel priuata* agendum esse. L. 2. §. 1. ff. h. t.

Nec de  
rebus  
propriis  
alteri  
creptis.

1040. Ex eadem sequitur, II. vt, si quis rem, quam suam putauit, vi rapiat, is rapinae reus haud sit, L. 2. §. 18. ff. h. t. Ne tamen ciues neglecto iudice ius suum violenter persequantur, cautum est constitutionibus, vt, qui rem, quam suam existimabat, vi rapuit, dominio rei

suae

suae caderet; fin aliena res rapiatur, post restitutionem eius aestimationem praestare teneatur, L. 13 ff. quod met. caus. L. 7. C. unde vi §. 1. Inst. h. t. & quidem non fisco, sed laeso. Hub. Prael. Inst. h. t. §. 11.

§. 1041. Porro inde colligendum, III. solum Eius delicti dolum spectari, non rei raptae pretium. *pr.* Actio inde nata in dolo consistit  
Inst. h. t. L. 2. §. 18. ff. eod.

§. 1042. Potest quidem & contra raptorem Actio inde nata  
actio furti locum habere, quia & ipse fur improbus est: *pr.* Inst. L. 2. §. 10. ff. h. t. Datur tamen & a praetore actio vi bonorum raptorum mixta, id est, rei ac poenae persequutionem continens, (§. 1016.) qua dominus, vel is, cuius interest, (§. 2. Inst. L. 2. §. 22. seq. ff. h. t.) agit contra raptorem, non etiam contra heredem, (§. 1017. II.) intra annum in quadruplum, post annum in simplicum, *pr.* Inst. h. t.

§. 1043. Dabatur & criminalis huius delicti Actio criminalis  
persequutio, & raptores aut in metalla damnabantur, aut relegabantur in insulam, aut denique capite pledebantur. L. 28. §. 10 & §. 15. ff. de poen.

§. 1044. Sed uti Germanis rapina semper visa est delictum publicum: ita & hodie paene ubique criminaliter ex ea agitur, nec locum habet actio in quadruplum. (§. 1042.). Secundum constitutionem sane criminalem & mores raptor rei, vel minimae, gladio feritur, graffatoris cadaver praec-

praeterea rotae in via publica illigatur: Iatro  
 crurifragio plectitur. *Const. Crim. Art. 126. Et  
 arg. Art. 137.* Poena in viam facti iure roma-  
 no statuta (§. 1040) fere extra vsum est; male  
 quidem, vt docet I. H. Boehmer *in diss. de  
 poena sibi ius dicentis sine iudice cap. 2.*

\*\*\*\*\*

TIT. III.

DE

LEGE AQVILIA.

§. 1045.

Dam-  
 num in-  
 iuria da-  
 tum  
 quid?

*videtur filiusfamilias*  
**T**ertium delictum est DAMNVM INIVRIA  
 DATVM, quod vindicatur ex LEGE  
 AQVILIA, (§. 1014.) DAMNVM vero INIV-  
 RIA DATVM est *delictum*, quo homo liber rem  
*alienam corrumpit.* Nam si feruus, (olim &  
 filiusfamilias,) delicto priuato quocumque alte-  
 rum laesisset, id quidem NOXIAE, sin quadrup-  
 pes nocuisset, PAVPERIEL nomine veniebat  
 ICTIS.

An solo  
 dolo da-  
 tum huc  
 perti-  
 neat?

§. 1046. Quum ergo *iniuria* damnum datum  
 esse oporteat, (§. 1045.) *iniuria* autem factum  
 dicatur, quod non iure factum: §. 2. *Inst. h. t.*  
 sequitur, I. vt ex lege Aquilia teneatur non mo-  
 do, qui dolo, sed & qui culpa, damnum intulit,  
 §. 2. 3. 14. *Inst. h. t.* etiam leuissima, L. 44.  
*pr. ff. h. t.* veluti, si quis imperitia artis, quam  
 pro-

profitetur, aliquid egit, vel infirmitatis suae parum memor aliquid suscepit, quo alteri nocetur. §. 4. §. 5. §. 6. §. 7. §. 8. *Inst. L. 5. L. 6. L. 7. L. 8. L. 30. L. 31. L. 44. pr. ff. h. t.*

§. 1047. Contra II. ex lege hac non tenetur, qui, iure suo usus, alteri damnum dedit, veluti, qui *moderamine inculpatae tutelae adhibito*, (ita enim vocatur in *L. 1. C. unde vi.*) adgressorem vel latronem occidit. §. 2. *Inst. L. 4. L. 29. §. 7. L. 45. §. 4. ff. h. t.* Is vero id moderamen adhibuisse intelligitur, qui (1) adgressorem iniusta vi irruentem, (2) imminente vitae, corpori vel rebus periculo, (3) in continenti, (4) tuendi sui causa, occidit. *L. 4. L. 5. pr. L. 45. §. 4. ff. h. t. L. 3. ff. de iust. Et iur.*

§. 1048. Similiter, nec III. qui casu fortuito damnum dedit, reus est. §. 3. *Inst. h. t.* quia casum nec in contractibus nec in delictis quisquam praestat. (§. 761.)

§. 1049. Quum vero omnem deminutionem patrimonii lex Aquilia vindicet: (§. 1045.) sequitur, IV. vt directe ex ea lege actio non deitur, si liber homo vulneratus sit; *L. 13. ff. h. t.* V. vt contra ea competat, si corpore corpori nocitum, patrimoniumque alterius immanutum sit, ad quem casum proprie verba legis Aquiliae pertinebant. §. *ult. Inst. h. t.*

§. 1050. Ceterum tria potissimum fuere legis Aquiliae capita, quorum primo cautum, vt si quis

Andamnum alteri illatum ab eo, qui iure suo utitur?

Andamnum casu datum?

Andamnum, quo non patrimonium, sed vita laeditur?

Capita legis Aquiliae

quis seruum seruamue, alienum alienamue quadrupedemue pecudem iniuria occiderit, is tantum domino aes dare damnas sit, quanti id in eo anno plurimi fuerit. L. 2. pr. ff. h. t.

Caput I.  
quae  
damna  
vindi-  
cet?

§. 1051. Ergo primum caput vindicabat damnum non quoduis, sed I. OCCIDENDO datum. L. 7. §. 1. 2. ff. h. t. II. non in re quauis, sed in SERVIS aut PECVDIBVS aut QVADRVE-DIBVS, \*) L. 2. §. 2. ff. h. t. §. 1. I. h. t.

\*) Iureconsulti, quoties ex arte loquebantur distinguebant quadrupedes, pecudes, & bestias. Quadrupedes sunt, quae dorso & collo domantur, id est, quae farcinas vehunt & trahunt. Vlpian. *Fragm. tit. 19. §. 1. Pecudes, quae gregatim pascuntur*: Reliqua animalia bestiae vocabantur. Bynkersh. *de reb. manc. cap. 6. p. 119. sq.*

Quo-  
modo  
vindi-  
cet?

§. 1052. Adeoque ex hoc primo capite datur actio poenalis, domino, vel ei, cuius ex iure in re interest, L. 11. §. 9. 10. ff. h. t. quique damnum passus est, aduersus occidentem, non eius heredem, (§. 1016. II.) §. 9. *Inst. h. t.* vel contra plures in solidum, L. 11. §. 2. ff. h. t. ad praestandum tantum, quanti ea res eo anno proxime elapso plurimi fuit, ita, vt omne commodum, quod intra proximum annum pretiosorem facere potuisset seruum, ad aestimationem eius accedat. L. 23. §. 6. ff. h. t. *Exempla* sunt in L. 22. §. 1. L. 23. pr. §. 1. 2. ff. §. 10. *Inst. h. t.*

§. 1053. Secundum caput, & ab usu receptum. **Caput 2.**  
 sit, & hodie ignotum est: §. 12. *Inst. L. 27. §. igno-*  
 4. ff. *h. t.* quamvis vero simillimum videatur, **tum.**  
 eo capite vel de seruo corrupto, vel de effusis,  
 & deiectis egisse Aquilium, vel etiam plura,  
 quam tria huius legis capita fuisse. Vid. Byn-  
 kersh. *Obs. lib. 1. cap. 13.* & quae disputavi-  
 mus in *Antiq. nostr. Rom. h. t. §. 9. sequ.*  
*edit. nov.*

§. 1054. Tertio cautum fuerat, vt si quis **Caput 3.**  
 alias res, praeter hominem, aut quadrupedem,  
 aut pecudem, occiderit, vel si quis alteri dam-  
 num dederit vrendo, frangendo, rumpendoue  
 iniuria, is tantum aes domino dare damnas  
 esset, quanti ea res fuerit in triginta diebus  
 proximis. L. 27. §. 5. ff. *h. t.*

§. 1055. Quare ex hoc capite vindicabatur **Quae**  
 damnum I. in alia re, quam seruo vel pecude **damna**  
 vel quadrupede, II. non solum occidendo, sed **vindica-**  
 & quouis modo corrumpendo illatum. §. 13. **rit?**  
*Inst. h. t. L. 27. §. 13. ff. h. t.*

§. 1056. Ergo ex hoc capite dabatur actio **Quo-**  
 domino, eiue, cuius ex iure in re intereat, **modo?**  
 II. §. 10. ff. *h. t.* aduersus occidentem res alias,  
 praeter seruum & pecudem aut quadrupedem,  
 vel aliud quaecumque damnum inferentem, in  
 tantum, quanti res intra triginta dies proximis  
 plurimi fuerit. d. L. 27. §. 4. ff. *h. t.* Nec ta-  
 men vilo modo haec actio infamat. L. 1. ff.  
*de his, qui not. infam.* §. 1057.

**Actio** §. 1057. Addenda adhuc tria veluti corollaria: I. si liber homo vulneratus sit, eum ex hoc tertio capite non directam, sed vtilem actionem habere, non ad aestimationem, sed ad id, quod interest, in quod & operarum cessantium, & impendiorum, non autem doloris, cicatricum, & deformitatis, aestimatio venit. L. 13. ff. h. t. L. 3. ff. si quadr. paup. fecis. dic. L. ult. ff. de effus. & deiect.

**Ex L. Aquilia** §. 1058. Alterum est, II, quod ex hac actione lis inficiendo creuerit, adeoque, qui negasset delictum, dupli reus fuerit, §. 26. Inst. de act. L. 2. §. 1. ff. de L. Aquil.

**Actio** §. 1059. Postremum, III. quod si corpore directa, corpori damnum datum esset, competierit *actio utilis*, in factum. ex L. Aquilia directa; si corpori, sed non corpore, *actio utilis*; si nec corpori, nec corpore, *in factum*. (§. 1049.) §. ult. Inst. h. t. L. II. ff. de praescr. verb.

**Vfus** §. 1060. Moribus nostris simpliciter agitur ad hodiernus. id, quod interest, praestandamque veram rei aestimationem. Nec ergo capita legis differunt, nec quanti ea res ante fuerit, spectatur, nec corporine corpore, an alio modo, damnum illatum sit, quaeritur, nec lis inficiendo crescit. Si tamen dolus accedat, praeter aestimationem actori praestandam & poena, vel statutis expressa, vel arbitraria, locum habet. Vnde verissima eorum sententia, qui hodiernam actionem non ex lege  
Aqui-



Aquila, sed ex iure patrio, vel aequitate naturali, superesse statuunt. Quamvis, quae moribus hodiernis applicari possunt, ea in foro hodiernum observari, nemo temere negaturus sit. Sic v. gr. etiamnum observantur, quae diximus in §. 1057. de vulnerato libero homine. In Germania tamen etiam pro dolore aliquid adiudicatur vulnerato. *arg. Const. Crim. Art. 20.*

TIT. IV.

DE

*Insessungsmay*  
INIVRIS.

§. 1061.

Quartum delictum privatum est INIVRIA, iniuria (§. 1014) quo vocabulo hic non denotatur omne, quod non iure fit, uti in L. Aquilia, (§. 1046) sed quoadvis dictum, factumque, ad alterius contumeliam, dolo malo directum. *pr. Inst. h. r.*

§. 1062. Quum ergo contumelia haec vel dictis, vel factis alteri fiat: (§. 1061.) sequitur, ut lis & iniuria sit vel VERBALIS, vel REALIS, §. 1. *realis.* *Inst. L. 1. §. 1. ff. h. t.* Ad priorem etiam iniuria scripta & famosus libellus, id est, integrum scriptum, ad alterius infamiam editum, siue *ἀνωμυον*, siue *ψευδώνυμον*, siue nomine auctoris insignitum, L. 5. §. 9. ff. h. t. L. vii. C. de famos. libell. refertur.

Ce

§. 1063.

Simplex & atrox §. 1063. Quumque & maior & minor possit inferri contumelia, iniuria in SIMPLICEM & ATROCEM diuiditur, §. 9. *Inst.* L. 7. §. 7. 8. L. 8. L. 9. ff. h. t. & haec vel ex facti atrocitate, vel ex loco, ubi contumeliose quis habitus est, vel ex persona, cui illata, aestimatur. §. 9. *Inst.* L. 7. §. ult. ff. h. t.

Supponit dolum vel animum iniuriandi. §. 1064. Quum porro dolose illatam esse oporteat iniuriam: (§. 1061.) sequitur, I. ut sine animo iniuriandi ea non committatur. L. 5. C. L. 15. §. 13. L. 32. L. 33. ff. h. t. II. Ut furiosi, impuberes, alique doli incapaces. iniuriarum rei esse nequeant L. 3. §. 1. ff. h. t. III. Ut, qui per iocum quid facit, L. 3. §. 3. ff. eod. vel IV. seruum suum percussurus, liberum hominem percussit, L. 3. §. 4. L. 4. ff. h. t. vel V. corrigendi emendandique animo quid dixit fecitue, L. 5. §. 3. ad L. Aquil. L. 15. §. 39. ff. h. t. iniuriam fecisse haud praesumatur, quamvis haec praesumptio veritati & probationi actoris cedat. Exemplum de magistratibus est in L. 32. ff. h. t.

*Contumeliam an committatur  
an deest facti potestas iniuriandi  
capite, nec ne; aut peritiam  
est doli captae. Reg. jur. III.*

Quis agere possit? §. 1065. Quia etiam, quod in alterius contumeliam vel fit, vel dicitur, iniuria est, (§. 1061.) perinde sane est, VI. siue quis directe iniuria affectus, siue per latus alterius e familia sua, v. c. filii, serui, immo & sponsae, multoque magis vxoris, petitus sit. L. 18. §. 4. 5. L. 15. §. 35. Et sequi. L. 41. ff. h. t. VII. Ut tunc pater ob iniuriam filio; maritus ob vxori; spon-

sponsus ob sponsae; dominus ob seruo illatam recte agat. §. 2. *Inst.* L. 1. §. 3. *Et* §. *ult. ff. h. t.* non autem vxor ob maritum, nisi & in illius simul contumeliam comparata sit iniuria. §. 2. *Inst.* L. 2. L. II. §. 8. *ff. h. t.*

§. 1066. Aduersus iniurias varia iuris remedia inuenta; nimirum actiones ex LL. XII. tabb., praetoria, ex lege Cornelia, persecutio criminalis, & retorsio.

§. 1067. Ex legibus XII. tab. ob membrum ruptum *talio* erat, ob alias iniurias poena pecuniaria XXV. assium obtinebat *Gell. noct. At. lib. 10. cap. 1.*

§. 1068. Sed Praetor hanc actionem in d. competere voluit, quod actor aestimat, & iudici aequum videtur. §. 7. *Inst. h. t.*

§. 1069. ACTIO ex lege Cornelia de iniuriis CIVILIS non datur omnibus, iniuriam quamcumque passis, sed cum quis *pulsatus, verberatus*\*) vel eius domus vi introita est, L. 5. *pr. ff. §. 8. Inst. h. t.* ad poenam vel priuatam, L. 37. §. 1. D. *h. t.* vel publicam extraordinariam. L. 12. §. 4. D. *de accus. Et inscript.*

\*) *Verberare* est cum dolore: *pulsare* sine dolore ignominiae causa caedere. L. 5. §. 1. *ff. h. t.*

§. 1070. Denique & persecutio extraordinaria criminalis datur ad poenam arbitrariam infigendam. §. 10. *I. h. t. L. vlt. D. h. t.*

Actio  
nes in  
iurias.

Actio  
iniuriarum  
ex  
LL. XII  
tab.

Praetor  
pla.

Actio  
ex L.  
Cornelia.

Persecutio  
criminalis.

Duratio har. act. §. 1071. Actio iniuriarum Praetoria elapso anno cessat, L. 5. C. de iniur. ex lege Cornelia ad poenam priuatam post triginta, actiones denique ad poenam publicam post viginti annos expirant. L. 42, §. 1. D. de procurat. l. 3. C. de praescript. XXX. vel XL. annor. L. 12. C. ad L. Cornel. de fals.

Retorsio ex-  
tra iudicialis.  
quid? §. 1072. Extra iudicium per mores seculi & RETORSIONE ut licet. (§. 1066.) qua quis iniuriam verbalem in continenti retorquendo in illum, qui eam euomuit, contumeliam a se amolitur. L. 14. §. 6. ff. de bon. libert. L. 25. ff. de procurat. Sed quum haec ad priuatam iudicium comparata sit: facile patet, ea omnem actionem exstingui.


Vfus hodie-  
nus. §. 1073. Hodie ex iniuria reali aut agitur actione aestimatoria aut ad poenam publicam; ex verbali aut aestimatoria, aut ad poenam publicam, coniunctam vel cum recantatione vel deprecatione vel honoris declaratione. Io. Christoph. Koch. Instit. iur. crim. §. 467.

Poena libelli famosi. §. 1074. Poena libelli famosi ex C. C. C. art. 110. est poena talionis, si crimen obiectum falsum est; sin verum, arbitraria. Sed prior poena in praxi non obtinet.

Actio-  
nes iniu-  
riarum  
quomo- §. 1075. Ceterum hae persecutiones omnes expirant I. retorsione: (§. 1072.) II. praescriptione, (§. 1071.) III. remissione, siue expressa L. 17. §. 1. ff. de pact. L. 11. §. 1. L. 17. §. 1. ff.

*ff. h. t. sine tacita, quae ex familiari cum reo do ces. consuetudine colligitur: §. ult. Inst. L. ii. §. sent?*

*1. ff. h. t. IV. morte tum inferentis, tum iniuriam passi: (§. 1017. IV.) L. 13. pr ff. h. t. §. 1. Inst. de perp. Et temp. act. nisi lis cum defuncto contestata sit. (§. 987.) L. 13. pr. ff. h. t.*



TIT. V.

OBLIGATIONIBVS, QVAE QVASI EX DELICTO NASCVNTVR.

§. 1076.

**H**actenus de *veris delictis*. Quae his opponuntur QVASI DELICTA sunt facta *quasi delictum?* *sillicita, sola culpa, sine dolo admissa. §. ult. Inst. h. t. (1013.)*

§. 1077. Tale est quasi maleficium I. IVDICIS QUALE DELICTUM I. LITEM SVAM FACIENTIS. *Litem autem suam facere dicitur, qui male iudicavit. Quod si is dolo fecit, ex vero; sin ex imperitia & imprudentia, ex quasi delicto obligatur. Et quidem priore casu in veram litis aestimationem cum famae & muneris dispendio; L. 15. §. 1. ff. de iudic. L. ult. C. de poen. iud. qui mal. iud. posteriore in multam arbitrariam condemnatur, princ. Inst. h. t. & potest conveniri actione in factum. \*) L. 6. ff. de extraord. cogn. L. 5. §. 4. ff. de O. Et A. C c 3 \* Doc.*

\*) Doctores illam nouo nomine vocant actio-  
nem ex syndicatu. Sed qui poterit ex quasi  
delicto conueniri iudex, quum potius, qui  
eius sententia se laesum putat, adpellatione  
sibi consulere debuisset? Eleganter respondet  
vir doctissimus, Casp. Ziegler in discussio-  
ne concl. 45. §. 5. ex omiſſa adpellatione ius qui-  
dem naſci parti aduerſae, eatenus, vt senten-  
tia retractari nequeat, niſi plane nulla fit: ſed  
id non excuſare imperitiam iudicis, male qui  
tulerit ſententiam.

II. Ob  
effuſa  
vel de-  
iecta.

§. 1078. Deinde *ex quaſi delicto* tenentur II.  
habitatores coenaculorum, ſeu domini, ſeu in-  
quilini, ob DEIECTA vel EFFUSA a quocum-  
que, quibus damnum datum praetereuntibus. §.  
1. *pr. Inſt. h. t.* A culpa enim alieni non vi-  
dentur, qui homines ſocordes & proteruos re-  
cipiunt in familiam. L. *pen. §. 2. ff. de hiſ qui  
effud. vel deiecerint.*

Actio  
inde na-  
ta.

§. 1079. Datur ergo hiſ, quibus nocitum,  
eorumque heredibus, L. 5. §. 5. *ff. h. t. actio  
in factum* L. 5. §. 5. *ff. de hiſ qui effud. vel  
deiec.* contra dominum vel inquilinum aedium,  
non eorum heredes, (§. 1017. III.) L. 5. §. 5.  
*ff. eod. nec contra hoſpidem*, L. 1. §. 9. L. 5. §. 1.  
*ff. eod. aduerſus plures in ſolidum*, \*) L. 1. §.  
*ult. L. 2. L. 3. L. 4. L. 5. pr. ff. eod.* I. ad  
praestandum duplum, ſi damnum ſit aestimabile,  
§. 1. *Inſt. h. t.* L. 1. *pr. ff. eod.* II. in L. aureos  
vero actori adplicandos, ſi liber homo occiſus,  
L. 1. §. 5. *ff. h. t.* vel III. ſi ei nocitum, ad re-  
fundendum ſoſtrum, impenſas, & id, quod in-  
terest. (§. 1057.) L. 3. §. 5. L. *ult. ff. eod.*

\* Vno tamen solvente reliqui liberantur, *dict.*  
 L. 5. *seq.* quod secus in actionibus poenali-  
 bus ex delicto. (§. 1017.) L. 11. §. 2. *ff. ad*  
 L. Aquil.

§. 1080. Haec actio *in factum*, si ad quin- Fius na-  
 quaginta aureos instituitur; annalis est, & nec tura.  
 heredi, nec in heredem, competit: L. 5. §. 5.  
*ff. eod.* §. 1. *Inst. h. t.* alias ob reliqua damna  
 & perpetua est actio, & heredibus datur. (§.  
 1079.) L. 5. §. 5. *ff. eod.*

§. 1081. Quasi delinquere etiam videtur: III. III. Ob  
 qui aliquid supra eum locum, quo vulgo iter suspen-  
 fit, SVSPENSVM, vel POSITVM, habet, cu- sum vel  
 ius casu alicui noceri possit, L. 5. §. 6. *ff. eod.* positum

§. 1082. Ex hoc etiam quasi delicto datur Actio  
 actio popularis IN FACTVM, cuius e populo indenā-  
 aduersus eum, qui posuit, vel suspendit, non ta.  
 aduersus habitantem, vel ad decem aureos actori  
 adplicandos, L. 5. §. 6. §. 12. §. *vit.* *ff. eod.*  
 vel seruum, qui insciente domino posuit suspen-  
 ditue, noxae dedendum. L. 2. *pr. ff. de nox. act.*


§. 1083. Si filiusfamilias, seorsum a patre ha- Quid si  
 bitans, ex his quasi delictis reus factus est: pater filius se-  
 quidem ex his filii factis conveniri nequit. §. 2. orsum a  
*Inst. h. t.* L. 58. *ff. de R. I.* condemnato ta- patre  
 men filio, actio rei indicatae victori aduersus habitet  
 patrem datur, vt satisfaciat ex peculio. L. 57. *ff.*  
*de iudic.* L. 3. §. 11. *ff. de pecul.*

IV. Nav- §. 1084. Quasi ex delicto etiam competit ac-  
tarum, tio IV. aduersus NAVTAS, CAUPONES, STA-  
caupo- BVLARIOS, ob damnum in rebus viatorum vel  
num, stabulariorum posse I. ex vero delicto, si ipsi damnum dede-  
riorum rint; (§. 1099.) II. ex quasi delicto, si a famu-  
quorum lis eorum damnum datum, §. *ult. I. h. t.* III.  
familia ex locatione conductione, si culpa lata aut leui  
peccauit. nautae, cauponis aut stabularii accederit; (§.  
894.) IV. ex quali contractu, siue ex *facto re-  
ceptionis. L. 1. pr. §. 2. §. 6. 7. §. ult. L. 3.  
§. 1. 4 L. 5. §. 1. D. naut. caup.*

V. Ob §. 1085. Sunt & alia quasi delicta, hic omis-  
miseri- sa, veluti V. MISERICORDIA intempestiva, qua  
cordiam alteri nocitum. *L. 7. pr. ff. depos.* VI. CONNI-  
intem- VENTIA, qua quis patitur delictum fieri, quod  
pesti- & poterat & debebat prohibere. *L. 451 pr. ff.  
nam et ad L. Aquil.* Ex quibus itidem actio in factum  
VI. Con- concedi posse videtur.  
niven-  
tiam.

Vfus §. 1086. Haec omnia nec a foro nostro alie-  
hodie- na sunt, praeterquam quod actiones populares,  
nus. actiones in duplum, & poenales, ad poenam  
actori adplicandam comparatae, hodie non fre-  
quentantur. Hinc ex his factis hodie tantum  
agitur ab iis, qui damnum passi, in simplum, vel  
in id, quod interest.





## TIT. VI.

D E

## A C T I O N I B V S .

## §. 1087.

**O**mne ius vel ad PERSONAS, vel ad RES, Con-  
vel ad ACTIONES pertinere, iam supra nexio.  
mondimus. (§. 60.) Explicatis ergo iuribus  
personarum & rerum; de ACTIONIBVS agen-  
dum erit.

§. 1088. ACTIO autem est *medium legiti-* Actio-  
*num, persequendi in iudicio iura, quae cui-* nis defi-  
*que competunt.* (§. 289.) nitio.

§. 1089. Actiones primo a *sine* diuiduntur in Actio-  
PETITORIAS, quibus ius ipsum persequimur, num pri-  
& POSSESSORIAS, quae possessionis causa in- mo diui-  
fituuntur. sio a

§. 1090. Si *nomen* actionum respicimus, in Secun-  
NOMINATAS & INNOMINATAS abeunt. In- da diui-  
nominatae sunt ACTIONES INFAC- sio a vo-  
SCRIPTIS VERBIS & CONDICTIONES EX LE- mine.  
GE. Nimirum sunt actiones, quae lege expres-  
se dantur; sunt quae a Ictis, aequitate suadente,  
introducetae fuerunt. (§. seq.) Actioni, quae  
lege expresse conceditur, plerumque nomen  
suum peculiare & proprium est. Cum tamen

aliquando lege noua actio datur, quae ad ali-  
quod actionum genus referri nequit, ideoque  
§. 409 *nomine caret, hoc casu CONDUCTIO EX LEGE,*  
illa scilicet, quae actionem dedit, instituitur.  
Actio a iuris peritis inuenta, duplicis generis  
est. Vel enim actio lege data, *retento nomine*  
ad aliam speciem prolata est, vel noua actio,  
nomine peculiari carens, inuenta. Si prius: AC-  
TIONEM VTILEM habes, de qua §. seq. Si  
posterius: ACTIO IN FACTVM (voce largius  
accepta) adest. *L. 3. L. 14. §. 3. D. de P. V.*  
Haec vel IN FACTVM PRAESCRIPTIS VER-  
BIS est, vel IN FACTVM SIMPLICITER &  
STRICTE, prout vel ex contractu innominato,  
vel ex alio fonte oritur. *L. 11. D. eod.* Christ.  
Frig. Georg. Meiffieri *diff. de in factum actio-*  
*nibus,* & Christ. Frid. Glück *diff. de vita restit.*  
*in int. praetoriae pag. 13.*

Tertia a §. 1091. *Fundamentum* actionum & quidem  
funda- *remotum* tertiam diuisionem creat. Quae enim  
mento *ex ipsa lege* ciuili oriuntur, CIVILES, quae ex  
remoto *ediētis magistratuum,* HONORARIAE vocantur,  
& quidem PRAETORIAE si ex ediēto Praetoris,  
AEDILITIAE si ab Aedilium iurisdictione pro-  
fectae sunt. §. 3. & 8. *I. h. t.* Ciuiles actio-  
nes porro vel DIRECTAE sunt, vel VTILES.  
*Directa* actio dicitur, quae in expressis verbis  
legum nititur; *utilis,* quae a Ictis ad aliam spe-  
ciem, ob aequitatem, est producta. *L. 19. D.*  
*de P. V. L. 47. D. de negot. gest. L. 37. D.*  
*de*

de O. & A. L. 22. D. de aqu. & aqu. plu. L. 5. §. 9. de const. pec. (§. 55.) Nonnumquam tamen, alio plane sensu, actio *directa* adpellatur, quam quis, cessione interueniente, tamquam *procurator in rem suam* mouet; (§. 923. & 991.) *utiliter*. vero agere dicitur, qui actionem, sibi quidem cedendam, vere tamen non cessam *suo nomine* instituit. Sic hereditatis & actionis emtor, cessione facta, directe; cessione non interueniente, *utiliter* agit. L. 16. D. de pact. L. 8. C. de hered. vel act. vend. vide quoque L. 18. C. de legat. & L. 2. C. de contrar. tut. indic.

§. 1092. Quarta distinctio a *fundamento* proximo desumta est. Hoc enim vel *ius personarum* a fundamento proximo est, vel *ius rerum*. Si prius, actiones dicuntur *PRAEIVDICIALES*; si posterius, aliae *REALES* sunt, quae & *VINDICATIONES* vocantur; aliae *PERSONALES*, quae & *CONDICTIONES* adpellantur. Illae ex iure in re, hae ex iure ad rem oriuntur (§. 284.) §. 1. *Inst. h. t. \**.

\*) Nec tamen ideo negamus, dari mixtas, quales esse ludicia tria diuisoria, & hereditatis petitionem, alibi demonstrauimus. (*Pand. Part. II. §. 63. \**) Nec ideo mixta definit esse actio, quae vel ad realem, vel ad personalem, accedit proprius.

§. 1093. Actiones praeiudiciales sunt: actiones *DE LIBERTATE & INGENUITATE*; (§. 84) *DE FILIATIONE & PATRIA POTESTATE*. (§. 106.)

§. 1094.

Actio-  
nes pra-  
iudicia-  
les.

Quot  
actiones  
in rem?

§. 1094. Quum actiones IN REM ex iure in re nascantur, (§. 1092.) ius vero in re vel ex DOMINIO, siue pleno, siue minus pleno, vel ex HEREDITATE, vel ex SERVITUTE, vel denique ex PIGNORE competat: (§. 285. II.) consequens est, I. vt totidem sint actionum realium species, partim ciuiles, partim praetoriae.

Earum  
natura.

§. 1095. Quum porro *ius in re* sit facultas homini in rem competens, sine respectu ad certam personam: (§. 284.) sequitur II. vt actio in rem detur aduersus possessorem quemcunque, L. 25. *pr. ff. de O. & A.* pro quo & is, qui dolo possidere desit, habetur. L. 131. L. 150. L. 157. §. 1. *ff. de R. I. L. 27. ff. de R. V.* III. Vt is, quid possidet, numquam in rem agere possit, praeterquam *unico casu* \*) §. 2. *Inst. h. t.* IV. vt dominus rem suam condicere, vel actione personali petere nequeat, excepta condicione furtiua, de qua supra. (§. 1030. \*) §. 14. *Inst. h. t.*

\*) Vnicus hic casus ex veriori sententia in actione negatoria quaerendus. Et ita hunc §. 2. *Inst. h. t.* interpretatur Theophilus. Vid. Huber. *Pract. ad Inst. h. t.* §. 6.

Actio-  
nes ex  
specie-  
bus iu-  
ris in re.

§. 1096. Ex dominio oritur REI VINDICATIO & ACTIO PVBLICIANA; (§. 344. & 345.) ex iure hereditario HEREDITATIS PETITIO, (§. 704. sqq.) & QVERELA INOFFICIOSI; (§. 534. seqq.) occasione seruitutum actio CONFESSORIA & NEGATORIA; §. 388. sqq.) ex iure

lure pignoris ACTIO SERVIANA & QVASI  
SERVIANA. (§. 722. sq.)

§. 1097. Sequuntur actiones in PERSONAM. Actiones in  
quae ex iure ad rem nascuntur, (§. 1092.) §.  
15. *Inst. h. t.* personam.

§. 1098. Quum ergo IVS AD REM fit facultas Earum  
competens personae in personam, ad ali- natura.  
quid praestandum: (284.) sequitur, i. vt actio-  
nes personales non dentur aduersus quemcunque  
possessorem, \*) sed aduersus eum, qui nobis  
obligatus est. (§. 725.) L. 25. *pr. ff. de O. &*  
*A. §. 1. Inst. h. t.* II. Vt omnes nascantur ex  
obligatione, (§. 724.) non autem mere natu-  
rali, sed ea, cui vel praetor, vel ius civile, ad-  
fuit. (§. 747.) §. 2. 3. *Inst. h. t.*

\*) Quaedam exceptae, quae, quum sint perso-  
nales, tamen aduersus tertium possessorem  
dantur, vocatae ideo IN REM SCRIPTAE.  
Quales sunt actio Pauliana, quod metus  
caussa, noxae, ad exhibendum, aquae plu-  
viae arcendae, L. 9. §. *ult. ff. quod met.*  
*causs. L. 3. §. 3. ff. ad exhib. de quibus*  
suo loco.

§. 1099. Quumque ex obligatione nascantur Quatuor-  
hae in personam actiones: (§. 1098. II.) ea plices?  
vero aliquis nobis vel immediate ex acqutate,  
vel mediate ex facto obligatorio, conventionem  
solicet, vel delicto, oriatur: (§. 730. sequ.) ac-  
tiones quae in personam partim ex acqutate,  
partim ex facto obligatorio, proficiuntur.

I. Actio-nes ex sola aequitate  
 Huc pertinet I. actio ad EXHIBENDVM, ex sola aequitate sine facto obligatorio nata, L. 3. §. penult. ff. L. 7. C. ad exhib. L. 2. §. 5. ff. de aqu. quot. & aestiv. quae datur illi, cuius spectatum interest, aduersus quemcumque possessorem, (§. 1098. \*) ad rem mobilem, de qua lis est, eiusque causam exhibendam, vel si dolo non exhibeatur, ad praestandum id, quod interest. L. 3. §. 9. L. 9. §. penult. L. 10. seq. ff. ad exhib. II. Actio in factum DE EDENDO, L. 4. §. 1. ff. de edendo. quae datur aduersus argentarios, non aduersus eorum heredes, ad edendas rationes, vel praestandum id, quod interest. L. 4. pr. L. 6 L. ult ff. de edendo. III. ACTIO REDHIBITORIA & QVANTI MINORIS (§. 734).

*müller prom.  
 §. 8. ad exhib.  
 actio §. 3.  
 §. 73.*

Quod  
 metus  
 causa.

§. 1101. Porro ex aequitate dantur actio QVOD METVS CAUSA, (§. 1006.) de DOLO MALO, (§. 1008.) & ACTIO MINORIBVS COMPETENS, quae nomine singulari desinitur. (§. 1009.)

Condic-  
 tio sine  
 causa &  
 actio  
 Paullia-  
 na.

§. 1102. Ex aequitate, vel forsan, quasi contractu, nascitur porro VI. CONDICTIO sine CAVSSA, de qua supra, (§. 957.) VII. ACTIO PAVLLIANA, seu reuocatoria de qua videtur. Pand. quae in fraud. credit. Huic similes sunt actiones FAVIANA & CALVISIANA, de quibus §. 1134 VI. Denique VIII. ex aequitate est celebris illa condictio ex L. 32. D. de reb. cred.

cred.

cred. quae datur mihi, si quis me & Titium mutuum pecuniam rogans, illam mea opera accepit, putans a Titio accipere; ad pecuniam illam mihi restituendam \*).

\*) conf. Wolfg. Ad Lauterbachii *diff. ad h. t.* & Io. Lud. Conradi *de Iuuentiana conditione. quae est in L. 32. D. de reb. cred.*

§. 1103. Mediate ex FACTO OBLIGATORIO III. Ex nascuntur actiones tam ex CONVENTIONE, quam obligatio factio. ex DELICTO (§. 731.) Quumque conventiones in pacta & contractus; (§. 745.) pacta in nuda & non nuda, (§. 747.) diuidantur: ex pactis nudis olim nulla actio nascebatur. (§. 747.) Hodie alii inde concedunt conditionem ex stipulatu, alii conditionem ex lege, alii conditionem ex moribus. Hub. *Prael. ad Dig. L. 2. tit. 19. §. 11.* Schilt. *Exerc. 8. §. 5.* Sed nomine actionis non opus est, quum satis constet actionem dari.

§. 1104. Pactum non nudum vel LEGITIMVM Et quidem est, vel PRAETORIVM, vel ADIECTVM. Legitimo lex; praetorio Praetor adiicit (§. 747. \*\*) pacto legitimo & LEGITIMIS ergo omnibus nascitur conditio adiecto. ex lege, de qua (§. 1090.) ADIECTA eamdem adiecto pariunt actionem quae ex contractu b f cui insunt, oritur, *L. 7. §. 5. ff. de pact. L. 69. ff. pro soc L. 79. ff. de contr. emt. L. 4. ff. de leg. commiss. L. 6. ff. de in diem add.*

§. 1105. PRAETORIA pacta sunt hypotheca, Ex con- constitutum, & delatio iurisiurandi extraiudi- citato.

cialis, seu voluntarii (§. 747. \*\*) *Ex hypotheca*, quia non traditur, & tamen ius in re producit, nascuntur actiones non personales, sed reales, *Seruiiana & quasi Seruiiana vel hypothecaria*, de quibus supra. (§. 722. sequ.) Ex pacto CONSTITVTI \*) actio DE CONSTITVTA PECVNIA (§. 847)

Ex iure-  
iurando.

\*) Non amplius in vsu est ACTIO RECEPTITIA, quae dabatur creditori aduersus argentarium, pro se aliove constituentem, eiusue heredem, ad rem quamcunque, siue fungibilem sine non fungibilem, quae constituta sit, soluendam. Theoph. ad §. 8. *Inst. h. t.* Salmf. de modo vsur. cap. 16. Nam eam actionem in alteram de constituta pecunia transfudit Imperator. L. 2. C. de const. pecun.

Ex contractibus.

§. 1106. IVRISVRANDI voluntarii delati olim iure stricto non maior effectus erat, quam pacti nudi. L. 39. §. 1. ff. de iurciur. Sed et postea adfistebat Praetor, actionemque INFAC- TVM ex IVREIVRANDO dabat ei, qui reo deferente voluntarium iusiurandum praestiterat, sibi deberi, aduersus deferentem, ad soluendum id, de quo iuratum fuerat. §. 11. *Inst. h. t.*

§. 1107. Sequuntur CONTRACTVS, siue vel VERI, vel QVASI CONTRACTVS (§. 748.) *Veri vel nominati* sunt, vel *innominati*: (§. 749) itidemque vel *reales*, vel *verbales*, vel *literales*, vel *consensuales* (§. 750.)

Ex reali-  
bus.

§. 1108. REALES sunt quatuor, MUTVVM, COMMODATVM, DEPOSITVM, PIGNVS. (§.



764.) Ex MUTVO datur *condictio certi*, vel *actio ex mutuo* de qua §. 769. Ex COMMODATO *actio commodati, directa, & contraria*, de qua §. 776. seq. Ex DEPOSITO *actio depositi directa & contraria*, de qua §. 787. seq. Ex PIGNORE *actio pignoratitia vel contra*, de qua §. 797. seq. De *Saluiano & quasi Saluiano* interdicto infra erit dicendi locus.

§. 1109. Ex VERBORVM OBLIGATIONIBVS nascitur *condictio certi & incerti ex stipulatu*, de qua §. 809. Ex LITTERARVM OBLIGATIONE *condictio ex chirographo*, de qua §. 857. Ex verbalibus & litteralibus.

§. 1110. Contractus CONSENSVALES sunt <sup>§.</sup> *EMPTIO VENDITIO*, ex qua nascuntur actiones *empti & venditi*, de quibus §. 874. seq. *LOCATIO CONDUCTIO*, ex qua dantur actiones *locati & conducti*, de quibus §. 893. seq. contractus *EMPHYTEVTICVS*, qui producit *actionem emphyteuticariam utrimque directam*, de qua §. 903. seq. *SOCIETAS*, ex qua fluit *actio pro socio*, de qua §. 916. denique *MANDATVM*, ex quo oritur *actio mandati directa & contraria*, de qua §. 929. seq. §. Ex consensualibus.

§. 1111. Hactenus contractus NOMINATI: Ex INNOMINATIS omnibus (§. 749.) vna ac generalis ACTIO in FACTVM PRAESCRIPTIS VERBIS nascitur. (§. 801.) Qua etiam occasione CONDICTIO CAUSA DATA CAUSA NON SEQVUTA nascitur, de qua supra. (§. 957.) Et innominatis.

Ex quasi contractibus. §. III2. Sequuntur QVASI CONTRACTVS, quales sunt NEGOTIORVM GESTIO, ex qua nascitur *actio negotiorum gestorum, directa & contraria*: (§. 940. sq.) TVTELA, ex qua nascitur *actio tutelae, directa & contraria*: (§. 943. seq.) ADMINISTRATIO HEREDITATIS COMMVNIS, ex qua nascitur *actio familiae erciscundae*: (§. 708.) ADMINISTRATIO REI COMMVNIS SINGVLARIS, ex qua oritur *actio communi diuidendo*, (§. 949.) quamuis hae quodammodo mixtae sint: (§. 1092.) HEREDITATIS ADITIO, ex qua nascitur *actio personalis ex testamento*: (§. 952.) INDEBITI SOLVTIO, vnde *condictio indebiti*: (§. 956.) RECEPTIO RERVM a nautis, cauponibus, stabulariis facta, vnde *actio in factum de recepto*, de qua (§. 1084.) CVRATIO FVNERIS, ex qua *actio funeraria* datur ei, qui sumtus in funus alienum fecit, eiusque heredi, aduersus eum, ad quem res pertinet, eiusue heredem, ad impensas illas in primis restituendas. L. 14. L. 15. ff. de religiof.

Ex delictis. §. III3. proxima sunt DELICTA, (§. 1103.) eaque vel *vera*, vel *quasi delicta*; vel *publica*, vel *priuata*. vel *ordinaria*, vel *extraordinaria*. (§. 1013. fqq.) De *publicis* infra titulo 18; de *extraordinariis* ad Pandectas; de *priuatis* hic erit agendum.

hisque tum ve- §. III4. Talia sunt FVRTVM, ex quo *condictio furtiua* (§. 1030.) & *actio furti* (§. 1031.)

ad §. 1112. in fine.

Impensas funebres dicuntur, sine  
quibus funus defuncti honeste  
duci ad sepeliri non potest, sub qui-  
bus nulla ratione comprehendi  
queant impensas in inventarium  
ad divisionem relictae hereditatis  
facto, quo quippe fuit post  
funus jam dictum, corpusque  
sepultum, etsi in concursu cre-  
ditorum pari privilegio gau-  
deant. Impensas in inventarium  
bonorum & funus defuncti  
debitoris facta, in illo hinc  
preferantur. Müller prompt. jur.  
Vbi: funus §. 22.

V. TT. VI.

ASI CONTRACTUS,  
M GESTIO, ex qua  
gestorum, dicitur  
TITELA, ex qua na  
& contrarius (§  
RATIO HEREDITATIS  
noscitur actio familiae  
ADMINISTRATIO  
RIS, ex qua oritur  
§. 949) quoniam in  
ut: (§. 209) 222  
na nalcitur actio pro-  
952.) INDEBITUM  
indebiti: (§. 91)  
antis, capite, &  
& factum de resp.  
RATIO FUNEBRES, a  
ur ei, qui funus in li-  
e heredi, solentis em-  
insue heredes, ad in-  
stituendas. L. 11. L.

DELICTA, (§. 205)  
si delicta; vel patim  
ria, vel extraordinaria  
delicta infra titulo 24;  
Pandectas: de primari

ACTUM, ex quo con-  
& actio fuit (§.  
209)



DE ACT  
PARSA, v  
de alio for  
GA BAVI  
quid (S  
sue compet  
de  
177. Ex ve  
ALBO COR  
liber adve  
suo dolo ma  
suo scilicet ad  
11. Alio  
dolo eius  
sue, vel imp  
agetur.  
ALIO IN F  
re reo cont  
comperantem,  
i qui sus  
ACTVM, d  
iuis vocat  
ad chore ac  
i, qui su  
eum, p  
in iudicio  
ff. d  
116. Eo  
de CALV  
culminia  
(V.) L

1031.) RAPINA, vnde actio *vi bonorum rap-*ris pri-  
*torum*, & *actio furti*. (§. 1042.) DAMNUM vatis.  
 INIURIA DATVM, quod vindicatur *actione ex*  
*lege Aquilia*. (§. 1052. 1056.) INIURIA, vn-  
 de variae competunt actiones, de quibus §.  
 1067. sqq.

§. 1115. Ex vero etiam delicto sunt I. ac- Et ex  
 tio de ALBO CORRUPTO, quae cuius e po- allisfac-  
 pulo dabatur aduersus eum, qui quid in albo tisillici-  
 Praetoris dolo malo corruerat, ad quingentos tis.  
 aureos actori adplicandos. L. 7. pr. ff. de  
jurisdic. II. Actio IN FACTVM, qua vindica-  
 batur dolus eius, qui vel ius nouum iniquum  
 statuerat, vel impetraverat, ad id, vt ipse eodem  
 vi cogereetur, L. 1. §. 1. ff. quod quisque iur.  
 III. Actio IN FACTVM POENALIS, data ac-  
 tori vel reo contra aduersarium, ius dicenti non  
 obtemperantem, ad id, quanti ea res erat. L. vn-  
ff. si quis ius dic, non ob temp. IV. Actio  
 IN FACTVM, quae datur actori aduersus eum,  
 qui in ius vocatum vi exemit ad id, quanti ea  
 res ab actore aestimatur, L. 5. §. 1. ff. ne quis  
eum, qui in ius voc. V. Actio IN FACTVM  
 contra eum, per quem factum est, quo minus  
 quis in iudicio se sistat, ad id, quod interest.  
L. 3. pr. ff. de eo per quem fact. erit.

§. 1116. Eodem pertinent VI. actio in fac- Qualia  
 tum de CALVMNIATORIBVS, quae datur ei, & hoc  
 cui calumnia nocitum, non eius heredi, (§. §. re-  
 1017. IV.) L. 4. ff. de calumn. aduersus eum, tur.  
 qui

qui accepit pecuniam, vt calumniae caussa, negotium faceret, vel non faceret, intra annum in quadruplum, post annum in simplum. *L. 1. pr. ff. eod.* VII. Condictio OB TURPEM CAUSAM, de qua supra iam actum, (§. 957.) quamuis haec & ex alio fonte deriuari possit. VIII. Actio de SERVO CORRUPTO, qua dominus eiusue heres agit aduersus eum, qui seruum corrumpit, in duplum §. 23. *Inst. de action.* IX. Actio IN FACTVM contra mensorem, qui falsum modum vel per se vel per alium renunciauit, ad id, quod interest. *L. 1. pr. L. 3. §. 1. L. 5. §. 1. ff. si mensor fals. mod.*

Nec non §. III7. Ex delicto porro sunt X. actio RE- frequen- RVM AMOTARVM, (§. 1021.) XI. actio te. de SVSPECTIS TVTORIBVS, (§. 250.) XII. actio de RATIONIBVS DISTRAHENDIS, (§. 220.) de quibus omnibus iam supra actum.

Ex qua- §. III8. Haec de *veris delictis*: ex QVA- si delictis. SI DELICTIS omnibus communis competit actio IN FACTVM de qua diximus. (§. 1077. 1079. 1082. 1084.)

Quinta §. III9. Haec ergo quarta est actionum di- actio. uisio. Quinta ab *obiecto*, ratione qualitatis spe- num di- etato, desumpta est, quod aliae sint REI PERSE- uisio in QVVTORIAE, quibus persequimur id, quod rei per- e patrimonio nostro abest. *L. 35. pr. ff. de O. & sequu- A. aliae POENALES*, quibus persequimur poena- torias, nam legibus constitutam: *L. 7. ff. de serv. export.*

alias

aliae MIXTAE, quibus partim poenam legibus les & constitutam, partim, quod interest, persequimur. mixtas.

§. 16. *Inst. h. t.* Inter poenales sunt POPVLARES, quas quilibet ex populo instituere potest.

§. 1120. REI PERSEQVVTORIAE sunt I. Rei per-  
ales omnes, de quibus supra §. 1096. actum: sequen-  
toriae.

II. actiones ex conuentionibus, de quibus §. 1103. sequ. excepto *deposito miserabili*, ex quo

actio contra inficiantem & ex dolo in duplum datur. (§. 785.) §. 17. *Inst. h. t.* III. *Conditio furtiua* (§. 1030.) & *actio rerum amotarum* (§. 1021.) L. 7. §. 1. 2. ff. de cond. furt.

L. 25. §. 2. ff. de rer. amot.

§. 1121. POENALES sunt actiones pleraeque Poena-  
les & mixtae.

ex delicto, veluti *actio furti*, de albo corrupto, & similes: §. 18. *Inst. eod.* MIXTAE, actio *vi honorum raptorum*, (§. 1042. sequ.)

actio ex *Lege Aquilia* (§. 1052. sequ.) actio *de legatis, venerabilibus locis vel ecclesiae relictiis*, quae contra heredem inficiantem vel morosum in duplum datur. §. 19. *Inst. h. t.*

§. 1122. Sexto omnes actiones, (si obiectum ratione quantitatis spectamus,) vel IN SIMPLVM, vel IN DVPLVM, vel IN TRIPLVM vel in simplum, duplum &c.

§. 1123. In SIMPLVM agunt, quicunque In sim-  
rem persequuntur: adeoque I. omnes actiones plum.  
rei persequutoriae (§. 1120.) in simplum dan-

tur, §. 22. *Inst. h. t.* nec non II. actiones quaedam poenales & mixtae, postquam annus elapsus est: veluti *actio de calumniatoribus*: (§. 1116. VI.) *actio vi bonorum raptorum*. (§. 1042.)

In duplum.

§. 1124. In DVPLVM quaedam ab initio conceptae sunt, vti *actio furti nec manifesti*, (§. 1031.) & *serui corrupti*: (§. 1116. VIII.) quaedam ex postfacto vel insiciendo crescunt, veluti *actio ex Lege Aquilia*: (§. 1058.) *actio depositi miserabilis*: (§. 785) vel aut insiciendo, aut differendo solutionem, vti *actio de legatis venerabilibus locis vel ecclesiae relictis*. (§. 1121.) §. 26. *Inst. h. t.*

In triplum.

§. 1125. In TRIPLVM actio dabatur adversus eum, qui maiorem vera aestimatione quantitatem libello conventionis inferuerat, vt ex hac causa viatores, id est, exsequutores litium eo amplius summam, sportularum nomine, a reo exigerent \*) §. 24. *Inst. h. t.*

\*) Solitos enim viatores & exsequutores litium sportularum quantitatem pro portione fortis temperare, & si vsque ad centum aureos petunt, dimidium aureum exigere: obseruat Theoph. d. §. 24. *Inst. h. t.*

In quadruplum.

§. 1126. In QVADRVLVM similiter quaedam actiones poenales statim ab initio conceptae sunt, veluti *actio furti manifesti*, (§. 1031) *actio in factum de calumniatoribus*, (§. 1116. VI.) *actio vi bonorum raptorum*, (§. 1042.)

&



& *condictio* quae dabatur aduersus exequutores litium, qui sportularum nomine plus iusto exegerant, §. 25. *Inst. h. t.* Vnica actio quod *metus causa* ab initio in simplum datur, & si reus arbitrio iudicis rem non restituit, in quadruplum. (§. 1101.) §. 27. *Inst. h. t.* L. 14 §. 1. ff. quod met. caus.

§. 1127. Hodie, quum pleraque delicta resp. Vfus earum actionum persequatur, neque mores nostri ferant, vt poena pecuniaria actori adplicetur, denique leges hodie poenas vel definiant, vel iudicantium arbitrio relinquant: actiones poenales in duplum, triplum, quadruplum fere extra usum sunt, nisi quod ob legata piis corporibus relicta non exsoluta, in duplum condemnari heredem, memini. Conf. Thomaf. *diss. de exiguo act. poenal. usu in foris Germ.*

§. 1128. Septimo actiones, si ad potestatem iudicis respicitur, (non omnes quidem, sed illae tantum, quae ex contractibus & quasi contractibus nascuntur,) vel BONAE FIDEI sunt, vel STRICTI IVRIS. Bonae fidei actiones sunt, in quibus iudici conceditur liberior potestas, ex aequo & bono aestimandi, quantum alterum alteri dare facere oporteat. §. 30. *Inst. h. t.* Actiones stricti iuris, in quibus potestas iudicis olim formulae, iam conuentioni partium adstricta est. L. 99. de V. O. \*)

\*) Vt hanc diuisionem intelligamus rectius, sciendum, apud praetores & magistratus ordinarios non nisi quae in iure sunt, & quae litis con-

testationem antecedunt, esse peracta: reliqua delegata fuisse iudicibus L. 15. pr. ff. de re iudic. qui de facto cognoscerent, & ex formula a magistratu praescripta ferrent sententiam. Ger. Noodt de Iurisdict. lib. 1. cap. 8. Quum ergo quaedam negotia tam stricti iuris essent, ut ultra, quam conuentum, adiudicari nihil posset; quaedam sua natura aequitatem iudicis desiderarent: in illis iudex dabatur cum formula: *Si paret, Titium centum ex stipulatu debere, tu illum in centum condemna.* Hic ergo nec usuras, nec quidquam aliud adiudicare poterat iudex pedaneus, formula Praetoris circumscriptus. *Ad iudicium, teste Cicerone, hoc modo veniebant, ut totam litteram aut obtinerent, aut amitterent.* Cic. pro Q. Rosc. cap. 4. Seneca de Benef. Lib. 3. cap. 7. Et hae actiones, ex quibus cum hac formula dabatur iudex, STRICTI IVRIS vocabantur. In negotiis contra, quae magis aequo definienda videbantur, Praetor certam summam non exprimebat formula: sed ex contractibus consensualibus ita arbitrum dabat: *Si paret, Titium Maeuio ex locato debere: tum, quantum Titium Maeuio ob eam rem dare oportet ex fide bona, tanti damnetur.* Hic ergo usurae ob moram, fructus, & si quid aliud aequum & bonum videbatur, adiudicari ab arbitro poterant, Cic. Orat. pro Q. Rosc. cap. 4. Seneca de Benefic. Lib. 3. cap. 7. Hae vero actiones omnes dicebantur BONAE FIDEI §. 30. Inst. h. t. Quare hic bona fides non opponitur dolo malo, ut in L. 59. §. 1. ff. mand. sed stricto iuri, adeoque idem est, ac laxior vel liberior iudicis potestas. §. 30. Inst. h. t.

Actio-  
nes h. f.  
recensitas.

§. 1129. Tales actiones BONAE FIDEI sunt  
I. omnes ex contractibus consensualibus ortae,  
§. 3. Inst. de obl. ex consens. veluti emti venditi,

*diti, locati conducti, emphyteuticaria, pro socio, mandati.* II. Ex contractibus realibus actiones *commodati, depositi, pignoratitia.* III. Ex contractibus innominatis actio *praescriptis verbis.* IV. Ex quasi contractibus actiones *negotiorum gestorum, funeraria, tutelae, & binnae mixtae familiae erciscundae, communi diuidundo.* V. Ex actionibus in rem sola *hereditatis petitio.* §. 28. *Inst. h. t.*

§. 1130. Actiones STRICTI IURIS sunt actio Item ex stipulatu, & condictio ex chirographo. stricti Praeterea & vulgo condictio indebiti ac condictio ex mutuo inter actiones stricti iuris recensentur; quae tamen sententia dubiis premittur. vid. I. H. Boehmer *de act. S. 1. cap. 3. §. 19. seqq.*

§. 1131. Singularis natura est actionis EX ACTIONE STIPVLATV DE DOTE. (§. 133.) Quum enim antea vxori ad repetendam dotem competeret *rei vxoriae actio*, quae bonae fidei: Iustinianus eam transfudit in actionem ex stipulatu, ita tamen, vt qualitates actionis vxoriae cum ea communicaret. Atque inde fit, I. vt contra naturam actionis ex stipulatu, sit *bonae fidei*, II. vt mulieri detur, etiamsi nulla stipulatio interuenit. *L. unica Cod. de rei uxor. act.*

§. 1132. Ceterum multum inter actiones *bonae fidei & stricti iuris* interest. I. In illis compensatio fiebat ipso iure; in his opposita exceptione doli: quod tamen nouo iure sublatum

tiones  
diffe-  
rant?

tum §. 30. *Inst. h. t. L. ult. ff. de compens.*  
II. In illis ob dolum contractus est nullus, si  
dolum contractui causam dederit; in his actio-  
nem & exceptionem suggerit, ad contractuum  
rescissionem (§. 1008.) *L. 7. pr. Et §. 3. ff.*  
*de dolo malo.* III. In illis, si rem petimus,  
quae nondum nostra fuit, reus fructus a tempo-  
re morae, in his vero eisdem a tempore litis  
contestatae restituit. *L. 38. ff. de usur.* IV. In  
illis usurae non solum ex stipulatione, sed & ex  
pacto, immo & ex mora debebantur, etiam  
non promissae; in his ex sola stipulatione *L. 1.*  
*Et L. 3. C. L. 32. §. 2. L. 34. sq. ff. de usur.*  
V. In illis pacta in continentia adiecta producunt  
ex illo contractu actionem; in his non produ-  
cunt, *L. 7. §. 5. ff. de pact.*

Quid ac-  
tio arbi-  
traria?

§. 1133. Ab actionibus stricti iuris & bonae  
fidei differunt ARBITRARIAE. Bifariam autem  
hoc vocabulum accipitur. Primo enim de-  
notat actionem, *vbi reus, qui sententiae iudi-  
cis non pareat, in gravius condemnatur*, h. e.  
aut in quadruplum, aut in id, quanti res aesti-  
mata fuerit iureiurando actoris. *Theophilus ad*  
*§. 31. I. h. t.* Deinde & eam actionem signifi-  
cat, *in qua tota condemnatio ab arbitrio iudi-  
cis pendet.* *L. 3. D. de eo quod certo loc.* *Vin-*  
*nius & Otto ad §. 31. h. t.*

Quae-  
nam sint  
arbitra-  
riae?

§. 1134. Actiones arbitrariae prioris generis  
sunt I. omnes actiones in rem, de quibus §. 1096.  
seqq. excepta hereditatis petitione; (§. 1129.)  
II.

II. actio de dolo; III. actio ad exhibendum; §. 31. *I. h. t.* IV. actio finium regundorum; L. 4. §. 2. 3. L. 7. *D. fin. reg.* iunct. L. 22. *D. de rei vind.* V. actio Paulliana, arg. L. 8. L. 10. §. 20. *D. quae in fraud. cred.* VI. actiones *Faiana & Caluifana*, quae competunt patrono eiusque heredibus, contra quemcunque possessorem, ad res in fraudem patroni alienatas in totum vel pro rata parte reuocandas; L. 1. §. 11. 12. 26. *ult. D. quae in fraud. patron.* VII. actio rerum amotarum, L. 8. §. 1. *D. de act. rer. amot.* In his possessor, si per contumaciam non restituit, aut dolo fecit, quo minus restituere possit, condemnatur quanti aduersarius in litem iurauerit. VIII. Actio quod metus, in qua reus contumax in quadruplum condemnatur. (§. 1006.) Arbitraria actio posterioris generis est *condictio de eo quod certo loco.* L. 1. L. 5. L. 6. *de eo quod cert. loc.*

§. 1135. Vfu fori hodierno discrimen inter actiones *bonae fidei* & *stricti iuris* plerisque locis cessat, in Germania saltim huius distinctionis vsus vix ullus superest. Porro arbitrium iudicis hodie nusquam eo pertingit, vt ob contumaciam reum in quadruplum condemnare possit; ad iusiurandum vero in litem actorem admittere potest iudex, si reus aut dolo aut culpa rem debitam praestare nequit. Nec denique hodie datur actio, in qua condemnatio omnis arbitrio iudicis relicta est.

§. 1136.

Quid hodie obtineat?

Octava actio-  
nium di-  
uisio. Alii so-  
lidum con-  
sequimur,  
al. non

§. 1136. Sequitur octava actionum summa diuisio, quod aliis SOLIDVM, aliis MINVS QVAM SOLIDVM consequamur. Solidum ordinarie persequimur: minus quam solidum I. actione *de peculio*, de qua tit. seq. §. 1133. quippe quae tantum competit in id, quod in peculio est, §. 36. *Inst. h. t.*

Benefi-  
cium com-  
petentiae  
quid?

§. 1137. Porro minus quam solidum consequimur II. ob *beneficium competentiae*, quod est *ius singulare*, personis quibusdam concessum, vt non queant in plus conueniri, quam quantum facere possint §. 37. *Inst. h. t. L. 29. L. 30. ff. de re iud. L. 173. ff. de reg. iur.* Ex quo sequitur, vt hoc priuilegium personale sit, quod nec heredibus, nec fideiussoribus prodest. L. 24. seq. ff. *de re iud. L. 63. §. 1. ff. pro soc.*

In qui-  
busdam com-  
petit ob  
necessi-  
tudi-  
nem.

§. 1138. Ob NECESSITVDINEM hoc beneficium competit I. parentibus, §. 38. I. *h. t. II. patronis, L. 16. L. 17. ff. de re iud.* III. fratribus, & IV. quia etiam focii loco fratrum sunt, focii, actione *pro socio* inter se agentibus, L. 16. ff. *de re iud. L. 63. ff. pro soc. §. 36. Inst. h. t.* V. coniugibus, L. 17. L. 20. ff. *de re iud.* VI. foceris ex promissione dotis conuentis L. 21. L. 22. pr. ff. *cod. L. pen. ff. de iur. dot.*

Ob mili-  
tiam.

§. 1139. Ob MILITIAM id beneficium datur VII. militibus, L. 6. & L. 18. ff. *de re iud.*  
quod

ad S. 1141. pag. 1129.

Debitor qui bonis cessit, ratione bonorum postea requisitorum contra Creditores priores residuum Crediti petentis Beneficium competentis habet; quod si vero cum suis creditoribus de novo transegerit, hoc ius deinde amittit. l. A. & C. de ass. bon. l. 3. Cod. de bonis auth. j. l. d. possid. — Muller prom. jur. Nov. Competentia beneficium No. 22.

Competentia beneficio gaudent Coniuges, nisi actione rerum amotarum commoveantur; non vero putativi beneficium, quod pater habet adversus uxorem de Dote agentem, transit ad liberos; hoc veribus vero mariti alius competentia beneficium haud prodest. l. 21. §. ult. De actione rer. lamot. l. 20. 24. §. 1. l. 25. De rejudic. Muller loco cit. No. 14.

DI ACTION

... ad no  
... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no

... ad no



quod frustra doctores ad nobiles, clericos, causarum patronos, scholarum doctores proferunt, Richt. Decis. 24. §. 2.

§. 1140. Ob BENEFICIUM VIII. donatori-  
bus competit, qui non conueniuntur a donato-  
rio, nisi in id, quod facere possunt. L. 30. ff.  
de re iud. L. 28. ff. de R. I. Ob be-  
nefici-  
um.

§. 1141. Denique ob CALAMITATEM id be-  
neficium competit IX. liberis emancipatis, ex-  
hereditatis, & qui se paterna hereditate abstine-  
runt, L. 49. ff. de re iud. L. 2. pr. ff. quod  
cum eo, qui in al. pot. & X. iis, qui bonis  
cesserunt, in bonis postea adquisitis, §. 40. Inst.  
h. t. L. 4. ff. de cess. bon. Ob cala-  
mitatem

\*\*\*\*\*

TIT. VII.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA  
POTESTATE EST, NEGOTIVM  
GESTVM ESSE DICITVR.

§. 1142.

**A**ctiones personales aut immediate ex aequi-  
tate, aut mediate ex facto obligatorio  
descendere supra dictum, (1099.) Illae, quae ex  
facto obligatorio, oriuntur, aliquando vocantur  
ACTIONES ADIECTITIAE QVALITATIS; tunc  
scilicet, si non ex nostro, sed alieno facto con-  
tra nos instituuntur. ACTIO ergo ADIECTI-  
TIAE Actio-  
nes ad-  
iectitiae  
qualita-  
tis quid?

**TIAE QUALITATIS** est, quae contra nos instituitur ex facto alterius hominis, quod ex iusta causa tamquam nostrum spectatur.

**Quotuplices sint?** §. 1143. Talis actio contra nos instituitur aut ex facto filii vel serui; aut ex contractu cuiuscumque, siue filius sit, siue seruus, siue extraneus. Prioris generis sunt: actio QVOD IVSSV, DE PECVLIO, & TRIBVTORIA. Posterioris: ACTIO EXERCITORIA, INSTITORIA & DE IN REM VERSO.

**Actio quod iussu.** §. 1144. IVSSVM proprie, est parentum & dominorum. (§. 919. V.) Iussisse ergo videntur, qui vel testato, vel per epistolam. vel verbis aut per nuncium, vel generatim, vel specialiter in vno contractu iusserunt, mandarunt, gestumue ratum habuerunt. L. I. §. I. 3. 4. 6. ff. quod iussu.

**Eius natura** §. 1145. Quo facto Praetor dat actionem QVOD IVSSV *adiectionis* qualitatis, ei, quocum filius vel seruus patris vel domini iussu contraxit, contra patrem dominumue in solidum. §. I. I. h. t.

**Actiones exercitoria & institoria.** §. 1146. Commerciorum causa repertae actiones EXERCITORIA & INSTITORIA EXERCITOR vero est, ad quem navis, seu propriae, seu conductae, obventiones & redditus pertinent, §. 2. Inst. h. t. L. I. §. 15. ff. de exerc. act. Qui vero ita navi praepositus est, ut ei totius navis cura incumbat, is MAGISTER NAVIS adpellatur, siue sit liber, siue servus,

vus, isque siue proprius, siue alienus. L. 1. §. 1. 3. 4. 5. ff. eod. §. 2. *Inst. h. t.* INSTITOR denique est, qui tabernae ad emendum vendendumque praeponitur, cuiuscumque sit conditionis vel aetatis. L. 18. ff. de *inst. act.*

1147. Est ergo EXERCITORIA actio adiectivae qualitatis, quae a praetore datur ei, qui cum magistro navis (non cum nauta, L. 1. §. 2. ff. eod.) iis de rebus, quarum causa naui praepositus est, contraxit, L. 1. §. 8. 9. 12. ff. de *exerc. act.* eiusue heredi, aduersus exercitorem eiusue heredem, vel plures exercitores in solidum, L. 1. §. *ult.* L. 2. L. 3. ff. eod. ad praestandum id, quod ex contractu debetur. §. 2. *Inst. h. t.*

§. 1148. INSTITORIA & ipsa qualitatis adiectivae, datur ei, qui cum institore iis de rebus, quarum causa praepositus est, contraxit, L. 5. §. 11. seq. ff. L. 3. C. de *inst. act.* eiusque heredi aduersus eum, qui praeposuit eiusue heredem vel plures praeponentes in solidum, L. 13. §. *ult.* ff. eod. ad consequendum id, quod ex contractu debetur. §. 2. *Inst. h. t.* Ad eius exemplum ACTIO QVASI INSTITORIA UTILIS datur illi, qui cum alio mandatario contraxit, contra mandantem ad contractum implendum. (§. 932.)

§. 1149. Vsu fori hodierno, saltim in Belgio, aduersus plures exercitores vnus navis, vel dominos vnus tabernae, non datur amplius actio in solidum.

Exercitoriae naturae.

Et institoriae.

Vsus fori.

IV. TIT. VI.  
 quae contra unum  
 hominis, quod est  
 unum spectatur.  
 contra nos instituitur  
 aut ex contractu  
 et, sine seruo, sine es-  
 sum: ubi QVOD INSTI-  
 TORIA. Institoria. Insti-  
 TORIA, INSTITORIA de  
 proprie, et praetum le  
 V.) Institor ergo videtur  
 per epistolam, vel re-  
 el generationem, vel specia-  
 liffertur, mandantem,  
 L. 1. §. 1. 2. 3. 4. 6.  
 Praetor hic dicitur  
 ae qualitatis, et, quo-  
 ris vel domini iusti con-  
 dominante in solidum.  
 rum causis repetere actio-  
 INSTITORIA UTILIS.  
 in nautis, seu proprias,  
 ones & vnus parti-  
 L. 1. §. 15. ff. de  
 naui praeposito et,  
 incumbat, & MANDAN-  
 tiae sit. Item, sine ser-  
 115.

dum. Grot. L. 2. *de iur. Bell. & Pac. Cap. 11. §. 13.* Vinn. *ad L. 4. ff. h. t.* Struv. *Exerc. 20. §. 12.*

Actio  
tributo-  
ria.

§. 1150. TRIBVTORIA actio a tribuendo dicitur. TRIBVERE vero hic idem est, ac distribuere. Si enim filiusfamilias vel seruus, sciente patre vel domino, negotiatus fuerat: creditoribus filii vel serui satisfactionem exigentibus, patri vel domino ius erat merces peculiares pro rata distribuere.

Eius na-  
tura

§. 1151. Hinc Praetor creditoribus dabat TRIBVTORIAM adiectitiam, contra patrem vel dominum, dolo malo vel plane non, vel inaequaliter tribuentem, eiusque heredem, (L. 7. §. *ult.* L. 8. L. 9. *ff. de tribut. act.*) vt merces peculiares pro rata tribuantur. §. 3. *Inst. h. t.*

Vfus  
hodie-  
nus.

§. 1152. Quia autem seruis hodie non vtitur ad negotiandum, & filiifamilias negotiantes plerumque exeunt patria potestate: vsum sane huius actionis vel nullum vel rarissimum esse oportere, per se patet.

Actio de  
peculio.

§. 1153. PECVLIVM quid sit, & quotuplex, iam supra explicauimus, (§. 425. seq.) Quod si quis itaque cum filiofamilias vel seruo contraxerat: actio aduersus patrem vel dominum non iubentem ex eo contractu non dabatur, nisi filio vel seruo esset peculium profectitium. Tunc enim Praetor concedebat actionem adiectitiae qualitatis de PECVLIO iis, qui cum seruo vel filiofamilias contraxerant, aduersus dominum

vel

vel patremfamilias, in id, vt soluat, quantum esset in peculio, §. 4. *Inst. h. t.* §. 10. *Inst. de action.* deducto prius, quod ipsi domino vel patri, nec non fratribus in eiusdem patris potestate constitutis debebatur, *L. 9. §. 2. 3. L. 6. pr. ff. de pecul.*

§. 1154. Huius quoque actionis, quatenus ad seruorem contractus pertinet, fere nullus hodie vsus est. Quod attinet ad filios, nostris moribus raro illis dantur peculia profectitia, iisque datis, patria potestas fere soluitur. Vbi tamen pater filiosfamilias peculium dat ad negotiandum, ibi actionem de eo etiamnum insitui posse, non negauerim.

§. 1155. Denique adiecticiae qualitatis est actio DE IN REM VERSO: IN REM vero patris vel domini VERSVM censetur, quidquid necessario vel vtiliter impensum est a filio vel seruo, quoque domini vel patris patrimonium auctum est. *L. 3. §. 1. 2. sequ. ff. de in rem verso.*

§. 1156. Quum ergo aequitati aduersetur, alterum cum alterius damno fieri locupletationem: Praetor iis, qui cum filiosfamilias vel cum seruo contraxerant, actionem DE IN REM VERSO dat contra patrem vel dominum, in id, quod & quatenus in rem versum est, §. 4. *Inst. h. t. L. 1. pr. §. 4. ff. de in rem verso.*

§. 1157. Vtiliter actio de in rem verso & Actio contra alios datur, si ex alieno negotio aliquid de in

E e in rem

Eius vsus hodiernus.

Actio de in rem verso.

Eius natura

verso in rem eorum versum est. *L. 7. §. 1. C. h. t. vid.*  
 utilis? *I. H. Boehmer. de act. Sect. 2. cap. 10. §. 10.*

Quando §. 1158. Ex his patet patrem & dominum  
 filius conueniri posse ex contractu filii & serui, 1.) si  
 contra- iusserunt; 2) si peculium dederunt; 3) si filius  
 hens te- aut seruus sciente patre dominoue negotiati sunt;  
 neatur? 4) si magistri nauis vel 5) infitores fuerunt; 6)  
 si quid in rem patris dominiue versum est. Ex-  
 tra hos casus non tenetur pater dominusue. At-  
 tamen is qui cum filiofamilias contraxit, pecu-  
 lium militare aut aduentitium irregulare habente,  
 aduersus hunc ipsum agere potest, vt satisfaciat  
 ex peculio. *L. 18. D. de castrens. pec. L. 6. L. ult. C. de bon. quae lib.* Sin peculium tale  
 non habeat filius, executio actionis differtur,  
 vsque dum sui iuris fiat; *L. 2. quod cum eo qui in alien. pot. est, modo filius mutuam pecuniam non sumserit.* Tuuc enim regulariter non tenetur.

SC. Ma. §. 1159. Hoc SCTO MACEDONIANO in nec-  
 cedoni- tum nouimus. Nimirum sub Claudio Imp. \*)  
 ani ori- (Tac. *L. II. Ann. c. 12.*) senatui placuit, ne  
 go. cui, qui filiofamilias mutuam pecuniam dedisset,  
 etiam post mortem parentis eius, cuius in  
 potestate fuisset, actio petitioque daretur, vt  
 scirent, qui pessimo exemplo foenerarent, nul-  
 lius posse filiofamilias bonum nomen, expectata  
 patris morte, fieri. *L. 1. pr. ff. de SC. Ma- ced. l. 9. §. 2. 3. edd. (§. 429. xx.)*

(\* Fi.

\*) Filiusfamilias, cui creditum, an foenerator improbus, qui crediderat, Macedo sit dictus, itemque quo tempore in lucem prodierit hoc Sctum ? disquisiuimus in *Pana. Part. 3. §. 168. sequ.* & in *Hist. iur. lib. 1. §. 219.*

§. 1160. Ex quo fluunt axiomata: I. SC. hoc Axiomata de illo. non tam in gratiam filii mutuum accipientis factum, quam in gratiam patris, & in odium foeneratorum. II. SC. hoc praehet exceptionem, non actionem. III. Idem tantum ad pecuniam in patris detrimentum mutuam, non ad alias res fungibiles, nec ad alios contractus pertinere. *L. 3. §. 3. L. 7. §. 3. ff. L. 3. C. de SC. Macedon.*

\*\*\*\*\*

*Moguel*  
*Ruyz*

TIT. VIII.

DE

*Ruyz*  
*und*  
*publ. iur. iugum.*

NOXALIBVS ACTIONIBVS.

§. 1161.

**A**ctiones superiore titulo explicatae ad *con-* **Con-**  
*tractus* cum seruis vel filiisfamilias initos **nexio.**  
pertinent. Ex *delicto* vel *quasi delicto* filii vel  
serui nec pater obligatur, nec dominus. (§. 1012)  
Poterat tamen olim vterque, (§. 101. III.) &  
iure nouo saltim dominus ex seruorum delictis  
privatis conueniri *noxaliter*.

§. 1162. Ob publica delicta nimirum ipse ser- **Quid iu-**  
uus plectitur; *L. 4. C. de noxal. act.* *L. 2. C.* **ris circa**  
*de accus.* neque dominus offerendo aestimatio- **delict.**  
**E e 2** **nem publ.**

nem damni a seruo dati publicae disciplinae rigorem sistere potest. L. 17. §. 18. ff. de Aedil. edicto L. 200. ff. de V. S.

Quid  
noxia  
& noxa. §. 1163. Quod vero ad priuata delicta attinet, *dammum quocumque tali serui delicto vel quasi delicto datum*, NOXIA, (§. 1045.) ipsum corpus, quod nocuit, id est, seruus, NOXA vocatur. §. 1. *Inst. h. t.*

Quid  
axio  
noxal. §. 1164. Actio ergo noxalis est, *qua vel damni aestimatio, vel serui delictio a domino petitur.* pr. *Inst. §. L. 1. pr. ff. h. t.*

An &  
ob de-  
licta fi-  
liorum  
fami-  
lias? §. 1165. Idem & circa maleficia filiorum familias olim obtinebat, (§. 1161.) qui & ipsi noxae dari poterant a patre, (§. 101. III) saluo illis manumissis iure ingenuitatis. *Collat. leg. Mos. §. Rom. tit. 2. §. 3.*

Iure  
nouo §. 1166. Sed id iure nouo mutatum. Pater ergo hodie nec directe nec noxaliter ex filii maleficio priuato conuenitur; §. *ult. Inst. h. t.* sed contra ipsum filium agitur, eoque condemnato, datur actio iudicati de peculio aduersus patrem. L. 3. §. 11. ff. de pecul. L. 33. 34. 35. ff. h. t.

Vfus  
hodier-  
nus. §. 1167. Addimus postremo, huius tituli hodie neque quoad famulos, neque quoad homines proprios usum vllum esse. Quia enim non omnia dominis acquirunt, ipsi ex delictis suis conueniuntur, & si non habent, vnde soluant, corpore & corio soluant. L. 1. §. *ult. ff. de poen.*  
TIT.




publicae disciplinae  
17. §. 13. ff. de deli.  
S.

primata delicta ante,  
prui delicto vel post  
(§. 1045.) ipsius  
st, feruus, NOXIA  
noxali est, quo vel de  
delictio a domino po  
ff. h. t.

ma iusticia plerumq;  
(§. 1161.) qui de  
tre. (§. 101. III.)  
Collat. §.

noxo mutatur. Per  
nec novalliter ex illi no  
ur: §. 101. l. 1. t. sed  
ur, eoq; contentus,  
recallo aditus puen.  
L. 33. ff. §. 1. h. t.  
tremo, imo tibi bo  
is, neque quod tunc  
esse. Qui enim non  
ut, ipi ex delicto sine  
a habent, vult dicitur,  
L. §. 4. ff. de pign.  
ff.



TIT. IX.

SI QUADRVES PAUPERIEM  
FECISSE DICATUR.

*Pauperem, qui non nocum in unum plique  
spem quod supponit unum.*  
1068.

**V**ti liberi homines *damnum*, (§. 1045.) ser- **Quid**  
ui & olim filii familias *noxiam* inferre di- **paupe-**  
cuntur: (§. 1161.) ita quadrupes facere dicitur **ries.**  
PAUPERIEM. *Pauperies* itaque est *damnum*,  
*sine iniuria facientis datum.* L. 1. §. 3. ff. h. t.

§. 1169. Si ergo quadrupes contra naturam **Eius na-**  
generis *damnum* dedit, non instigata, nec pro- **tura**  
uocata, datur actio *in rem scripta*, (§. 1098. \*)  
DE PAUPERIE, ei, cuius interest, eiusque he-  
redi adversus eum, qui tempore litis contesta-  
tæ quadrupedis dominus est, in id, vt vel fac-  
tam pauperiem resarciat, vel noxae dedat ani-  
mal, *pr. Inst. L. 1. pr. L. 3. ff. h. t.* aut si  
falso negaverit, suum esse animal, in solidum.  
L. 1. §. 15. ff. h. t.

§. 1170. Si vero I. ipse laesus animal irrita-  
uit: omnis actio cessat. L. 1. §. 11. h. t. II. Sin  
dominus aut tertius in culpa sint: ex lege Aqu-  
ilia tenentur; L. 1. §. 4. D. *cod. nec non ex*  
*edicto aedilitio* dominus in duplum, si animal  
noxium iuxta viam, vbi vulgo iter fit, habuit;  
L. 42. D. *de aedilit. ed.* imo si quis pubes im-

Corol-  
laria.

miserat pecus in agrum noctu: ex lege XII. tab. capitis tenebatur. III. Cum animal quadrupes non est, sed bipes: *actio de pauperie utilis* locum habet. L. 4. D. L. penult. eod. Porro IV. si quadrupes quidem fit, sed *secundum naturam* sui generis damnum dederit, & quidem *pascendo*: aut *actio de passu* aut *in factum* datur; illa, si animal depauit fundum alienum; haec, si in domini sui fundo rem alienam consumsit. L. 14 §. vlt. D. de praescri. verb. Cum non pascendo, sed alio modo damnum datum: separandae sunt *ferae* bestiae a *mansuetis* & *mansuefactis*. De damno, quod fera bestia dedit, dominus, qui extra culpam est, non tenetur. pr. I. h. t. L. 1. §. 10. D. eod. Ad damnum autem, quod mansueta & mansuefacta bestia dedit, reparandum *actio de pauperie utilis* data fuisse videtur Thomae de noxia animal. n. 49. seqq.

Vfus  
hodie-  
nus.

§. 1171. Pleraque haec vñs fori seruat, nisi legibus prouinciae aut statutis aliquid mutatum. Sic iure Saxonico, siue fera, siue mansueta quadrupes pauperiem fecit, damnum sarcit dominus, nisi confestim bestiam expulerit. *Ius prov. Sax. Lib. 2. art. 40.*

Pignori-  
rationis  
priuatae  
origo  
& indo-  
les.

§. 1172. Ob damnum depascendo datum ple-  
risque locis recepta est *pignoratio*, vti vocant,  
vel *inclusio animalis*, (iure Romano illicita L.  
39. ff. ad L. Aquil.) in agro deprehensi, dum-  
modo id statim offeratur iudici rei sitae. Quo  
facto,

facto, animal tamdiu retineri potest, donec damna & expensas refuderit dominus. Stryck. *Vf. mod. Digest. h. t. §. 15. Mev. decis. I. 34. 13.*

§. 1173. Loco actionis Aedilitiae in duplum Vfus actionis conceptae, hodie in simplum agimus, & poena tionis aedilitiae publica domino bestiae infligitur, quae pro modo culpaere fere est arbitraria. Vid. *Const. Crim. Carol. art. 136.*

## TIT. X.

DE

IIS, PER QVOS AGERE  
POSSVMVS.

§. 1174.

**P**rocurator est, qui negotia iudicialia vel *Procu- lites alienas domini mandato administrat. rator quid?*  
L. I. pr. L. 33. pr. §. I. ff. de procurat. Iure romano dominus litis habebatur. L. 4. §. 3. de alienat. iud. mut. caus. L. 4. §. ult. de appellat. L. 22. L. 23. C. de procurat. L. II. ~~§. 3. pr.~~  
<sup>si mel. etc.</sup> de ~~§.~~ dol. mal. Hinc & sententia ferebatur in procuratorem L. vn. C. de satisfat. eidem aequae ac principali adquirebatur actio rei iudicatae, & aduersario eadem dabatur contra vtrumque. L. 28. D. de procurat.

§. 1175. Quum ergo in procuratores domini-  
minium litis transferendum esset: (§. antec.) eos

E e 4

seque- 1

constituit? sequebatur, I. ut constitui possent a dominis solis, L. 1. *pr. ff. h. t.* nec ab omnibus tamen, sed ab iis, quibus libera rerum suarum esset administratio. Vnde haud constituunt furiosi, mente capti, infantes, furdi, muti &c.

Procurator differt ab advocato.

§. 1176. Cumque procurator negotia aliena ex mandato administret: facile patet, II. eum differre ab ADVOCATO, qui pro alio postulat. L. 1. §. 4. *D. de postul. L. 1. §. 11 D. de extraord. cognit.* POSTVLARE vero est desiderium suum vel alterius in iure apud eum, qui iurisdictioni praeest, exponere. L. 1. §. 2. *D. de postul.*

Cautio derato.

§. 1177. Ex eodem principio porro III. sequitur, procuratorem, de cuius mandato dubitatur, cauere *de rato*, de qua cautione supra diximus. (§. 829.)

Vfus hodie.

§. 1178. Enimvero hodie saltem per Germaniam procurator non est dominus litis, sed *manutarius*, & hinc plerique effectus domini litis cessant.

*Rumian* **TIT. XI.**

D E

**SATISDATIONIBVS.**

§. 1179.

Cautio-  
num iu-  
uiciali-  
tim ra-  
do.

**I**nterest litigantium, ne iudicia fiant elusoria: & hinc a se invicem aliquando CAVTIO. NES exigunt.

§. 1180.

§. 1180. CAVTIO, quam supra definiuimus, Cautio  
 (§. 231.) vel FIDEIVSSORIA est, quae & SA- quatu-  
 TISDATIO dicitur, (§. eod.) vel PIGNORATI- plex.  
 TIA, vel IVRATORIA, vel NVDE PROMISSO-  
 RIA, rubr. tit. ff. qui satisd. cog. vel iurato  
 promitt. vel suae promiss. comm. L. 1. §. 9.  
 ff. de collat. bon. §. 2. Inst. h. t.

§. 1181. Iure romano REVS cauet de iudi- Quando  
 cio sibi, & lite ad exitum vsque continuanda cauea-  
 §. 2. I. h. t. ACTOR de lite contestanda & tur?  
 persequenda; nec non de expensis Nov. 96.  
 cap. 1. Hodie reus ordinario non cauet; actor  
 vero cauet de expensis, & aliquando de recon-  
 centione.

TIT. XII.

DE

PERPETVIS ET TEMPORALI-  
 BVVS ACTIONIBVS, ET QVAE AD  
 HEREDES ET IN HEREDES  
 TRANSEVNT.

§. 1182.

**P**raescriptionem aut *adquisitiuam* esse, aut **A**ctio-  
*extinctiuam* supra diximus. (§. 393.) Ex- nibus  
 stinctiua huius est loci. Cum nimirum interfit cur praescri-  
 reipublicae, ne lites sint immortales: cuium- sribatur.  
 que actioni praescriptum est tempus, intra quod  
 moveri debet. Hoc elapso actio *per praescrip-*  
*tionem est extincta.* §. 1183.

Actio- nes vel perpetuae vel tempo- ral. §. 1183. Quam autem aliae actiones citius, aliae tardius, expirent: iure Romano aliae PERPETVAE, aliae TEMPORALES, adpellantur. PERPETVAE, quae triginta saltim annos durant \*): L. 3. C. de praeser. 30. ann. TEMPORALES, quae citius expirent.

\*) Olim actiones civiles vere erant perpetuae, hodie tantum ita vocantur, si saltim XXX. annos durent. L. 1. §. 1. C. de ann. except. Nam spatium XXX. annorum veteribus erat γενεά, adeoque perpetuum dicebatur, quod XXX. annos durabat. Gloss. Nomicae: περ- πετῶν καλεῖ καὶ τὸν τριακοντα εἰτίας χρόνον, καὶ τὸν ἀχρὸς τῆς ζωῆς τοῦ ἀνθρώπου χρόνον. Perpetuum vocatur tum triginta annorum spatium, tum quod per vitam hominis durat.

Regula  
I. de ac-  
tionibus  
realibus

§. 1184. De utrisque observandae regulae. I. Actiones in rem sunt XXX. annorum \*); L. pen. C. de praeser long. temp. Hoc tempus ergo praestitutum quoque est REI VINDICATIONI, nisi ecclesiae, aut civitates, aut fiscus res suas vindicent, ubi post quadraginta nemum annos eidem, praescribitur. (§. 404.) Auth. quas actiones C. de SS. eccles.

\*) Caeterum observandum est, actiones reales aliquando citius quidem expirent: tunc scilicet, si quis earum obiectum per praescriptionem trium, decem aut viginti annorum adquisit. At hoc casu non percutit per praescriptionem extinctivam, de qua hoc titulo agimus; sed per consequentiam, sublato earum fundamento; quia ius meum non potest per-  
durare, si idem alter adquisit. §.

§. 1185. Idem tempus XXX. annorum etiam Inprimis con-  
obtinet circa actionem CONFESSORIAM & fessoria  
NEGATORIAM. \*) & nega-  
toria.

\*) Per consequentiam tamen actio *confessoria* citius perire potest, si quis seruitutem per non vltim qualificatum amisit; (§. 368.) & *negatoria*, si adversarius praescriptione ius seruitutis adquisiuit. (§. 352.)

§. 1186. ACTIO HYPOTHECARIA, si tertius Hypo-  
pignus possidet, XXX. annis; si ipse debitor, theca-  
XL. annis expirat. L. 7. pr. C. de praescr. XXX. annor. L. 1. §. 1. C. de ann. exc.

§. 1187. HEREDITATIS PETITIONI *simplici* An &  
pariter XXX. annis; L. 7. C. de pet. her. L. 3. tatis pe-  
C. in quib. caus. cess. long. temp. praescript. titio &  
QUERELAE INOFFICIOSI, tamquam odiosae, querela  
quinquennio praescribitur. (§. 535. III) ciosif?

§. 1188. Addimus actiones *in rem scriptas* An &  
naturam personalium seruare, hinc illis praescri- actio-  
bi XXX annis; nisi quod actio QVOD METVUS nes in  
quadriennio elapso non detur nisi in simplum. scrip-  
(§. 1006.) tae?

§. 1189. Altera regula est: *Actiones persona-* Regula  
*les rei persecutoriae, civiles & praetoriae,* II. de ac-  
*perpetuae sunt, adeoque triginta annos durant.* tionibus  
Exceptae sunt I. actiones ecclesiarum, ciuita- perso-  
*rum, fisci, quae XL. annos durant. (§. 404.)* nalis  
II. *Actiones honorariae, quae ad rescissionem rei per-  
actus tendunt, quae sunt temporales. Sic actio sequo-*  
*Paul*

*Pauliana* annum utilem; *L. 1. pr. L. 10. §. 18. ff. quae in fraud. cred. restitutiones* pleraeque quadriennium; *L. ult. C. de temp. in int. rest.* actio redhibitoria sex menses; quanti minoris annum durat. *L. 38. pr. ff. de aedit. edict.*

Reg. III. De actionibus personalibus ex delictis privatis  
 §. 1190. Tertia: Omnes actiones poenales ex delictis privatis civiles perpetuae; praetoriae annales sunt. Excipitur I. actio FVRTI MANIFESTI, quae, tametsi a praetore inuenta, perpetua est, *pr. Inst. h. t.* quia exemplo legis XII. tab. inuenta, II. actio FVRTI ADVERSUS NAVTAS, CAVPONES, STABVLARIOS, & III. actio ARBORVM FVRTIM CAESARVM; quae itidem praetoriae & perpetuae tamen. *L. ult. §. 1. Inst. de caup. stab. L. 1. §. 6. 7. ff. arb. furt. caes.* Cuius naturae etiam sunt IV. actio DEPOSITI MISERABILIS, *L. 18. ff. de depof. V. SERVI CORRVPTE, L. 13. ff. de serv. corr. VI. de EFVEVSIS & deiectis, nisi de occiso libero homine agatur, quo casu annalis est. L. 5. §. 5. ff. de his qui effud. vel deiec.* VII. Actio de dolo biennalis est, & ne litis quidem contestatione perpetuatur. *L. ult. C. de dolo malo. §. 2.*

Reg. IV. De persequutione criminum, & V. de effectu li  
 §. 1191. Quartum axiomata esto: Accusationes criminales ordinarie vicennariae sunt. *L. 12. C. ad Leg. Cornel. de falsis. §. 1. Ordinarie inquam.* Nam fallit regula, I. in delictis, quae lege Iulia de adulteriis coercentur. *L. 29. §. 5. seq. ff. ad leg. Iul. de adult.* II. in crimine peculatus, *L. 7. ff. ad L. Iul. peculat. & III.*



ex SC. Silianiano, quibus quinquennio praescribitur. *L. 13. ff. ad SC. Silan.* Quintum denique: post litem contestatam actiones perpetuae ad XL. annos, temporales ad XXX. producuntur. *litis contestatio in solent quasi contractum.*

*sin fuerit tunc in dno p[ro]p[ri]o.*

§. 1192. Quum actiones in bonis esse censentur: (§. 341.) eae etiam ex parte hereditibus & aduersus heredes dantur. Ex parte inquam. Vnde primum axioma: I. *Omnes actiones rei persecutoriae & poenales hereditibus quoque dantur, nisi vel ad meram vindictam comparatae sint, vel actoris speciatim non interfit.* Vnde facile patet, cur actiones iniuriarum, (§. 1066.) de inofficioso testamento, (§. 535. II.) de calumniatoribus, (§. 1116. VI.) de reuocanda donatione ob ingratitudinem, (§. 415. III.) omnesque actiones populares, (*L. 5. §. 5. ff. de his, qui effud.*) hereditibus non competant.

Quaenam actiones denique hereditibus & aduersus heredes? Axioma I.

§. 1193. Alterum est: *Omnes actiones rei persecutoriae, etiamsi ex delicto sint, aduersus heredes dantur & quidem in solidum. §. I. Inst. h. t. Saltim iure canonico ob cap. 5. X. de raptor. & in foro haec thesis expedita habetur. Cap. fin. de sepult.*

Axioma II.

§. 1194. Tertium: *Actiones poenales, siue ex delicto, siue ex contractu, hereditibus quidem sed non contra heredes dantur, nisi ab ipsis delinquentibus sint contestatae. §. I. Inst. h. t. L. 26. & L. 58. ff. de obl. & act. L. 104. ff. de R. I.*

Axioma III.

  
*Quarta* TIT. XIII. *Subquarta*  
 DE  
 EXCEPTIONIBVS.

§. 1195.

Con-  
rexió.

**H**actenus de *actionibus*. Quemadmodum vero *actoris* est, ius suum persequi in iudicio: ita *rei*, se defendere; idque fit, vel negando fundamentum actionis, vel causam fatendo quidem, sed subiuncta EXCEPTIONE.

Excep-  
tio  
quid?

§. 1196. EXCEPTIO nimirum latius accepta est *omnis rei allegatio ac defensio, qua intentio actoris vel ipso iure vel ob aequitatem eliditur*. L. 2. §. 1. L. 15. ff. h. t. Si vero accipiat *strictius*, est *actionis iure stricto competentis ob aequitatem exclusio* *pr. Inst. h. t.* L. 2. *pr. ff. h. t.* L. 12. ff. *de dol. mal. & met. exc.* Ergo exceptiones proprie non sunt, quibus ipso iure actio excluditur, uti solutionis, compensationis, quamvis hodie in foro id nomen obtineant, & a Doctoribus *exceptiones facti* adpellentur.

Ciuiles  
& prae-  
toriae.

§ 1197. Eae sunt vel CIVILES, quae ex iure *ciuili*; vel PRAETORIAE, quae ex iure *praetorio nascuntur*. §. 7. *Inst. h. t.* Sic CIVILES sunt exceptio *SC. Macedoniani, Velleiani, non numeratae pecuniae, praescriptionis*; PRAETORIAE,

TORIAE, exceptiones doli mali, pacti, iurisiurandi, quod metus causa.

§. 1198. Deinde aliae PERPETVAE & PEREMTORIAE sunt, quae semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt. §. 9. *Inst. h. t.* quales sunt omnes superiore §. recensitae, vel TEMPORARIAE, & DILATORIAE, quae ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt; §. 10. *Inst. h. t.* siue ob personam & iurisdictionem iudicis, siue ob inhabilitatem actoris, vel procuratoris, siue ob modum procedendi, siue ob merita causae. Tales sunt exceptiones praescriptionis fori, suspecti iudicis, feriarum, libelli obscuri, causationis, ante dignam petitionis. §. 33. *inst. de act. cl. Engel. Collig. univ. jur. can. tit. de plus petit.*

§. 1199. Alio sensu quaedam exceptiones dicuntur perpetuae, quia nullo tempore iis praescribitur, quamvis actiones ex eadem causa temporales sint, veluti exceptio doli, quae perpetua est, quum actio de dolo sit biennalis. Et tales ordinarie sunt omnes, quia reus non potest prius excipere, quam actione conveniatur. *L. 5. §. ult. ff. de dol. mal. & met. exc.* Temporariae contra hoc sensu sunt, quae certo tempore expirant, quales sunt, quibus conventio aut lex certum tempus praefinit; uti exceptio pacti de non petendo temporalis, non numeratae pecuniae, quam biennalem esse diximus. (§. 851.) *L. 4. C. de N. N. P. & exceptio non numeratae dotis, de qua §. 854.*

Excep-  
tiones  
vel rea-  
les vel  
perfo-  
nales.

Perfo-  
nales  
duplicis  
generis.

§. 1200. Postremo quaedam exceptiones rei cohererent, quaedam ad personam sunt restrictae. Illae REALES, hae PERSONALES dicuntur.

§. 1201. Personales aut restrictae sunt ad personam eius, qui illas opponit, aut eius, cui opponuntur. Prioris generis sunt exceptiones competentiae, (§. 1137.) & pacti personalis de non petendo. L. 22. L. 35. §. 1. D. de pact. Posterioris generis est exceptio doli.

*Englisk* TIT. XIV.

D E

REPLICATIONIBVS.

Con-  
nexio.

Replica-  
tio.

Dupli-  
catio.

*Englisk*

Quotal-  
legatio-  
nes par-  
tibus  
permit-

§. 1202.  
**V**ti reus exceptione sua intentionem actoris; (§. 1196.) ita actor noua allegatione exceptionem rei elidit, eaque vocari solet REPLICATIONIO. pr Inst. h. t.

§. 1203. Quum vero contingere possit, vt replicatio, quae prima facie iusta est, noua allegatione excludatur a reo: ea tunc vocatur DVPLICATIONIO. §. 1. Inst. eod.

§. 1204. In quibusdam foris & actori TRILPLICATIONIO, & reo QVADRPLICATIONIO conceditur, §. 2. Inst. h. t. immo & vltiores allegationes admittuntur. Verum in iudiciis bene

con-

constitutis id non temere permittitur, sed par-tendae? tes coguntur in replicatione & duplicatione ad sententiam concludere, & si id faciant, iudex causam ex officio pro conclusa habet. Ceterum reo ultimam allegationem competere, & ratio iuris & usus fori probat.

\*\*\*\*\*

TIT. XV.

INTERDICTIS.

§. 1205.

INTERDICTA sunt formulae & conceptiones Interdicta verborum, quibus Praetor in causa, mo- quid? ram non ferente, vel ipsam reipublicae utilita- tem attingente, aliquid fieri iubebat aut prohi- bebatur. *pr. I h. t.* iure nouo pro interdictis competunt EXTRAORDINARIAE ACTIONES, h. e. interdicta ipsa etiam iure nouo dantur; alii modus procedendi antiquus, quem late de- scribit Friderus in *tract. de interdictis com- ment. 17.* ex usu recessit.

§. 1206 Sunt ea ratione formae vel PRO- Prohibi- HIBITORIA, veluti interdicta *ne vis fiat ei, qui* teria, res *in possessionem meam, ut erit, ne quid in loco sa-* stituto- *cro fiat, ne quid in loco publico vel itinere* ria; ex- *fiat, &c.* vel RESTITUTORIA, veluti interdic- hibito- *tum* *et c.* *et* vel EXHIBITORIA, v. c. *de li-* ria.

ff

berb

vero homine exhibendo, de tabulis exhibendis, de quibus tituli singulares exstant in Digestis.

Adip. §. 1207. Deinde si ad obiectum eorum respiciamus, vel de rebus *divini iuris* dantur, vel de obiecto *humani iuris*. Prioris generis est interdictum, ne quid in loco sacro fiat. Ad posterius genus vero pertinent interdicta I. de libero homine; II. de re publica; III. de re priuata. Haec vel sunt ADIPISCENDAE, vel RETINENDAE, vel RECUPERANDAE POSSESSIONIS. §. 2. & 4. *Inst. h. t.*

Quae- §. 1208. ADIPISCENDAE possessionis causa nam adipiscendae poss. praecipue comparata sunt interdicta quorum bonorum, quod legatorum, & Salutarium. §. 3. *I. h. t.*

Inter- §. 1209. Interdictum QVORVM BONORVM dict. datur bonorum possessori siue heredi praetorio, quorum bonorum. *L. 1. pr. ff. quor. bonor.* aduersus eum, qui pro herede vel pro possessore possidet \*), ad consequendam rerum hereditariarum possessionem. §. 3. *Inst. h. t. d. L. 1. pr. ff. quor. bon.*

\*) Pro herede possidere dicitur, qui se heredem esse ait: pro possessore, qui hereditatem, sciens, nullo ad se iure pertinere, possidet, quia possidet §. 3. *Inst. h. t. L. 11. L. 12. L. 13. ff. de hered. petit.*

Eius dif- §. 1210. Differt ergo hoc interdictum ab hereditatis petitione, quod I. hac *ius hereditatis*, ab illo eiusdem *possessionem*; II. hac & *res corporales*.

*est remedium huiusmodi, ut si quis de rebus divinis in rebus humanis possidet, pro herede possidet.*

DE INTER  
 §. 120. Et vero hereditatis petitione  
 §. 121. Vnde si quis de rebus divinis in rebus humanis possidet, pro herede possidet.  
 §. 122. Alterum interdictum datur hereditatis petitione, quod legatorum, & Salutarium. §. 3. *I. h. t.*  
 §. 123. SALUTARIUM interdictum datur hereditatis petitione, quod legatorum, & Salutarium. §. 3. *I. h. t.*  
 §. 124. Vnde si quis de rebus divinis in rebus humanis possidet, pro herede possidet.

vales & iara; illo solas res corporales perfequimur; L. 2. ff. quor. bon. L. 12. L. 19. ff. de her. pet. III. in illo tantum demonstratio, petiorem praesumptivum esse heredem, in hac sollemnier probatio iuris hereditarii requiritur. L. 1. C. quor. bonor.

§. 1211. Ei vero interdicto affine est REMEDIVM ex L. ult. C. de edicto D. Hadr. toll. quo heres, in testamento scriptus, in possessionem mitti iure petit, si testamentum vitio visibili non laboret. Remed. ex L. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.

§. 1212. Alterum interdictum QVOD LEGATORVM datur heredi bonorum possessori, qui satisdedit, L. 1. §. 16. ff. quod legat. adversus legatarium, qui rem legatam sine voluntate heredis, occupavit, vt eam restituat, quo quarta Falcidia detrahi possit, vel in id, quod interest, condemnetur. L. 1. §. 2. ff. L. un. C. quod legat. Interdict. quod legatorum.

§. 1213. SALVIANVM interdictum datur domino fundi contra colonum ad consequendam possessionem rerum coloni, pro mercede oppignoratarum. §. 3. Inst. h. t. L. 1. §. 1. ff. de Salv. interd. QVASI SALVIANVM omni creditori adversus possessorem rei sibi obligatae ad eius consequendam possessionem. d. L. 1. §. 1. ff. eod. Interdict. Saluvianum & quasi Saluvianum.

§. 1214. Vnde differunt haec interdicta ab Quoc. actionibus Serviana, & quasi Serviana, dum I. mood disse-

rant ab actionibus Seruiana & quasi Seruiana?

interdicta dantur ad possessionem consequendam, actiones ad ius pignoris declarandum, L. 1. *pr.* §. 1. *seq.* L. 2. *ff. de Salv. interdict.* II. Illae actiones contra quemcumque possessorem; hoc interdictum tantum contra oppignorantem datur. L. 1. *C. de precar.* III. Interdictum paratoris executionis est, leuiiores probationes admittit, & exceptiones altioris indaginis respuit.

Interd. ret. possess. §. 1215. RETINENDAE possessionis causa (§. 1207.) prodita sunt interdicta VTI POSSIDETIS & VTRUBI §. 4. *Inst. h. t.*

Interd. uti possidetis. §. 1216. Interdictum VTI POSSIDETIS competit ei, qui rem immobilem tempore litis contestatae nec *vi*, nec *clam*, nec *precario*, possidet, L. 1. §. 8. 9. *ff. uti possid.* contra turbantem, ad id, ut a turbatione desistat, deque eo caueat, & praestet simul, quod interest. L. 1. §. 4. 6. *ff. L. vn. C. uti possid.*

Hodie vel summarissimum vel ordinarium. §. 1217. In foris nostris interdictum hoc pro ducitur ad omnem, qui possidet, modo de vi-tiis possessionis non aperte constat. Hinc hodie interdictum ut possidetis, siue ut pragmatici loquuntur, REMEDIUM POSSESSORIVM duplex habemus, SUMMARISSIMUM & ORDINARIUM. In illo nudum factum possessionis, & ultimus eius actus quietus, in hoc antiquior & melior possessio spectatur.

Interd. vtrubi. §. 1218. Interdictum contra VTRUBI datur ei, qui rem mobilem tempore litis contestatae nec



nec vi, nec clam, nec precario, possidet. *L. vi.*  
 §. 1. ff. *utrobi* & §. 4. *Inst. h. t.* aduersus tur-  
 bantem, vt a turbatione desistat, cautionem de  
 non amplius turbando, idque, quod interest,  
 praestet.

§. 1219. Vtiliter haec interdicta etiam ad Ea in-  
 feruitutes & iura, ad superficiem, vsumfructum terdicta  
 proferuntur; imo vsus fori ea ad ius colono- an & ad  
 rum protulit. Sand. *Lib. 5. tit. 4. def. 2.* iura per-  
 tineant?

§. 1220. RECUPERANDAE possessionis caus- Interd.  
 fa interdictum VNDE VI competit ei, qui per- recupe-  
 vim a possessione rei immobilis deiectus est, randae  
 eiusue heredi; *L. 1. §. 44. ff. de vi & vi arm.* posses-  
 aduersus deiecentem non eius heredem, nisi in sionis  
 quantum ad eum peruenit, *L. 1. §. ult. L. 2.* vnde vi.  
*ff. L. 2 C. eod.* ad restituendam possessionem,  
 cum fructibus ac omni utilitate, damnumque  
 deiciendo datum resarciendum, §. 6. *Inst. h. t.*  
 & si possidere desierit, ad id, quod interest.  
*L. 15. ff. eod.*

§. 1221. In praxi affine remedium passim re- Actio  
 ceptum est ex interpretatione potius, quam ver- de spo-  
 bis *canonis redintegranda 3. caus. 3. Qu. 1.* lio.  
 & *cap. 18. X. de restit. spol.* nempe ACTIO  
 de SPOLIO, quo spoliatus agit non modo de  
 re immobili, sed & de mobili, non modo ad-  
 uersus spoliantem; sed & aduersus quemcum-  
 que possessorem; ad restituendum spolium. Zieg.  
*Comy. ad can. redin. tegr. Guil. L. 2. Obs. 75.*

**Interd.** §. 1222. Denique alia interdicta **SIMPLICIA**  
**simplicia &** sunt, in quibus facile adparet, quis possideat,  
**duplicia** adeoque quis reus sit, ex gr. *quorum bonorum*,  
*quod legatorum, Saluianum*, unde vi:  
 alia **DVPLICIA**, in quibus uterque actoris vel  
 rei vice fungi posset. Qualia sunt interdicta  
*uti possidetis & utrobi* L. 2. pr. ff. §. ult.  
Inst. h. t.

**Manda-** §. 1223. Adfinia interdictis sunt **MANDA-**  
**ta cum** TA in foris nostris vltatissima, praecipue ad  
**& sine** viam facti compescendam inuenta, & vel *cura*  
**clausula** vel *sine clausula* expediuntur.

*Maria*  
*annonyman fuzno virmar*  
 D E  
 TIT. XVI.

POENA TEMERE LITI-  
 GANTIVM.

§. 1224.

**Coerci-** **Q**uia saepe temere litigant homines, legum-  
**tio te-** latorum varia excogitarunt media, coer-  
**mere li-** cendi hanc temeritatem. Huc pertinent **IVS-**  
**tigent-** **IVRANDVM CALVMNIAE & variæ POENAE,**  
**tium.** pr. Inst. h. t.

**Iusiur-** §. 1225. Iusiurandum **CALVMNIAE**, quo  
**rand.ca-** partes & **advocati iurant, se causam suam**  
**II. 19** *iustam ex istimare*, L. 2. C. de iurciur. propt.  
cal.

cal. L. 14. §. 1. C. de iudic. Nov. 49. C. 3. lumnias  
L. 24. §. 4. L. 37. D. de iurciur. L. 5. §. 14. quotu-  
D. de nov. op. nunc. plex?

§. 1226. Alter modus coercendi litigantium Poena  
temeritatem est POENA. (§. 1224.) Huc per- pecu-  
tinet I. poena dupli, in deposito miserabili; niaria.  
(§. 785.) damno iniuria dato; (§. 1058.) ex-  
ceptione non numeratae pecuniae; Nov. 118.  
cap. 8. legatis piae causae relictis. (§. 1121.)  
II. Onus probandi in reum devolutum, qui  
conditione indebiti conventus, salutionem ne-  
gat. L. 25. pr. D. de probat. III. Obligatio in  
solidum, si quis animal nocens suum esse nega-  
verit. (§. 1169.) IV. Refusio expensarum litis,  
§. 1. I. h. t. L. 79 pr. D. L. 13. §. 6. C. de iudic.

## TIT. XVII.

Whom Whiffar = DE = Om In.

## OFFICIO IUDICIS.

§. 1227.

IUDICIUM est legitima causae controuersae Iudici-  
cognitio & decisio a iudice competente fac. um  
ta. In omni iudicio ergo spectanda sunt I. SVB- quid?  
JECTVM h. e. personae iudicium constituen-  
tes; II. OBJECTVM siue causae in iudicium  
deductae; III. FORMA, siue modus proceden-  
di, qui dicitur PROCESSVS.

ff +

§. 1228.

Personae in  
iudicio  
obveni-  
entes.

§. 1228. Personae in iudicio occurrentes, & quidem principales sunt IVDEX & partes litigantes, ACTOR atque REVS L. 62 D. de iudic. Minus principales ex parte iudicis sunt: ACTVARIVS, ASSESSORES, SCRIBAE, ADPARTITORES, MANVS MILITARIS; &c. Ex parte litigantium: ADVOCATI, PROCVRATORES, SYNDICI, LITIS DENVNCIATI, TVTORES, CVRATORES, ACTORES, &c. §. 6. *inst. de Curat.*

Quid actor & reus?

§. 1229. ACTOR est, qui aliquid in iudicio sibi dari vel fieri intendit; L. 13. L. 14. L. 62. D. de iudic. REVS, qui se ab actione defendit. L. 3. D. de iurciur. §. 1. I. de exc. In vtroque requiritur, vt habeat legitimam personam standi in iudicio <sup>tot. tit.</sup> L. 1. C. qui leg. person. §. 6. standi in iud. hab. De actore vero obseruandum, quod ordinario inuitus ad agendum non compellatur. L. vii. C. ut nem. inuit. ag. Caeterum iudicia, in quibus ob dubiam vel communi possessionem vterque actoris partibus fungi potest, DVPLICIA vocantur, L. 44. §. 4. D. fam. herc. L. 13. L. 14. D. de iudic. §. vit. I. de interd. Qualia sunt iudicia *firmam regundorum, familiae hereditariae & communis diuidendo.*

Requisita in iudice.

§. 1230. In iudice requiritur I. vt iurisdictione gaudeat; II. vt sit competentens; III. non suspectus. L. 17. D. de iudic. L. 16. C. eod. III. 4.

Quid iurisdictionis

§. 1231. IURISDICTIO iure romano est iuris magistratui competens, causas civiles controuersas

*versas cognoscendi & decidendi.* Ex qua definitione pronò alioo sunt axiomata: I. Iurisdictio soli magistratui, non iudici pedaneo, nec magis *arbitria* competit. L. 11. §. 3. *de recept.* L. 3. *D. de iurisd.* II. Ius inquirendi & puniendi delicta proprie non dicitur iurisdictio, sed **QUAESTIO & GLADIJ POTESTAS.** Nec III. ius, auctoritatem impertiendi actibus civium apud Romanos iurisditionis nomine proprie venit.

§. 1232. Praeterea vero observandum: I. iurisditionem magistratibus romanis competuisse iure magistratus. Contra II. ius, actus civium confirmandi, datum quidem fuisse magistratibus nonnullis, sed speciali lege. L. 2. *de offic. eius, cui mand. est iurisd.* Sic & III. quosdam magistratus habuisse quaestionem siue ius gladii, sed id quoque ex specialis legis concessione, non iure magistratus. L. 1. *D. eod.* IV. Ea, quae magistratui iure magistratus competebant, potuisse mandari, non vero ea, quae ex speciali concessione habebat. L. 1. *pr. §. 1. L. 2. pr. §. 1. eod. l. 5. p. §. 1. eod.*

Axiomata de iurisditione.

§. 1233. Dividitur iurisdictio I. in **PROPRIAM & MANDATAM** siue **DELEGATAM.** Illa est, quae ab ipso magistratu exercetur, haec ab alio nomine magistratus. L. 5. L. 6. *de iurisd.* L. 1. §. 1. L. 3. *de offic. eius, cui mand. iurisd.*

Jurisdictio vel propria vel mandata.

§. 1234. Porro aut **ORDINARIA** est, aut **PROROGATA.** *prorogata* nimirum dicitur, quae

Aut ordinaria

aut pro- vel consensu partium litigantium, vel ex legis  
rogata. praescripto extra terminos exercetur. *L. 18. D. de iurisd. L. 1. L. 2. D. de iudic.* Hinc pro-  
rogatio iurisdictionis vel VOLUNTARIA est vel  
NECESSARIA. Haec in RECONVENTIONE la-  
tet. *L. 11. §. 1. D. de iurisd.*

Quid imperium & quotu-  
plex? §. 1235. A iurisdictione differt IMPERIVM,  
h. e. ius coercendi, quod in CIVILE ac MILLI-  
TARE, item in MERVM & MIXTVM dispeſci-  
tur *L. 3. D. de iurisd. L. 1. §. ult. L. ult. §. 1. D. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* Ci-  
vile magistratibus maioribus vrbanis, militare  
magistratui cum exercitu in prouincia versanti  
competit. Quid merum & mixtum fuerit impe-  
rium, non constat. Vulgo existimant, merum  
imperium, fuisse potestatem puniendi delicta,  
mixtum vero ius exsequendi sententiam in causa  
civili latam.

Facies iurisdic-  
tionis  
hodie-  
na. §. 1236. Nobis iurisdictione generalius quam  
cunq; potestatem magistratui competentem sig-  
nificat, & praeter species Romanis cognitae,  
(§. 1233 - 1234.) ea hodie I. in voluntariam ac  
contentiosam; voluntaria porro in meram &  
mixtam; contentiosa in civilem ac criminalem;  
II in realem, patrimonialem & administrato-  
riam dispeſci solet.

Quid compe-  
tentia §. 1237. Non vero sufficit ad iudicium recte  
constituendum, vt iudex habeat iurisdictionem  
in genere; sed requiritur vt etiam respectu cau-  
sae

DE OFFICIO  
 dicitur cum iuris  
 in competens in (§  
 dicitur respectu L. vt in  
 causa est, iudicium  
 hoc specie iurisdic  
 in conuentione spectat  
 in habet. Act  
 L. 2. C. de iur  
 Leg. Competen  
 est, vel ex prior  
 IUR. hoc PARVIL  
 se porro vel GEN  
 ut vel in omnia  
 in tantum causa c  
 ne generale de f  
 USTRACTVS; P  
 ELITAE; CON  
 IURISDICTIONIS  
 ADMINISTRATIONIS  
 in causae sunt:  
 IURVM; FISCO  
 REONARVM;  
 ACADEMICOM  
 in causis lat

§. 1239. Cau  
 delicticae sunt  
 vel criminales,  
 ta sunt, vel  
 eodem fonte

fac & aduersus reum iurisdictione fundata, siue ut iudicis **forum competens** sit. (§. 1230.) Competentia ergo fori requirit I. ut iudex in tali causa, qualis obuia est, iudicare possit, siue quod vulgo dicitur, specie iurisdictionis gaudeat, ad quam causa controuersa spectat; II. ut reus in hac lite ipsi sit subiectus. Actor enim forum rei sequi tenetur. L. 2. C. de iurisd. III. 13.

§. 1238. Competens forum vel ex iure communi est, vel ex priuilegio. Illud forum **COMMUNE**, hoc **PRIVILEGIATVM** vocatur. Commune porro vel **GENERALE** est vel **SPECIALE**, prout vel in omnibus ordinario causis, vel in certa tantum causa competens est. Forum commune generale est forum **DOMICILII**; specialia: **CONTRACTVS**; **DELICTI**; **DEPREHENSIONIS**; **REI SITAE**; **CONTINENTIAE CAUSARVM**, **IURISDICTIONIS PROROGATAE & GESTAE ADMINISTRATIONIS**. Fora priuilegiata ratione *causae* sunt: forum causarum **ECCLESIASTICARVM**; **FISCALIVM** &c. intuitu *personae* **PERSONARVM MISERABILIVM**; **MILITVM**; **ACADEMICORVM** & **CLERICORVM**, de quibus omnibus latius in Pandectis agitur.

§. 1239. Causae in iudicium deductae vel ecclesiasticae sunt vel saeculares; hae vel civiles vel criminales, inde et iudicia vel **ECCLESIASTICA** sunt, vel **CIVILIA** vel **CRIMINALIA**. Ex eodem fonte fluit diuisio iudiciorum in **REALIA** & **PERSONALIA**.

Forum competens quatuorplex

Iudiciorum diuisiones ratione causae tractandae.

LIA & PERSONALIA §. 1. I. de act. L. 25. D. de O. & A., in VNIVERSALIA, GENERALIA & SINGVLARIA; L. 1. D. de R. V. L. 38. pr. D. pro soc. in PETITORIA & POSSESSORIA, L. 14. §. ult. D. de except. rei iud.

Substantialia processus. §. 1240. In ordine procedendi actus essentialis separandi sunt ab accidentalibus. Hi FORMALIA PROCESSVS; illi SVBSTANTIALIA adpellantur, suntque: ACTIO, CITATIO, RESPONSIO, PROBATIO, ac SENTENTIA. Substantialia in omni iudicio obseruanda sunt, ne nullitas oriatur. Cum vero aliis in causis formalia seruentur; in aliis omittantur; inde processus in ORDINARIVM & SVMMARIVM abit. *Clem. 2. de iud. — Clem. 2. de P. S.*

§. 1241. Sententia impugnari potest per APPELLATIONEM, quae est legitima ad iudicem superiorem ab inferiore provocatio, eum in finem facta, et sententia viribus iudicati suspendatur, & grauiamen illatum reparatur. *L. 1. pr. D. L. 30. L. 32. C. de appellat.*

Appellatio quid?

## TIT. XVIII.

D E

## PUBLICIS IVDICIIS.

§. 1242.

Connexio.

Supra diximus, delicta alia PRIVATA esse, alia PVBLICA. (§. 1014.) De his sub finem libelli Imperator agit. Maxime haec crimina publica differunt a priuatis. Nam I. ea

non



ad §. 1241. in fine

Appellatio interponi debet  
intra decennium. auth. Hodie  
Cod. de appellat. VIII. 62. quod  
scienti currit à momento publi-  
-cationis facta. l. 1. §. q. quando  
appellandum. Ignoranti e. g. tertio  
ad publicationem non citato à  
Die Scientia. Cap. 8. De app. in 6<sup>o</sup>.

IV. TIT. XVII.

§. 1. I. de off. l. p.  
UNIVERSALIA. GEMER  
L. 1. II. de R. V. L.  
PETTORIA de PONES  
D. de excep. et ind.  
procedendi ante offi-  
ab accidentibus. H  
VS; H; SUBSTANTIA  
de: ACTO. CITATIO.  
CITO. in SACRATA  
iudicium deferenda sunt,  
um vero illi in causis fore  
lis committuntur inde pro  
& SYNDICATUM ab  
L. 1. in P.  
impugnari potest per ap-  
legimus ad nullum  
prolocutio, non in se  
ia videret talium §.  
filium reporter. L.  
C. de appat.

XVIII.  
INDICIS

1242.  
in 1<sup>o</sup> PRIVATA est,  
1244.) De his talis §.  
git. Maxime hoc debet  
à publicis. Hic l. 6.  
ona

8

... per...  
... & h...  
... qu...  
... ill...  
... de...  
... con...  
... & ...  
... & ...  
... ad ...  
... ad ...  
... ad ...

§ 1243. POENA  
CAPITALIS. I  
... § 18  
... ad ...  
... L. 6. §. 11.

§ 1244. Poena  
... erant dat  
... capitis ut  
... in infir  
... §. 1. §. de  
... obsequio, flagit  
... relegatio  
... §. cit. L. 7.

§ 1245. Quo  
... de publ  
... modi leges  
... H  
... dicebat  
... 47. d  
...

non privati persequuntur, quorum interest, sed Differe-  
 respública: & hinc II. unicuique accusandi ius rentia  
 est, nisi quis speciatim prohibeatur, §. 1. *L. h. t.* iudicio-  
 dummodo III. accusator subscribat in crimen, rum  
 id est libello se obstringat ad poenam talionis, publicis  
 si calumniae convictus fuerit *L. 7. pr. L. ult.* & pri-  
 vato-  
 rum.  
 C. de accus. & inser. *L. ult. C. de calumn.*  
 Quin & IV. non actor hic persequitur poenam  
 pecuniariam, sibi applicandam, sed ad vindictam  
 publicam agit accusator.

§. 1243. POENA vel CAPITALIS est, vel Poena  
 NON-CAPITALIS. Illa vel vitam naturalem, vel quatu-  
 caput civile, (§. 187. \*) tollit: haec nec vitam, plex  
 nec caput civile, libertatem puta, aut civitatem,  
 aufert. *L. 6. §. ult. ff. de poen. §. 2. Inst. h. t.*

§. 1244. Poenae capitales apud Romanos Poenae  
 receptae erant damnatio ad furtam, viulcom- capita-  
 burium, capitis amputatio, damnatio in metalla, les &  
 deportatio in insulam: *L. 28. pr. §. 11. L. 8. non ca-  
 pitales.*  
 §. 1. sequ. ff. de poen. Non capitales furtium  
 admonitio, flagellatio, damnatio ad operas pub-  
 licas, relegatio, infamia, dignitatis privatio. *L.*  
*6. §. ult. L. 7. L. 8. pr. L. 28. ff. de poen.*

§. 1245. Quum vero illae poenae vel certis Crimina  
 legibus de publicis iudiciis definitae sint, vel extraor-  
 eiusmodi leges de iis non essent iudicia illa dinata  
 xax εζοχης PVBLICIA, haec EXTRAORDI-  
 NARIA dicebantur (§. 1015.) De his libro Pan-  
 dectarum 47. de illis solis Institutionibus iam agi-  
 tur.  
 §. 1246.

**Leges de iudiciis publicis.** §. 1246. Leges autem, quae de publicis iudiciis exstant, sunt: I. *Lex Iulia maiestatis*, II. *lex Iulia de adulteriis*, III. *lex Cornelia de sicariis*, IV. *lex pompeia de parricidiis*, V. *lex Cornelia de falsis*, VI. *leges Iuliae de vi publica & priuata*, VII. *lex Iulia de peculatu & residuis*, VIII. *lex Fabia de plagiaris*, XI. *leges Iuliae ambitus, repetundarum & de annonae.*

**Lex Iulia maiestatis.** §. 1247. I. *Lex Iulia MAIESTATIS* lata a Iulio Caesare, (Cic. *Philipp. I.*) in eos astricta, qui contra reip. vel principis summam potestatem aliquid moliti sunt, §. 5. *Inst. h. t. L. 1. §. 1. ff. ad Leg. Iul. Maiest.* & tum PERDVELLIONEM, tum CRIMEN MAIESTATIS, speciatim ita dictum, vindicat. L. *ult. ff. eod. L. ult. ff. de abolit. crim.*

**Quid perduellio & crimen maiestatis?** §. 1248. PERDVELLIONIS crimine se obstringit, qui hostili animo aduersus rempublicam vel principem animatus est. L. 1. L. 2. L. *ult. ff. ad L. Iul. mai.* §. 3. *Inst. h. t. CRIMINIS MAIESTATIS* in specie reus fit, qui iura maiestatis inuadit, aut aliquid verbis vel factis sine animo hostili in contumeliam principis committit. L. 6. L. 7. L. *ult. ff. eod.*

**Eiusdem Poena.** §. 1249. Poena criminis *perduellionis* est I. supremum supplicium, L. 5. *pr. §. 6. C. eod.* II. memoriae post mortem damnatio, §. 3. *Inst. h. t.* III. publicatio bonorum, L. *ult. ff. L. 5. 6. 7. 8. C. eod.* IV. filiorum a materna, auita,

om-

omniumque propinquorum successione, immo & testamentis extraneorum delata hereditate, nec non ab omni dignitate exclusio; filiarum hereditate materna ad legitimam tantum portionem restricta. L. 5. §. 1. 3. 6. ff. *cod.*

§. 1250. Rei criminis maiestatis speciatim dicti pro eius qualitate capitis damnantur, vel deportantur, vel relegantur, nec ea poena ad liberos extenditur. §. 3. *Inst. h. t. l. 24. ff. de poen.* arg. L. *vit. ff. & l. 5. pr. §. 1. C. h. t.* Poena reorum maiestatis.

§. 1251. Firmavit hanc atrocem legem Neme- vsus  
fis Carolina Art 129. nisi quod non gladio per-  
cutitur perduellis, sed corpus eius in quatuor  
partes secari, easque in locis publicis suspendi  
iubetur. Nec mores ab hoc supplicio abhorrent.  
hodie-  
nus.

§. 1252. Lex Julia de ADVLTERIIS non so-  
lum adulteria, verum etiam nefandam & mon-  
struosam Venerem; incestum, stuprum & leno-  
cinia coercet. Meretricum enim improbitas  
apud Romanos, satis poenae tantae turpitudi-  
nis professioni inesse existimantes, extra poenam  
ciuilem fuit L. 21. L. 29. §. 1. C. ad L. *Iul.*  
*de adult. l. 13. §. 2. ff. cod.* Lex Iu-  
lia de adul-  
teris.

§. 1253. ADVLTERIVM est mulieris alii Adulte-  
nuptae, vel desponsatae vitiatio. L. 6. §. 1. rium  
L. 13. §. 2. L. 34. §. 1. ff. *cod.* Adeoque ex quid  
principiis iuris Rom non solum maritus, sed  
& caelebs, qui alienam subagitaui uxorem,  
vel sponsam, aduiterium commisit, non maritus,  
qui

qui cum inupta rem habuit, quippe stupri tantum reus. L. 6. §. 1. ff. ad Leg. Iul. de adult. At ex principiis iuris canonici *can. 15. caus. 32. qu. 5.* omnis violatio fidei conjugalis adulterium habetur.

**Eius poena publica.** §. 1254. Id crimen & publica severitate ex hac lege coercetur, & *privatim* quibusdam casibus iure vindicatur. Poena publica ex lege Julia non fuit gladii, (vt Iustinianus tradit §. 4. *Inj. h. t.* L. 19. C. de transact. & L. 9. C. ad L. Iul. de adult. sed relegatio in insulam, & publicatio dimidiae partis bonorum, tum adulteri, tum adulterae, & huius simul dimidiae dotis. Paull. Rec. Sent. lib. 2. tit. 28. §. 14. Postea Constantinus capitale esse iussit adulterium. L. 30. §. 1. C. ad Leg. Iul. de adult. Iustinianus adulteram verberatam in monasterium mitti, & nisi eam intra biennium recipiat maritus, attonderi voluit. Nov. 134. cap. 10. Leges Germaniae variant.

**Privata adlterii persequutio.** §. 1255. Privatim vindicta permittitur & marito, & patri adulterae. Sed *illi* occidere licet tantum adulterum, non uxorem, immo nec illum, nisi domi suae, vel a sibi post trinarum denunciationem, testibus tribus munitam, deprehensum: huic & filiam familias, domi suae generive in adulterio deprehensam vna cum adultero occidere licet. L. 20. sequ. ff. ad Leg. Iul. de adult. Nov. 117. cap. 15.

§. 1256.

§. 1256. *Monstrosae & nefandae Veneris* poena capitalis est. L. 31. C. ad L. Iul. de adult. §. 4. *Inft. h. t.* Et ex constitutione quidem *Crim. Art. 116* viucomburio plectuntur rei quidam tam nefandae turpitudinis, quam scire non proficit L. 31. C. de adult.

§. 1257. *Incestus* est coitus illicitus inter eas personas, quae ob consanguinitatem vel adfinitatem coniungi non possunt. (§. 114. seqq.) L. 6. L. ult. C. de incest. nupt. Illud crimen inter adscendentes & descendentes commissum deportatione; in reliquis gradibus arbitrariè punitur L. 5. ff. de quaest. Nov. 12. cap. 1. L. ult. ff. de ritu nupt. Hodie fere obtinet poena capitalis, si personae, in linea recta cognatae coierint. Alias fustigatio, relegatio aut extraordinaria poena obtinet.

§. 1258. *Stuprum* est, quod virginì vel viduae honeste viuenti sine vi inferitur. L. 6. §. 1. L. 34. pr. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult. Eius poena iure Rom. in personis honestis est publicatio dimidiae partis bonorum, in humilibus corporis coercitio cum relegatione. §. 4. *Inft. h. t.* Stuprum vi illatum capitis supplicio luitur. L. 1. §. 2. ff. de extraord. crimin.

§. 1259. Moribus Germanicis eatenus obtinuit ius diuinum. Deut. cap. 12. v. 29. vt stuprator stupratam virginem aut dotare, aut ducere, cogatur cap. 1. 2. X. de adult. Si virgo

matrimonii spe illecta stuprum passa est, abscisse eam ducere tenetur stuprator.

**Lenocinii.** §. 1260. *Lenocinium* est, quando quis feminas aliis quaestus causa prostituit. L. 29 pr. ff. eod. Poena capitalis est, si quis filiam vel vxorem prostituat, alias arbitraria. Nov 14. Et L. 29. §. 3. ff. eod. Id & Const. Crim. Carol. art. 122. seq. & mores sequuntur.

**Lex Cornelia de sicariis.** - §. 1261. III. *Lex Cornelia* DE SICARIIS coercet homicidia & veneficia. HOMICIDA vero est, qui dolo malo hominem occidit; L. 1. §. 3. L. 14. ff. ad leg. Corn. de sicar. qui dolus praesumitur, si quis telo usus sit. L. 1. §. 3. ff. eod. Homicidium tale dolosum capite; §. 5. Inst. h. t. Gen. 9. v. 5. 6. Const. Crim. art. 147. seq. culpa commissum extra ordinem punitur, L. 4. §. 1. L. 7. ff. eod. casu commissum a poena immune est, eoque & moderamen inculpatæ tutelæ pertinet. (§. 1047. II.)

**Et veneficis** §. 1262. *Veneficium* adpellatur vel crimen, quo quis venena mala necandi hominis causa fecit, vendidit, dedit, L. 1. §. 1. L. 3. pr. §. 1. 2. ff. eod. vel quo quis susurris Et incantationibus magicis homines occidit, vel occidere conatus est. L. 13. ff. eod. §. 5. Inst. eod. Horum quoque poena capitalis est. §. 5. Inst. h. t. L. 1. L. 4. L. 5. C. de malef. Et mathem. IX. 18.

**Lex Pompeia** §. 1263. IV. *Lex Pompeia* DE PARRICIDIIS vindicat homicidium inter proximos cognatos com-



commiffum; & quidem, fi quis patrem, matrem, peia de  
 auum, auiam, fratrem, sororem, patrualem, <sup>parrici-</sup>  
 matrualem, patruum, auunculum, amitam, <sup>diis.</sup>  
 confobrinum, confobrinam, vxorem, virum, gene-  
 rum, focrum, vitricum, priuignum, priuignam,  
 patronum, patronam, occiderit. L. 1. pr. ff.  
de Leg. III. <sup>parricid.</sup> de parricid.

§. 1264. Poena in eo confifit, quod parricida, virgis fanguineis caefus, culleo infuitur, <sup>poena</sup>  
 & cum cane, gallo gallinaceo, vipera & fimia,  
 inter ferales iftas anguftias comprehenfus, in vi-  
 cinum mare vel amnem proicitur. §. 6. Inst. h.  
t. L. 9. pr. ff. eod. L. em. C. de his qui par-  
ricid. vel lib. occ. Si mare vel flumen fit remotius,  
 parricida vel viuus comburitur, vel obicitur  
 beftiis. L. 9. pr. ff. eod.

§. 1265. Poenam cullei <sup>Et huius</sup> Et Const. Crim. art. in parricidio inter adfcendentes & descen-  
 dentes admiſſo probat. Alfas fere gladij poena <sup>vsus ho-</sup>  
 obtinet, reusque ad fupplicium trahitur, vel ante <sup>diernus.</sup>  
 illud forcipe candente aliquoties vritur, fi atro-  
 cius fuerit parricidium. Const. Crim. ib. Et art.  
 137.

§. 1266. V. Lex Cornelia de FALSIS <sup>Lex Cor-</sup>  
 cet crimen, quod in veritatis imitatione ac <sup>nelia de</sup>  
 fupprefſione, in alterius fraudem dolose facta, <sup>falsis.</sup>  
 confifit. §. 7. Inst. h. t. L. 16. §. 2. L. 23. ff.  
L. 20. C. ad Leg. Corn. de falſ. Cuius cri-  
 minis rei funt, qui in teſtamento, vel aliis in-

strumentis, in alio nomine adfumendo, in testimonio perhibendo, in supponendo partu, in mensuris, ac denique in nummis adulterandis, falsum committunt.

Falsi  
poena

§. 1267. Ob falsa haec omnia serui supremo supplicio; liberi deportatione & publicatione bonorum adficiuntur. L. 1. §. ult. L. 27. §. ult. L. 32. ff. ad L. Corn. de fals. Adulterantes monetam viucomburio plectuntur ex constitutione Constantini M. L. 1. C. de fals. mon. quam poenam retinuit Carolus V. in Const. Crim.

*Strijk. ubi  
m. b. p. a. d.  
tit. de lege  
de falsis.  
§. 5. 2. 6.*

art. 111. si quis monetam, quoad materiam falsam, cudit, vel ab alio causam sciens dolo malo expendit. Saepius tamen gladii poena irrogatur. Capitale quoque est Crimen suppositi partus; L. 1. C. ad L. Corn. de fals. falsum testimonium; ob quod quis capitis damnatus est; L. 1. §. 1 ff. ad Leg. Cornel. de ficar. immunitas a tabulario civitatis falso concessa L. 1. C. de imm. nem. conced. Reliqua falsa poenis arbitrariis coercentur.

Lex Iulia de vi publica & privata.

§. 1268. VI. Lex Iulia etiam VIM PVBLICAM & PRIVATAM coërcet PVBLICA est vis atrocior, maxime armata, per quam securitas publica violatur. L. 13. pr. §. ult. ff. ad Leg. Iul. de vi publ. Quo & raptus virginum & viduarum, nec non vis a persona publica vel personae publicae illata pertinet. L. 7. L. 10. pr. ff. ad Leg. Iul. de vi publ. PRIVATA est vis minus atrox, & sine armis commissa. §. 8. Inst. h. t.

§. 1269.

§. 1269. *Vis publica* deportatione punitur; Poena.  
 §. 8. *Inst. h. t.* si cum telo aedes alienae expugnatae, vel raptus commissus, poena est capitalis. L. 5. §. 2. L. 11. ff. de vi publ. L. un. C. de rapt. virg. *Vis priuata* publicatione tertiae partis bonorum & infamia coërcetur. L. 1. pr. L. ult. ff. L. 2. C. de vi priv. §. 8. *Inst. h. t.* Circa vim publicam idem fere hodie obtinet. Crimen raptus etiam ex *Constitut. Crimin. Car. art. 118.* capitale est, si quis inuitam rapuit. Add. *cap. pen. Et ultim. X. de rapt. virg.* *Vis priuata* fere arbitrarie punitur. Carpz. *Pr. Crim. qu. 40. num. 7.*

§. 1270. VII. *Lex Iulia DE PECVLATV & SACRILEGIIS* coërcet eos, qui pecuniam publicam, aut sacram, quam non administrant, furantur. §. 9. *Inst. h. t.* L. 4. pr. L. 9. §. 2. ff. ad L. Iul. de peculat. Lex Julia de peculatu & sacrilegiis

§. 1271. *PECVLATVS* poena est deportatio, Poena.  
 L. 3. ff. eod. §. 9. *Inst. h. t.* aliquando quadrupli. L. 6 §. ult. L. 6. pen. ff. eod. *SACRILEGIVM* extra ordinem, & aliquando capitali poena, coërcetur. L. 4. §. 1. L. 9. pr. ff. eod.

§. 1272. VIII. *Lex Fabia DE PLAGIARIIS* Lex  
 eos, qui liberos homines vel alienos seruos Fab. de  
 delo malo celant, vel furripiunt, multa pecuniaria coërcuit. L. ult. ff. ad L. Fab. de plag. plagia-  
 Postea poena arbitraria, & aliquando capitalis riis.  
 esse coepit. L. 1. L. ult. §. 10. ff. L. 6. L. 7.  
 Et L. ult. C. eod. §. 1273.

Lex hi- §. 1273. IX. Exstiterunt etiam *leges Iuliae*  
 lia repe- REPETVNDARVM, DE AMBITV, de ANNO.  
 zunda- NA, DE RESIDVIS, quae crimina animae amif-  
 rum, de sionem non irrogant, & ex parte hodie fere  
 ambitu & alias. rarius, pro laxa saeculi disciplina, puniuntur.  
 Quare iis non immoramur.

Accu- §. 1274. Id monere satius fuerit, rariores  
 sationes hodie ac alicubi paene sine exemplo esse accu-  
 priuato- sationes criminum, a priuatis susceptas. Alibi  
 rum cur enim respublica per procuratorem fisci, alibi  
 hodie magistratus per modum inquisitionis, quam vo-  
 rariores cant, facinorosos persequitur, & sollicitè agit,  
*ut malis hominibus purgetur provincia. L. 3.*  
*f. de off. praefid.*

